*intelligendum scripturam et misteria Scripturarum curetis vires et operas exhibere, quia felicissimus erit, qui poterit bravium promereri, et inter felices computabitur, qui prodire tenus valebit, etsi maiorem nequiverit habere progressum."*

### 1.3.6 Responsiva obedire volentis premissa laude admonitoris.

[1] *"Ex argenteo eloquio inenarrabilis candor admonitionum processit, et mira eloquentie| dulcedo profluit. Unde in respondendo non debeo repetere singula, sed vobis in singulis obedire."*

eloquentie | [\[4<sup>rb</sup>\]](#) P

### 1.3.7 De admonitione pro studio et doctrina rudium.

[1] *"Ferrum studii terre studentis primitus infigatur, fiat ex eo fossorium, quo vepres et spine de novitiis tamquam de novalibus radicibus evellantur, cum sarculo exercitationis ruditatis gleba teratur, aretur iterum et iterum fricetur, ut semen iniectum per minutissimas partes assumat, quia in substantie continuitate partium non potest fieri commixtio minimarum."*

[2] *"Postmodum autem continue meditationis, diurne sollicitudinis, exercitii sollemnis et frequentium vigilarum humoribus irrigetur, ut germinet materia primitiva, germinata crescat, ut in tempore suo fructum afferat peroptatum. Non transferatur ad plura ingenium alicuius, quia cuiuscumque sensus ad plura distrahitur, minor ad singula reperitur."*

[3] *"Doctorem addiscens preelectum in facultate qualibet imitetur, quia tutius est de corpore fontis aquam haurire quam per decurrentes rivulos querere| suffragia mendicata, et maxime, cum aque rivulorum ex diversis revolutionibus turbidentur et efficiantur limose. Ceterum, si doctor fuerit in aliquo vitiosus, vitium abhorreas non virtutum, quia neminem undique natura beavit. Nam lapillus est in dactilo tamquam pars inutilis, et rosa que redolet crescit cum spina, que pungit."*

querere| [\[5<sup>va</sup>\]](#) S

### 1.3.8 Responsiva obedire volentis.

[1] *"Inter metalla nil ferro acutius reperitur, de quo philosophicum vomerem fabricastis terram ariditatis mee taliter monendo, sulcantes quod in ea indiscipline tribulos crescere non permittam."*

### 1.3.9 Notula doctrinalis.

[1] Nota, quod illi, qui admonentur breviter, debent admonitionibus respondere vel tacere prorsus aut referre grates, ne videantur esse verbosi aut cum eis de scientia litigare.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.4

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.4 DE NIMIETATE STUDII

### 1.4.1 Littere, in quibus notantur gravamina, que possunt de nimietate studii provenire.

[1] *"Commotus relationibus plurimorum tibi duxi has litteras destinare, in quibus dilectioni tue significo, que michi de tuo studio referuntur. Dicitur enim, quod ante pulsationem initialis tintinnabuli surgis preter consuetudinem ad legendum, in ingressu scholarum es primus et ultimus in regressu. Postquam autem reverteris ad hospitium diem totum, continuas in lectionibus, quas audisti, immo quod plus est, variis cogitationibus dum comedis anxiaris, et etiam in sompno, in quo animalium virtutum quies esse deberet, sub quadam ymaginatione disputas et lectiones repetis dormiendo, quoniam cooperante virtute imitativa ipsi anime per ymaginationem presentatur forma studendi. Unde virtutum naturalium impetus invalescit, qui linguam promere ymaginata contra naturam compellit. Preterea nutris barbam, comam et ungues, mundis non uteris vestimentis, non visitas socios, non salutas amicos, non interponis gaudia curis, quibus de causis famam tuam plurimum dehonestas. Considerare namque deberes, quod omnis plenitudo vicina est effusioni et quod plus et quod minus idem operari cernuntur. Natura quidem non vult plus neque minus, sed moderamini| gaudet. Unde omne multum| vel repletum plenitudinem et indigentiam abicit et contempnit. Multi enim per studii nimietatem incurabiles egritudines et morbos incurrunt, de quibus aliqui moriuntur et aliqui substantiali humiditate consumpta de die in diem vergunt ad interitum, quod est deterius quam privatio ipsa vitalis. Alii vero efficiuntur maniacy, quorum aliqui se ad astra provehi et angelorum sociari agminibus verisimiliter arbitrantur, et aliqui credunt se consistere iuxta cadavera et tumulos defunctorum ac infernaliam monstra videre. Unde flebiles voces emittunt, quia mininge cerebri humore melancholico sunt replete, sed quando materia melancholia reprimatur, ad inferiores partes rident, et cum iterato ascendit, plangunt sicque vitam suam in risu et in luctu consumunt. In quibusdam autem oppilatur vervus opticus, per quem transeunt radii visuales, et ita visibili virtute privantur. Precor te itaque, fili, ut ita modum habeas in studendo, quod non capiaris propter studium extra modum, quia malo, quod dicatur: 'Filius tuus revertitur competenti scientia redimitus', quam referatur: 'Sine dubio philosophus erat, sed propter nimietatem studii debitum humanitatis exsolvit' vel "sine spe liberationis egrotat" seu "visum amisit" vel "iam stultizat."*

| [\[4rb\]](#) P      modera|mini [\[5vb\]](#) S      multum | [\[4va\]](#) P

### 1.4.2 Notula, qua doctrina datur, quid sit yronia et eius effectus.

[1] Nota, quod premissa narratio destinari potest etiam illi, qui huc et illuc vagatur et studere contempnit, et dicitur hec species yronie, in qua delinquens afficitur maiori pudore.

[2] Yronia enim est plana et demulcens verborum positio cum indignatione animi et subsannatione. Verumtamen, si videretur ille, qui proponit yroniam, per gestus comprehendi posset voluntas loquentis. In absentia nempe manifestum delictum et immunda conscientia recipientem accusat. Gestus autem illorum, qui subsannant et yronias proponunt, subtiliter et utiliter in libro quem feci **De gestibus et motibus corporum humanorum** notavi.<sup>1</sup>

accusat] accusant *Berlin*

<sup>1</sup> See **De amicitia** 30 (NATHAN ed. 68-9) for another reference to this (unknown) work of Boncompagno: *Super huiusmodi enim te non proposui amplius edocere, quia corporeorum gestium et motuum notitiam iam habes, quoniam fecisti librum De gestibus et motibus corporum humanorum in quo humanum ingenium superasti unde, si bene recolis, innumerabiles te cupientes deludere delusisti.* Cf. JEAN-CLAUDE SCHMITT **La raison des gestes dans l'Occident medieval** (Mayenne 1990) 285-288: "*Cet ouvrage, s'il l'a jamais écrit, n'a pas été retrouvé. Il constituerait, à ma connaissance, le premier ouvrage de toute la tradition occidentale entièrement consacré aux gestes*" (285). For more comments on gestures, see also below, **Boncompagnus 5.20.5**, **Rhetorica novissima** (GAUDENZI ed.) 261, 284, 296. Note the gestures (acting) of **Boncompagnus 1.18**. Cf. **Rhetorica ad Herennium** 3.19 (*Quare, et quia nemo de ea re diligenter scripsit...*), Quintilian **Inst. orat.** 11.3.143.

[3] Ceterum vix aliquis adeo fatuus reperitur, qui non intelligat, si de eo, quod non est, laudetur. Nam, si commendares Ethyopem de albedine, latronem de custodia, luxuriosum de castitate, de facili gressu claudum, cecum de visu, pauperem de divitiis, et servum de liberalitate, stuperunt inenarrabili dolore laudati, immo vituperati, quia| nil aliud est vituperium quam alicuius malefacta per contrarium commendare vel iocose narrare. Profecto quidam filio suo, qui non studebat, sepum transmisit se asserens audivisse, quod tantum sepum consumpserat in studio, quod non inveniebatur infra civitatem venale. Alter misit ludenti filio tabulas et taxillos, iubens ei quod postposito aliquando studio litterarum ludendo suum animum recrearet.

tabulas] aleas *Berlin*      quia | [\[6<sup>ra</sup>\]](#) S

[4] Item quidam intellexerat, quod filius erat inter speculum et pectinem occupatus et faciem suam iuxta mulierum consuetudinem dealbabat, sicut faciunt hodie quamplures. Unde misit ei armillam, speculum et cerussam, iubens ut superintenderet operi muliebri, quoniam ex quo erat in feminam transmutatus, illum honorabiliter maritare volebat. Similiter scolari citharizanti posset ad pudorem cithara destinari, et huiusmodi quidem reprehensiones sicut acuti gladii| excedentium corda transfigunt, nisi forte, qui reprehenduntur, fuerint obstinati.

gla|dii [\[4<sup>vb</sup>\]](#) P

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.5

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.5 DE OPINIONIBUS ADDISCENTIUM

### 1.5.1 De illo, qui significat alicui, quod sine cognitione grammaticae non debeat se ad dialecticam transferre.

[1] "*Cum sit grammatica lac primarium, quo addiscentium ingenia nutriuntur, miror, quod sine ipsius notitia te ad dialecticam transtulisti. Nam, qui partes<sup>1</sup> ignorat, se ad artes transferre non debet, quia non convalescit plantula, que humore indiget primitivo.*"

| [\[4vb\]](#) P

<sup>1</sup> See below, **Boncompagnus** [5.2.9](#).

### 1.5.2 Responsiva, qua dicitur, quod cum in grammatica proficit, dialecticam non omittit.

[1] "*Ars grammatica potest mole asinarie similari, que dum laborioso impulsu volvitur grana in farinam convertit, de qua fit nutritivus panis per adiutoria successiva. Unde cupio per auxilium dialetice grammaticam adiuvere. Sane, qui proficit in dialectica, grammaticam non omittit.*"

### 1.5.3 De illo, qui reprehendit aliquem ex eo, quod nimium studuit in grammatica.

[1] "*Miror, quod tantum in arte grammatica permansisti,| non attendens quod propter hoc de ingenii duritie infamaris. Dicet enim aliquis: 'O, si quis videret hyrcum annosum ubera, capre sugentem non rideret? Ecce, senex elementarius octo regna orationis et sex provincias casuum perlustravit, et ita cum interiectione dolentis sepelietur in tumulo ablativi.'*"

permansisti| [\[6rb\]](#) S

### 1.5.4 De illo, qui dicit esse utile studere in septem liberalibus artibus.

[1] "*Studere in septem liberalibus artibus gloriosum cuilibet esse videtur, et maxime, cum sorores a philosophis appellantur. Unde una sine qualibet sciri non potest.*"

### 1.5.5 De illo, qui reprehendit aliquem, quod artes quaslibet profitetur.

[1] *"Qui facultates quaslibet profitetur, se sciamiam esse proponit, in cuius effigie vitus formitiva ita delinquit, quod ipsi derisibili substantie quedam adulterina pars humanitatis inesse videtur, et quia humana opera sectari molitur, mortalium est irrisionibus deputata. Antiquitus enim quilibet principaliter unam artem profitebatur, sed nunc habita paucarum notitia regularum se omnia scire asserunt bestie scimiales."*

### 1.5.6 De illo, qui reprehendit aliquem, quod nimium studuit in liberalibus artibus.

[1] *"Cum sint artes alumne salutande, non est alienum ab admiratione, quod tuam etatem consumis in liberalibus disciplinis. Profecto huiusmodi artium documenta cooperantur ad vitam, si fuerint in meliores usus assumpta."*

### 1.5.7 Sententia avaritie.

[1] *"Audivi frivolas oppiniones et ludicra plurimorum, intellexi orationes de artibus et facultatibus disputantes. Nunc vero intellectis allegationibus partium utrarumque sententiam profero finitivam, iudicans quod omnes et singuli superintendunt scientiis lucrativis, quia in orbe terrarum sola peccunia principatur. | Sed dic michi, philosophe, ubi est vis inferentie vel philosophica inventio, cum non habeas quid manduces et portes palliolum depilatum? Maledicta enim est ars illa, que suum opificem non pascit. Ecce Galienus ut eques falleratur gemmis et auro, et Aristotiles cum Platone pedes incedit. Videtis etiam, quod clerici me tota devotione sequuntur, theologiam spernunt et adherent scientiis lucrativis, cernentes quod derisibilis facundia ex ore progreditur indigentis. Divites ergo et mediocres addiscunt iura et pauperes phisicam, quia iste scientie lucra conferunt et honores."*

princi|patur [\[5<sup>ra</sup>\]](#) P

\*\*\*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999



# Boncompagnus 1.6

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.6 DE CURATORIBUS SCOLARIUM

### 1.6.1 De curatore, qui mittit litteras patri vel patruo scholaris obedire nolentis.

[1] "*Quando filium vestrum misistis ad studia litterarum, illum custodie mee fiducialiter commisistis, unde super illius negotiis omnem diligentiam adhibui et cautelam. Verum quia meis admonitionibus et consiliis acquiescere dedignatur, dominationem vestram exoro attentius, ut sibi dare dignemini firmiter in mandatis, quod parere meis admonitionibus non postponat.*"

| [\[5<sup>ra</sup>\]](#) P     [\[6<sup>v</sup>\]](#) S

### 1.6.2 Littere, quibus iubetur scolari, ut obediat curatori.

[1] "*Intellexi, quod magistro .I., quem tuum curatorem institui et alumpnum, recusas penitus obedire. Ideoque tibi per presentia scripta precipio, ut mandata eius in omnibus et per omnia studeas observare.*"

### 1.6.3 Littere scholaris contra curatorem.

[1] "*In vestre paternitatis litteris intimastis, quod magistrum .I. consistuistis meum curatorem pariter et alumpnum. Sed ipse non est curator immo excoriator, quia peccuniam, quam sibi occasione mea dedistis, in extraordinarios usus consumit. Sed est alumpnus, quoniam se ipsum et suam focariam alere non desistit.*"

### 1.6.4 Notula doctrinalis de materiis inveniendis.

[1] Ex hoc loquendi genere materie plurime oriuntur, quia fiunt replicationes accusationum et excusationum, interponunt se pro utraque parte amici et etiam invidi ad scribendum.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.7

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.7 DE ILLIS, QUI RESPONDERE NON CURANT AMICIS

### | 1.7.1 Invectiva contra illum, qui litteris vel nuntio respondere non curat amico.

[1] "*Cor vacillat, ingenium delitescit, hebet scientia, fit animus tediosus dum scribere tibi propono, qui mearum litterarum significata iam decies contempsisti, sicut patuit per affectum, quia litteris vel nuntio michi respondem minime procurasti, quod ex dedignatione atque contemptu noscitur provenire. Ego tamen in decima vice probavi, si mel de petra et oleum de faro durissimo emanare valeant.*"

| [5<sup>ra</sup>] P | [9<sup>v</sup>] A vacillati A contempsisti | [6<sup>vb</sup>] S affectum A]  
 effectum S vice?? AS valeant (valer~nt S) om. A

### 1.7.2 Alia de consimili materia.

[1] "*Scribo illi, qui memoriam amicorum in oblivionis monumento non dubitat sepillire. | Sed utinam essem tibi debitor in .L. marchis argenti vel a te pignora .C. librarum haberem, quia me frequenter litteris et nuntiis visitares.*"

sepilli|re [5<sup>rb</sup>] P Sed] o add. AS .L.] quinquaginta S .C.] centum S

### 1.7.3 Alia de consimili materia.

[1] "*Ibi sunt festive promissiones, quibus etiam videbaris iurare, quod me de tuo statu omnium amicorum et totius patrie reddens tuis litteris certiolem.*"

Ibi] Ubi A statu] et add. A et] ac A reddens tr. A post litteris

### 1.7.4 Alia de consimili materia.

[1] "*Quanto rerum dulces capiebam cibos michi sub federe amicitie promittebas, quod per singulos annos tuis me litteris visitares.*"

Quanto] Quando Berlin AS rerum] tecum AS cibos tr. A ante dulces amicitie  
 federe tr. A me tuis tr. A

### 1.7.5 Alia de consimili materia.

[1] "*Non recordaris, quomodo in tuo recessu michi per horis osculum promisisti, quod me frequentissime tuis litteris visitares. Sed defecit tibi forsitan atramentum et cartam*

*habere non potes. Quare amicitie tue unum vitulum saginatum transmitto, volens ut carnes prius comedas et corium postea facias adaptari, sed reserva de sanguine ad scribendum."*

quomodo] quod AS      oris S      atramentum A

### 1.7.6 Alia de consimili materia.

[1] "*Non potes vere dicere, quod tibi sepe non scripserim, quia fatigata pennam et calamum tavi, cartam scribendo consumpsi, direxi speciales nuntios et cursores nec umquam potui responsionem habere."*

????tavi illeg. AS

### 1.7.7 Alia de consimili materia.

[1] "*Spreto consilio Salomonis antiquos de relinquis amicos et novos desideras invenire. Unde me non curas tuis litteris visitare."*

### 1.7.8 Quod cuilibet patet excusationis doctrina.

[1] Ad inveniendum excusationum genera in propositum vel obiectum humana conditio, non minus ex vitio quam virtute, plurimum est instructa, et in pluribus horum librorum capitulis plena excusandi notitia reperitur.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.8

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.8 QUALITER MULTA POSSUNT BREVITER INTIMARI

### 1.8.1 Littere, quibus rogatur aliquis, quod proposita debeat breviter intimare.

[1] "*De federe dilectionis antique gerens fiduciam plenioram, tuam non dubito amicitiam deprecari, quatinus de statu paterne domus, de cathedralis ecclesie dispositione, quid michi fit agendum et de patrie rumoribus me breviter certificare procures.*"

| [\[5<sup>tb</sup>\]](#) P

### 1.8.2 Littere, in quibus quadraginta significata continentur.

[1] "*Pater moritur {1}, genitrix infirmatur {2}, fratrum discordia invalescit {3}, domus ruine patet {4}, rei conveniri non possunt {5}, destruitur molendinum {6}, predia non arrantur {7}, vis deperit {8}, instrumentum non valet reperiri {9} et mortuus est procurator {10}. Expense invalescunt {11}, pecunia deest {12}, accipitur mutuo {13}, usura queritur {14}, nec est unde locus {15}. .B. dotem requiritur {16}, consanguinei iam tepescunt {17}, et evanuit predium amicorum {18}. Hoc autem de statu paterne domus dilectioni tue breviter intimavi.*"

[2] "*De cathedralis viro ecclesie dispositione hoc tibi possum in veritate narrare, quoniam episcopus causatur cum canonicis pro divisionibus decimarum {19}. Gilbertus ad sacerdotium est promotus {20}. Cenobius est in curia {21}, prepositus obiit {22}, preposituram vacat {23}, et prebende sunt divise {24}. Arcidiaconus ivit peregre {25}, sacrista convaluit {26}, decanus in archiepiscopum est electus {27}, plebanus te infamat {28} et primicarius te defendit {29}.*"

[3] "*Quid enim tibi sit faciendum, non video, nisi quod ad studium continuo revertaris {30} et usque ad biennium domum regredi non presumas {31}.*"

[4] "*De patrie siquidem rumoribus te non possum per omnia reddere certiore, sed noveris, quod tempus est carum| {32}, civitas est in motu {33}, comparvere pirrate {34}, comes non venit {35} et milites abierunt {36}.*"

carum | [\[5<sup>va</sup>\]](#) P

[5] "*Rumores alios non scio, nisi quod imperator est in Sicilia {37}, treuga frangitur ultra mare {38}, rex Demetrius iam transivit {39} et Theodorus exercitum nititur congregare {40}.*"

### 1.8.3 Notula doctrinalis.

[1] Quadraginta significata in premissa narratione breviter continentur. Possunt per industriam oratoris multum extendi, sed non amplius breviari ex eo, quod intelligi non valerent.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.9

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.9 DE INVECTIVIS CONTRA ILLOS, QUI AD STUDIUM IRE DIFFERUNT

### 1.9.1 Littere, quibus aliquis exhortatur iuvenem, ne ire differat ad studia litterarum.

[1] "*Frequenter dilectionem tuam viva voce premonui, ut non differas ad litterarum studia properare, quod facere penitus neglexisti, non considerans quod in principio iuventutis ingenium hominis est velut cera calida, que apta est recipere quamlibet formam sigilli. Postquam vero ad diuturnitatem fit progressus vena studentis arescit, erubescit insistere initialibus documentis. Porro mora trahit ad se ignorantie periculum, ubi negligitur et spernitur etatis et temporis aptitudo.*"

| [\[5<sup>va</sup>\]](#) P

### 1.9.2 Invectiva contra illum, qui disposuit ire nec vadit ad studia litterarum.

[1] "*Ad annum iam vigesimum pervenisti et ante quintum decimum ire disposueras ad studia litterarum dicens assidue 'in anno futuro studebo', et aliquando referebas 'cras ibo', volens imitari corvos et volatum spernere aquilarum, unde in fabulam populi es conversus.*"

### 1.9.3 Invectiva contra illum, qui cum fervore studere incipit et cum pudore dimittit.

[1] "*Circa tui studii principium eras in lectionibus et repetitionibus animosus, nocturnas quietes crebris vigiliis conturbabas, et in exercitio litterali fervere sicut aqua bulliens videbaris. Sed paulo post vigiliis respuisti, et nunc frigidior glacie inveniris, unde proverbialiter plurimi dicere iam ceperunt: 'Quid facit in prato ille vitelus novellus, qui circa scientiam cornua et ungulas producere videbatur, et nunc velut taurus evagari non desinit per armamentum?'"*

### 1.9.4 Littere, quibus reprehensus promittit, si iturum cum illo, qui eum reprehendit.

[1] "*Tollerare non valens impropria diuturna disposui firmiter Bononiam regredi ad studendum, unde vos deprecor, ut michi significare velitis, qua die disposuistis iter arripere, quia vobiscum venire peropto.*"

### 1.9.5 Preordinat reprehensor terminum reprehensio.



[1] "*Die mercurii proximo sis paratus, si mecum venire peroptas.*"

---

On invective, see **Rhetorica novissima** [prol. 2](#), [10.1](#) and DP 99 A83 vol. 5 (1995)  
**Atalaya: revue francais d'etudes medievals hispaniques** "L'invective au moyen  
age (France, Espagne, Italie)." *blazons populaires*, Cicero's Cataline Orations, Sallust's  
invective against Cicero, Ovids' invective against Ibis, Petrarch's invective, Scholberg,  
Kenneth R. **Satira e invectiva en la Espana medieval** (Madrid 1971); Benzinger's  
**Invectiva in Romam**

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.10

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.10 DE PROSPERIS EVENTIBUS, QUI SCOLARIBUS IN PRIMORDIO STUDII OCURRUNT

### | 1.10.1 De scolari, qui significat, quod in eundo ad studium sibi cuncta prospere successerunt.

[1] "*Benedictus Dominus Deus, qui michi sicut filio Tobie misit angelum suum ad dirigendum gressus meos in viam pacis, unde Parisius cum optata prosperitate deveni et ibidem sine aliquo incommodorum eventu incepti studere.*"

| [\[5va\]](#) P

| [\[5vb\]](#) P

### 1.10.2 Responsiva cum expressione gaudii.

[1] "*Exordium optate salutis et narrationem gaudii peroptati michi obtulit tuarum pagina litterarum, quia per earum significata plenius intellexi, quod de tuo statu et continentia desiderabam audire.*"

### 1.10.3 Missiva de simili materia.

[1] "*Letetur cor vestrum et inenarrabili iocunditate letetur, quia Deus pater iter meum dignatus est in omnibus et per omnia prosperari, addens ita prosperitati favorem, quod nichil in scolis michi deesse videtur ad plenitudinem gaudiorum.*"

### 1.10.4 Responsiva cum expressione gaudii.

[1] "*Tuarum pagina litterarum nos fecit plurimum congaudere, quia per eam nobis innotuit, quod in eundo Bononiam omnia tibi prospere successerunt et ibidem in scolis prosperaris, unde nobis letitia ineffabilis geminatur.*"

### 1.10.5 Missiva de consimili materia.

[1] "*A vobis licentia impetrata et recepto benedictionis vestre munere cepi ad studium properare, sicque cum successivo fortune incremento intravi Bononiam, ubi a socis et amicis fui cum ingenti alacritate receptus et ab eis multipliciter honoratus. Postmodum vero conduxì hospitium, preelegi michi magistrum et socios competentes cum quibus lego et proficio iugiter in moribus et doctrina. Hec ideo vobis intimare curavi, ut nulla de meo statu in vestris vel carorum nostrorum animis dubitatio generetur. Consuevit enim plurimis de filiis, qui morantur in provinciis alienis, intextimabilis dubietas provenire. Insuper me ad has litteras destinandum lacrimae, quas in procinctu itineris*

*mei fudistis plurimum invitarunt."*

### **1.10.6 Notula doctrinalis.**

[1] Nota, quod de huiusmodi gaudiorum expressione in multis poteris titulis invenire copiosas materias respondendi.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.11

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.11 DE CONTRARIIS EVENTIBUS, QUI SCOLARIBUS IN PRIMORDIO ITINERIS OCCURRUNT

### 1.11.1 De illo, qui significat evidens impedimentum, quod sibi occurrit, dum iret ad scholas. Unde querit consilium, quid ei sit agendum.

[1] *"Eram in procinctu itineris et Bononiam properabam ob amorem studii litteralis. Unde, si essent in homine vie illius, meum duxissem propositum ad effectum, sed comparuit evidens impedimentum, quo cogor a proposito resilire. Sane, cum essem in transitu Alpium, occurrerunt quidam latrones, qui pecuniam, libros, vestes et equos michi penitus abstulerunt, me nudem, verberatum et vulneratum, lugubrem et abiectum in solitudine dimittentes. Postmodum autem diverti ad quoddam monasterium, in quo tamdiu proposui commorari, donec quid michi sit agendum vestris litteris intimetis."*

| [\[5<sup>vb</sup>\]](#) P    proposui    | [\[6<sup>ra</sup>\]](#) P

### 1.11.2 Notula doctinalis.

[1] Ad complementum huius tituli sit recursus ad titulum [DE IMPEDIMENTIS EVIDENTIBUS](#)<sup>1</sup> et variationi quilibet orator insistat et studeat supervenientia gravamina enarrare.

<sup>1</sup> See below, [3.15](#).

### 1.11.3 Responsiva cum dubitatione.

[1] *"A me super dubio consilium postulasti, unde plurimum dubito, quid tue dilectioni debeam respondere. Nam, si dixero 'vadas et propterea non tardes', incumbit persone periculum et confusio, que provenit a pudore. Porro qua fronte posses ingredi civitatem, amicos et socios revidere, frequentare scholas et maxime, cum sis nudus et nullam spem habeas in amicis. Dicerent enim quamplures, quod aut spoliatus esses ad zaram<sup>1</sup> aut nichil tecum de propriis attulises. Si autem dixero 'non vadas', in regressu patieris pudorem nec audiebis coram illis alacri facie apparere, a quibus nuper licentiam posulasti, et qui tibi sua munera contulerunt. Nam invidi tui rei eventum semper in deteriorem partem convertent nec dicent, quid fuerit, sed quid potuerit in consimilibus evenire. Post te insuper plurimi subsannabunt dicentes: 'Hic est, qui repente poeta prodiit et rediit in momento'. Ego vero tibi nescio consilium exhibere, nisi quod tu ipse deliberes, an magis velis in patria quam in scholis pati pudorem."*

<sup>1</sup> See below, [1.13.3](#), [4.6.6](#), [5.6.25](#), [6.9.4](#).

#### **1.11.4 Notula doctinalis.**

[1] Nota, quod ipse scholaris potest duobus membris premissae narrationi respondere, si sciverit regulariter variare.

#### **1.11.5 De illo, qui suadet, quod propter illud impedimentum non est relinquendum inceptum.**

[1] Item aliquis consulere potest, quod non debet relinquere propter illud impedimentum, ut non properet ad studia litterarum et maxime, cum omne solum sit forti patria, sicut piscibus equor.

[2] Item proponat orator commendationem sapientie quantave sapientes gloria decorentur.

[3] Item inducat exemplum de aliquo cui simile aliquando evenerit, et postmodum gradiens per itinera tribulationum ad philosophie pervenerit gloriam et culmen honoris.

#### **1.11.6 De illo, qui suadet in contrarium.**

[1] Item suadere potest orator, quod se non supponat fortune nec pro scientia capescenda mendicet, quia posset facile deperire. Et inducat similitudinem de aliquo, cui simile acciderit.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.12

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.12 DE BONIS ET MALIS INGENIIS, STUDIIS ET MORIBUS ADDISCENTIUM

### 1.12.1 De commendationem filii habentis bonum ingenium, studium et memoriam.

[1] "*Mirificavit Dominus dilectissimum filium vestrum .A. in scolasticis disciplinis conferens ei facilitatem in addiscendo, in studendo perseverantiam et in retinendo memoriam excellentem. Nam licet parum adhuc studuerit, in ipsa temporis brevitate adeo iam profecit, quod omnes et singuli admirantur.* | *Non est ei par in ingenio, non est ei similis in studio nec in memoria coequalis. Refirmatur illis, qui primitius didicerunt; repetit eis qui credebantur esse magistri; miro modo construit, legit, intelligit, proloquitur, disputat, obicit et respondit, facit carmina, componit rithmos, dictat in prosa. Et ita proficit in qualibet facultate, quod multi credunt eum implorare suffragia spiritum immundorum.*"

| [\[6ra\]](#) P    admirantur | [\[6rb\]](#) P

### 1.12.2 Rogat pater, ut de filio studente sibi veritas intimetur.

[1] "*Industrie vestre duxi rogamina porrigere subiectiva, ut de ingenio et studio filii mei michi veritatem sine alicuius taciturnitatis nebula intimare curetis.*"

### 1.12.3 Responsio, qua intimatur studentis laus.

[1] "*Rogastis me, quod de ingenio et studio filii vestri meis deberem vos reddere litteris certiores. Noveritis ergo et nullatenus dubitetis, quod filius vester tamquam famosum germen pullulat addiscendo, claret ingenio naturali, quod per studii assiduitatem exornat. Unde vobis annuntio preconium laudis et inditium glorie peroptate.*"

### 1.12.4 Alia responsio, qua remissius intimatur studentis laus.

[1] "*Filius vester .A. competens habet ingenium et competenter adheret studio litterali et creditur, quod per consuetudinem et exercitium proficiet addiscendo. Nemo enim repente fit summus et in brevi spatio temporis de novitiis non possumus iudicare.*"

### 1.12.5 Alia responsio, qua intimatur de duritie ingenii.

[1] "*Sauciastis cor meum et precordia duris iaculis vulnerastis, cum de ingenio et studio filii vestri duxistis proponere questionem. Ego enim, si mentiri voluero,*



*commendationi eius insistam et, si dixerō veritatem, conturbabitur anima vestra. Nam die noctique studet, suspirat, vigilat, anxiatur, sed quicquid faciat ita sibi adheret scientia litteralis tamquam faba marmorī et sicut cibum defuncto. Verumtamen ei non est aliquatenus imputandum, quid nemo potest obtinere per vim, quod sibi est a natura negatum. Profecto sine divite vena labor et pena deperire noscuntur."*

### **1.12.6 Notula doctrinalis de diversitate ingeniorum, studiorum et memoriarum.**

[1] Circa hec et consimilia infinite possent materie reperiri, quia plures sunt, qui habent ingenium, memoriam et studium et quidam qui pollent ingenio naturali, sed studere non possunt nec valent aliquid memorie commendari. Sunt et alii, qui habent ingenium et studium, sed memorari non possunt. Item sunt quidam, qui habent ingenium et memoriam, sed studere non valent. Insuper aliqui reperiuntur, quibus ingenium, memoria et studium sunt penitus denegata.

### **1.12.7 Notula, qua distinguitur, quid sit indolis.**

[1] Nota, quod puer potest dici bone vel male indolis. Est enim indolis future probitatis imago, quam in pueris videmus, in quibus adhuc non est virtus, sed signum ostenditur virtutis. Item est indolis future pravitatis imago, quam in pueris videmus, in quibus adhuc non est vitium, sed vitii presagium demonstratur.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.13

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.13 DE HONESTIS MORIBUS ET PRAVIS MORIBUS ADDISCENTIUM

### | 1.13.1 De honestis moribus comitis Mathei Brancaleonis.<sup>1</sup>

Oration to count Mathew Brancaleonis, Roman nobleman and Boncompagno's student. Matthew's teacher confesses that his imagination has labored long to give birth to this speech (§1) and explains that it employs the singular form of address because Matthew knows that plural address of a singular person is inane flattery. Excursus criticizing this custom (§2). Description of a conversation the teacher had about the honest character of Matthew with his uncle, the papal legate Leo Brancaleonis, cardinal priest of S. Croce (§3-§8). The distinction between nobility of blood and nobility of character (§4). Matthew's nobility of lineage increased by his nobility of character, evidenced in his liberality towards petitioners (§5). Excursus on petitioners and petitions (§6). Praise of Matthew's judgment and the constancy of his nobility (§7). Final word-play on Matthew's leonine blood and character (§8). [Date of conversation: May-June 1207]

[1] "*Mathee Brancaleonis, amabilis et dilecte mi scolaris, Mathee Brancaleonis, credere te volo et habere pro certo, quod duplicata positio vocativi aut sincerem exprimit de medulla cordis amorem, aut indignationem vel admirationem denotat sub specie yronie.*<sup>2</sup> *Ad hec habeo tibi aliqua intimare, de quibus mea diu stetit ymaginatio gravidata. Sed nunc parere optat et pariendi tempus accedit, ut que concepta sunt et ymaginata ex **diligenti** fervore, ad honorem et gloriam tui nominis oriantur.*<sup>3</sup> *Scio nempe, quod blanditias non diligis venativas neque inanes applausus, quare dilectioni tue loquor numero singulari, sciens te scire, quod pluralitas numeri aliquem non facit esse plura neque singularitas, nisi forsitan ex consuetudine, minorat gloriam alicuius. Nam qui uni 'vos' dicit, aperte mentitur, et qui de se 'nos' ponit, sufflat in sue singularitatis vesicam.*"<sup>4</sup>

<a href="#">[6<sup>rb</sup>]</a> P	<a href="#">[6<sup>va</sup>]</a> P	Brancaleonis...Brancaleonis B <sup>2</sup> MS: Brancal~...Brancal~
A mi om. R	vocativi positio tr. R	sincerum P <sup>3</sup> admirationem: administrationem R
amirationem B <sup>2</sup> MP <sup>3</sup>	yronie: ironie AB	stetit diu tr. RSP <sup>3</sup> ymaginatio:
imaginatio P <sup>3</sup>	optat: optavit B <sup>2</sup>	ymaginata: imaginata P <sup>3</sup> diligenti A: diligentis
B <sup>2</sup> MSP <sup>3</sup>	scire quod: sciendum A	aliquem tr. R post facit uni tr. S post dicit

<sup>1</sup>On the Brancaleone family: NORBERT KAMP art. **DBI** 13.809. For another discussion of Matthew, his virtues, literary science and nobility: **Boncompagnus** [5.6.2](#) §4. <sup>2</sup> For an example of the latter, see **Boncompagnus** [5.9.2](#). On irony, see **Boncompagnus** [1.4.2](#). At **Isagoge** [2.30](#) vocatives are proscribed from letters. <sup>3</sup> For a similar comparison between the process of composing a letter and the natural generative cycle, see **Boncompagnus** [1.23.3](#). <sup>4</sup>Cf. **Boncompagnus** [1.1.13](#), [1.14.3](#), [1.23.2](#), [5.6.9](#).

O Matthew Brancaleonis, O my lovable and beloved student, Matthew Brancaleonis, I want you to believe and to hold certain that the double placement of a vocative expresses either a sincere love from deep within the heart, or it indicates indignation and astonishment under the guise of irony. I have to reveal to you something about that which my pregnant imagination has labored over for so long; now it

chooses to give birth and the time for delivery has approached, so that those things which have been conceived and imagined from loving warmth may arise to the honor and glory of your name. Indeed I know that you do not like 'hunting' compliments, nor vain applause, for which reason I address Your Cherishment in the singular, knowing that you know a plural number does not make any one person many, nor does singular number belittle anyone's glory, except perhaps by convention. For he who addresses a single person in the plural lies outright, and he who uses 'We' of himself, puffs up in the balloon of his singularity.

[2] "*Verumtamen infiniti oleo adulationis unguent et demulcent capita sublimium personarum<sup>1</sup> et earumdem ulcera lambere satagunt lucri gratia vel timoris. Ceterum sicut tua prudentia non ignorat, tantum in diversis mundi partibus huiusmodi adulationis abusus excrevit, quod iam pervenit frivola pluralitatis dignitas usque ad tabernarios et tonsores. Immo, quod ridiculosum est, servis domini 'vos' dicere assuescunt.*"

Verumptamen R            personarum sublimium tr. B<sup>2</sup>            partibus mundi tr. A  
 huiusmodi: usus add. A et prem. M huius P<sup>3</sup>            excrevit: exercuit P<sup>3</sup>tr. A ante  
 adulationis            vos om. P<sup>3</sup>            assuescunt: adssuescunt M

<sup>1</sup> For the 'oil of adulation' cf. Alanus de Insulis **De planctu nature** (PL 210.469); Alexander Neckam **In Ecclesiasten** 1.16 (Cambridge, Trinity College, R.16.4, fol. 160rb): *Homo qui se alicuius momenti putat esse, cum sit pulvis et cinis, appetens caput suum impinguari oleo adulationis misere, ridendus esse videtur, nonne et lugendus* and 2.5 [fol. 191rb]: *Oleum fert [sc. Effraim] in Egypto, qui vitio servit adulationis. De hoc oleo dicit propheta David: 'Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.'* *Quid est autem Egyptus nisi mens tenebris viciorum obvoluta. Hoc oleum dum impinguat caput mentis, turpiter ipsum fedat* and 2.12 [197vb]: *Adulationis vitium ab aula nomen contraxit. Set proh dolor transivit a palatiis principum ad collegium claustralem. Set o res monstruosa ipsi senes iam cineriti/emeriti student impinguare capita prelatorum oleo adulationis.* --- See also **Liber de obsidione Ancone** prol. (ZIMOLO ed. 5.3); **De amicitia** 30 (NATHAN ed. 67); **Quinque tabule salutationum** 4.10; **Oliva** 1.5; **Boncompagnus** 1.1.13; **Rhetorica novissima** 9.4, 9.5.7 (GAUDENZI ed. 286-287), on which, see TERENCE TUNBERG "What is Boncompagno's 'Newest Rhetoric'?" **Traditio** 4? (1986) 299-334 at 319-320.

Nevertheless, countless people caress and anoint with the oil of adulation the heads of lofty personages, whose wounds they busy to lick for gain or from fear. But just as Your Prudence is not unaware, abuse of such adulation has so much increased throughout this world that the frivolous etiquette of plural address has now spread even to bartenders and barbers. It is truly ridiculous; lords routinely address serfs in the plural.

[3] "*Hiis autem postpositis ad ea regredior, que tibi duxi specialis proponenda. Omitto siquidem altissimam genealogiam principum, de qua originem contraxisti, divitias, formam corporis et ingenii claritatem, quibus non modicum illustraris, et referam, que patruo tuo domino Leoni tituli sancte Crucis presbitero cardinali apostolice sedis legato de tuis moribus et conversatione retuli, cum in Alamanniam pro facto ecclesie ac imperii properaret.*"<sup>2</sup>

autem om. A            principum tr. post contraxisti A

<sup>1</sup> Leo Brancaleni, canon regular, cardinal deacon of Santa Lucia in Septasolio (1200), cardinal priest of Santa Croce in Gerusalemme (1202-1224). Short biography by JANOS BAK in **DBI** 13.814-817; see also **DHGE** 10.392 ff and WERNER MALECZEK **Papst und Kardinalskolleg von 1191-1216** (Vienna 1984) 137-139, especially 138, on his stay with king Emmerich of Hungary on the way to his legation in

Bulgaria in 1204. On the legation: JAMES ROSS SWEENEY **Papal-Hungarian relations during the pontificate of Innocent III, 1198-1216** (1971 Cornell PhD diss.) and **Boncompagnus 3.14.1.** 2 The legation to Germany took place in 1207-1208. For a model letter concerning such a legation, see **Boncompagnus 5.15.2.** Leo Brancalione accompanied Hugolinus, cardinal bishop of Ostia and Velletri (1206-1227) and relative of pope Innocent III. On their legation: E. WINKELMANN **Philipp von Schwaben und Otto IV. von Braunschweig** (Leipzig 1873) 1.414 ff., 452ff; ERNST BREM **Papst Gregor IX bis zum Beginn seines Pontifikats** (Heidelberg 1911) . Innocent III announces the legation to the German princes in **RNI 141**; see also **RNI 147-149, 179, 180.** Hugolinus and Leo subscribe on 10 May 1207, by 22 June they have left for Germany, returning to subscribe 11 April 1208. These two men carried on another legation to Germany in January of 1209 (**RNI 178-184**). On Hugolinus, who was previously cardinal deacon of of S. Eustachio (1198-1206), later pope Gregory IX (1227-1241), see **Boncompagnus 5.1.23** and the **Epistola mandativa ad comites palatinos §2.**

Having dealt with such matters, I return to that which I must set forth to you specially. Therefore, I omit the sublime genealogy of princes from which you draw an origin, the riches, physical beauty and clarity of genius by which you are no little illumined, and I will tell that which I said to your uncle, lord Leo, cardinal presbyter of the title church of S. Croce and papal legate, about your character and habits, when he traveled to Germany for the business of the church and empire.

[4] "*Interroganti quidem sine meditatione respondi, quod in te confluerunt universe nature dotes, prosapie tue nobilitas per morum tuorum nobilitatem nobilitatur et famosum recipit incrementum. Profecto nobilitas<sup>1</sup> prolis est quedam laus ex altitudine ac magnificentia parentum procedens. Unde non transit absque paribus effectibus in heredes. Immo est potius ludibrio quam honori, qui sine virtutibus meritorum usque ad rusticitatis lares pudorosis gressibus retrocedit.<sup>2</sup> Porro ille, qui se denobilitat per malam conversationem et morum inhonestatem, simia nobilitatis efficitur. Unde singulorum irrisionibus deputatur et in fabulam convertitur populorum.<sup>3</sup> Est autem tamquam lolium, quod reicitur a frumento et sicut abies tortuosa, que cum suo generi non respondet, non ponitur in hedificio, sed igni traditur comburenda.*"

qui S: que P<sup>3</sup>quia *codd.* retrocedit: introcedit S simia nobilitatis: summe  
ignobilitatis S summe nobilitatis P<sup>3</sup> abies: trabs A cum *om.* A hedificio: edificio  
M

<sup>1</sup> Nobility is treated throughout **Boncompagnus, Bk VI**; see also [1.3.5](#), [1.20.17](#), [1.25.7](#), [5.9.6](#), [5.20.1](#), **Palma 28** and throughout the **Liber de obsidione Ancone**. For an extended treatment of *nobilitas* (*gentilezza*), see Dante's **Convivio**, Bk IV. <sup>2</sup> The verb '*retrocedit*', carries the primary meaning of a processional, ritual approach of the **paterfamilias** towards the family altar to offer sacrifice to the *Lars familiaris*, with implication that the nobility's careful preservation of anachronistic family traditions represents a retreat away from public responsibility into the private realm. Most amazing is Boncompagno's suggestion that medieval Italian nobility might practice pagan religious rituals deriving from republican Rome. In **Rethorica novissima 1.1**, Boncompagno suggests a continuity between the paganism of antiquity and the religious practices of the Cumani. On the *Lares*, see Pauly-Wissova **RE XX.805-833**. They are touched on briefly in Augustine, **De civitate Dei** 9.11. <sup>3</sup> Horace **Ep.** 1.13.9. See **Breviloquium 5**, **Boncompagnus 1.3.1, 1.9.2, 6.2.28**, **De malo senectutis et senii 6**; Enrico da Settimello **Elegia 1.5**: *sum crebraque fabula vulgi* (CREMASCHI ed. 26). *Fabula popularum* is to be contrasted with *fabula poetarum* (**Boncompagnus 1.22.2**)

When questioned, I responded without thinking, that in you flow together all the gifts of nature, that the nobility of your lineage has been ennobled and has received a famous advancement through the nobility of your character. For nobility of descendants is a certain praise proceeding from the loftiness and magnificence of their parents. Whence nobility does not pass without equal results to heirs. Rather,

he is more for derision than to honor, who without the virtues of merits recedes in shameful steps to the Lares of rusticity. Moreover, who ignobles himself through bad conversation and dishonesty of character becomes an ape of nobility. Whence he is consigned to the laughter of all and is converted into a popular fable. He is like a rye grass seed which is cast out from the wheat, and, like a warped timber which does not correspond to its kind is not placed in a building, but is consigned to the fire for burning.

[5] "*Asservi, quod cum viris prudentibus et discretis assidue conversaris, mores a **convictu** formando. Affirmavi, quod eras in consilio providus, modestus in habitu, in dilectione fidelis, in exhibendo ilaris, in cotidianis usibus liberalis, in quibus discretius liberalitatem excercens, vota scis petentium celerius prevenire, quia cum hos indigentis ad rogandum paratur et rubore suffunditur vel pallore, penam et tormentum petendi remittis. In quo munus tuum| nosceris duplicare, quoniam si vir probus petit sibi aliquod beneficium exhiberi, in ipso petitionis primordio erubescit, et si non valet impetrare, quod petit, **inenarrabili pudore tabescit.**"<sup>1</sup>*

assidue *om.* R      convictu SP<sup>3</sup>: coniunctu *codd.*      consilio: consilio P<sup>3</sup>    in  
 exhibendo--(*infra* §6) privilegium abstulerunt *om.* R *forsitan propter illegibilem petiam*  
*exemplarii*      exhibendo: exhibendo P<sup>3</sup>      ilaris: ylaris B<sup>2</sup>illar<sup>3</sup> P<sup>3</sup>      liberalitatem:  
 libertatem P<sup>3</sup>      excercens: exercens M      vota: votis B<sup>2</sup>      scis: sis MS  
 petentium MSB<sup>2</sup>: potentis A      hos: os B<sup>2</sup>SP<sup>3</sup>      suffunditur: suffoditur A      pallore:  
 palore P<sup>3</sup>      remittis: remittit P<sup>3</sup>      tuum | [6vb] P      probus *om.* P<sup>3</sup>      beneficium  
 aliquod *tr.* A      exhiberi: exhiberi P<sup>3</sup>      inenarrabili S inenarrabili P<sup>3</sup>: inerrabili *codd.*

<sup>1</sup> On petitions and petitioners, see **Boncompagnus** [3.20.1-3](#), [3.20.44-45](#), [4.6.13](#); **Notule auree** [11](#). Here Boncompagno seems to drift away from the letter into a notula.

I asserted that you have conversed with prudent and discreet men, forming character by intimate association. I affirmed that you have been farseeing in counsel, modest in habits, faithful in love, cheerful in providing, liberal in daily manners, in which discreetly exercising liberality you know how to quickly anticipate the desires of petitioners, because when the mouth of the indigent is prepared to make appeal and is suffused in blush or pallor, you remit the pain and torment of the petitioner, in which you will be known to double your duty, since if an upright man asks that something beneficial be provided to himself, at the beginning of that petition he blushes, and if he does not obtain that which he seeks, he would waste away with indescribable shame.

[6] "*Si autem, quod postulat, impetravit, satis emisse videtur, quia nil carius emitur quam, quod precibus et pretio verecundie comparatur. Omnis enim, qui rogat pretium, offert et perdit illud, si non meruerit exaudiri. Verumtamen dignum est, ut petita frequenter negentur indignis ob hoc, quod dignis **possit** dignius provideri. Nam, quod ad supplicia rogamina exhibetur, dignitatem et auctoritatem significationis naturalis amittit. Unde non debet dici 'donum', sed 'datum' quasi elemosinarum. Quare ille, qui sic exhibet, 'dator' non 'donator' dicetur, quoniam protractio temporis et precum instantia voluntatem liberam ancillarunt et donandi privilegium abstulerunt.*<sup>1</sup> *Sane illud proprie dicitur esse donum, quod de arbitrii libertate procedit.*"

satis *om.* A      emisse: errasse P<sup>3</sup>      nil: nichil M      exhibetur: exhibetur SP<sup>3</sup>  
 elemosinarum: helemosinarum A      exhibet: exhibet S      instantia: instantiam M  
 libertate: liberalitate P<sup>3</sup>

<sup>1</sup> See the notula on gifts: **Boncompagnus** [1.23.15](#).



If however he gains that which he had sought, it seems that he had paid enough, because nothing is purchased more dearly than that which is bought by payments and by the payment of shame. For anyone who makes a request offers a payment (bribe) and he loses it if he does not deserve to be heard. Nevertheless it is fitting that something frequently petitioned should be denied to the unworthy, for the reason that it could more worthily be provided to worthy people. For that which is provided for satisfying requests loses the dignity and authority of the natural meaning <of a donation>. Whence it should not be called a 'donation', but a 'gift' quasi of alms. For that reason a person who thus provides should be called a 'giver', not a 'donor', since a protraction of time and the presence of payments enslave a free will and take away the privilege of donating. In truth, <only> that which proceeds from freedom of the will can properly called a donation.

[7] *"Preterea te dixi tanta discretione pollere, quod sine defectu scis eligere, quid sit in humanis actibus eligendum et quid odii nota dignum. Constantiam denique tue nobilitatis dignis laudibus commendavi, ex eo quod patulas aures non habes nec facile credis persuasionibus aliquorum, sed in statera conscientie tue ponderas et libras audita, sicque in laudabili proposito robore perseverans, quos diligere incipis per adulationes frivolas non dimittis, in quo multi errare cernuntur, qui omni vento suasionum sicut arundines commoventur."*

pollere discretione tr. R      scis: sis MS      humanis: humanibus A      quid: qui  
 M      odii: hodie A      persuasionibus: suasionibus R      tue: te S      audita: inaudita  
 M      cernuntur: videntur R

Moreover I said that you so excel in discretion, that you know how to choose what should be chosen without fail in human acts and what deserves a brand of odium. Then I commended with worthy praises the constancy of your nobility, because you do not have wide-open ears nor do you easily believe the persuasions of others, but that you weigh and measure things heard on the scales of your conscience. And persevering thus in the strength of praiseworthy resolve that you not dismiss through frivolous adulations those whom you have begun to love; in this regard many are perceived to err, who are moved about like motes of dust by every wind of persuasions.

[8] *"Post istas namque relationes claruit cardinalis aspectus et gaudium, quod in animo conceperat, cepit in facie demonstrare.<sup>1</sup> Ad hanc equidem virtutum perseverantiam te amplius non exhortor, quoniam es de genere leonum et leones animalia dominabilia sunt, quare sicut leo in tuo **laudabili** proposito dominabiliter permanebis."*

conceperat: acceperat SP<sup>3</sup>      exhortor: exortor M exortor et A      laudabili:  
 dominabili SP<sup>3</sup> (*lacunae in R*)

<sup>1</sup> This wording suggests a face to face meeting with cardinal Leo.

After these discussions the cardinal's countenance brightened and he began to demonstrate on his face the joy which he had conceived in his soul. I do not exhort you further to the perseverance of virtues, since you are from a race of lions and lions are domineering animals, for which reason you will remain as indomitable as a lion in your praiseworthy resolve.

### 1.13.2 Commendatio alicuius de honestis moribus.

[1] *"Annuntio vobis preconium gloriosum, exordium exultationis propono, et narrationem immense iocunditatis affirmo. Filius quidem vester, quem ad litterarum*



*studia direxistis, propter morum honestatem ab omnibus commendatur, crescit laudis opinio cum incrementum virtutum."*

### 1.13.3 De pravis moribus Grisoliti monachi.

[1] "*Grisolitus monachus vester agitatur furioso pugno taxillos, zaram<sup>1</sup> vocibus altis implorat dicens 'invito et reinvito', quod deberet penitus evitare. Proicit quandoque nummum in altum super tabulam infra signum; deminiosa quidem et clamosa voce invocatur sinum, quinum, quaternum, ternum, binum et assum, et, cum ei puncta non respondent ad votum clamorosius, blasphematur Deum, iniuriatur Virgini matri et sanctis omnibus maledicit. Veneratur namque Bacchum et scaccum, exponit denarium fortune muscarum vel ipsum proicit ad signum infixum. Nam quandoque clavos ferreos, amigdala, nuges et ova ponit in ludo, ludit etiam ad ossula et sophisma corrigiole non omittit. Pro certo, cum sepius esset in conspectu omnium rebus omnibus denudatus, lusoribus capillos et testiculos obligavit; in nudinis quidem retulit libros alienos et vestes exposuit ad ludendum. Nunc vero nudus per tabernas et meretricum| prostibula pervagatur, in quibus nummulos, quos de furtis consequitur et rapinis, bibendo, ludendo et fornicando consumit. Preterea sepe iuravit et votum emisit, quod animum suum ab huiusmodi scleribus removeret, sed iuramentum et votum penitus vilipendens totiens peieravit quotiens iuravit, unde velut canis ad vomitum est reversus."*

meretricum | [\[7ra\]](#) P

<sup>1</sup>See above [1.11.3](#) and below, [4.6.6](#), [5.6.25](#), [6.9.4](#).

### 1.13.4 Notula doctrinalis de huiusmodi materiis inveniendis.

[1] De pravis moribus addiscentium sunt lingue detractorum magistre, que non solum nefaria vulgant, sed etiam bonos actus depravant; unde sepe in admiratione stupesco, quod detractores et invidi sic sciunt inopinabiles detrahendi materias invenire.

[2] Sed licet propter omnia crimina ordo valeat scolasticus infamari, ista tamen principaliter agmina studentium dehonestant, videlicet: immoderata gulositas, manifesta fornicatio, ebrietas, ludus, intemperantia expensarum, avaritia, inconstantia, fermentum sodomiticum, commixtio gomorraea et furtum.

[3] Oriuntur etiam de huiusmodi excedentibus materie infinite, quia dici potest, qualiter dimisso studio aliquis evagetur, dimiserit habitum et tonsuram, incedat cum iuratoribus, qui ad supplantandum alios consueverunt peccuniam sepellire, arma deferat interdicta, moveat scandala, excitet contentiones, lites et guerras, vulneret, occidat, sit consul meretricum, de nocte transcurrat, citharizet, saltet et cantet cum ioculatoribus et meretricibus in choreis.

[4] Item de aliquo dici potest, quod cum nullo valeat perseverare magistro, conturbet socios, omnes derideat et sicut scimia artes temptare nitatur.

[5] Item quod audiverit grammaticam et postmodum transtulerit se ad leges et iterum

de legibus ad grammaticam sit reversus et sicut musardus nominativo hec musa  
declinat.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.14

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.14 DE EXCUSATIONIBUS SCOLARIUM

### 1.14.1 De excusatione scholaris, qui propter destestabiles mores est infamis.

[1] *"Antequam comedam suspiro et anima mea inenarrabili dolore tabescit, ex eo quod viri dolosi accuerunt contra me linguas suas velut serpentes inaudita mendacia proponendo. Sed o crudelis immanitas, o cogitatio execrabilis et penitus abhorrendo, quomodo presumpsisti referre, que non solum in actum verum etiam in cor nullatenus ascenderunt? Supplicio igitur et lacrimosa vos prece non desino exorare, quatinus dedignemini fidem talium relationibus adhibere, quia dicunt non, que feci vel merui, sed que solent."*

| [\[7<sup>ra</sup>\]](#) P

### 1.14.2 De excusatione alicuius ad illam, que altera Venus reputabatur in terris.

[1] *"De medulla cordis et vena doloris verba mea procedunt, quia firmiter intellexi, quod aliquot viri dolosi, quibus hora fetent et nascitur agrifolium inter dentes, aures vestri privilegium obtinebam, quod procul fuit ab omni specie veritatis, quoniam illud vel simile numquam| ascendit vel descendit in cor meum nec aliquo tempore cogitavi. Sed invidie livore proscripti ex familiari colloquio et ostensione gratiae plenioris loquuntur opinabiliter, ut me possint benivolentia vestre privare. Sed omnes, qui aurum dilectionis mundum cupiunt ab omni rubigine conservare, debent surde aspidis vestigia imitari, que unam aurem in terram defigit, et reliquam sumitate caude obturat, ut non audiat nec exaudiat vocem venefici sapientius incantantis."*

numquam | [\[7<sup>rb</sup>\]](#) P

### 1.14.3 Notula doctrinalis et copiosa in excusationibus proponendis, que in novem membris dividitur.

[1] Primum membrum. *"Hos peccatoris et hos dolosi super me apertum est et proposuit, quod nullam habuit a veritate radicem."* Vel utaris plurali, ut: *"Hora peccatorum etc."*

[2] Secundum. *"Locutus est adversum me amicus vitreus lingua dolosa et sermonibus odii circumdedit amicum realem pariter et fidelem."*

[3] Tertium. *"Super cotem mendatii contra me suas linguas acuerunt versipelles amici cum cauda sicut scorpiones detractionis venena fundentes et in hiis me temere accusarunt, in quibus conscientia non deliquit."*

[4] Quartum. *"Odio habuerunt me gratis, qui meam innocentiam super tam abhorrendis criminibus accusarunt, quia non recolo me aliquos offendisse."*

[5] Quintum. *"Fucatus amicus, qui se prius me diligere fatebatur, contra innocentiam meam turpiter allegavit."*

[6] Sextum. *"Non expavit superstitiosus amicus et in omni promissione vocabilis meam famam apertis mendatiis denigrare."*

[7] Septimum. *"Futilis amicus tamquam perforata cucurbita vaporavit, mendatii ventum sicut vesica, que crepat emittens. Ipse autem sicut retrogradus postposito studio litterarum ad propria remeavit, et nunc meam famam ad hoc infamare molitur, ut sub umbra et velamine suam valeat infamiam occultare."*

[8] Octavum. *"Orbatus amicus meam honestatem de fornicationis vitio nititur infamare cupiens habere in malitia sua consortem. Profecto notum est universis et fama in hore omnium iam plebescit, quod illi meretrici non pertimuit adherere, que viro legitimo derelicto in diversis provinciis nudinas circuivit, postulans a quolibet nummum singularem pro suppositionis tributo."*

[9] Nonum. *"Utinam appenderentur commissa mea, et foret accusatio ponderata in iudicii veri statera, quoniam accusatores mei essent perpetuo pudore confusi. Verumtamen dicere ante me non auderent, sed retro et ubi temporibus istis esse non possum valent mendatia ruminare. Sed veniam et Domino auxiliante revertar et tunc apparebit, quomodo in sua capita excogitata mendatia retorquebuntur" vel "tunc in eos retorquebitur compositio falsitatum" vel "si non potuerint probare, quod in absentia obiecerunt, erubescere poterunt in presentia de obiectis" vel "de obiectis non immerito erubescant" vel "detestabili afficientur rubore" vel "tunc poterunt erubescere, cum in multorum presentia| illos probabo fuisse mentitos" vel "tunc illos mendaciorum suorum pudebit, cum aperte probabo illos fuisse mentitos" vel "si michi potuerint obiecta probare proiciar vivus in rogam spectante omni populo comburendus" vel "michi pena secundum accusantium arbitrium inferatur" vel "si aliquid michi probare poterunt de obiectis reus efficiar singulorum." Vel: "O indignatio inaudita, cur esse me dicitis de tam nefariis criminibus accusatum et accusantium nomina occultatis?" vel "et de nominibus accusantium certitudinem habere non possum? Videmini quidem propter hoc velle occasionem calvam in fronte requirere capillata. Sed ista simulatio ab equitatis origine procedere non videtur, immo contra iuris ordinem facere comprobatur, qui nititur in illum sententiam promulgare, qui numquam fuit sponte confessus neque manifeste convictus."*

presentia | [\[7<sup>va</sup>\]](#) P

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.15

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.15 DE HONORE AC VITUPERIO CONVENTORUM

### 1.15.1 Intimatur parentibus, quomodo eorum filius debeat in proximo conventari.

[1] "*Germen, quod a vestra radice processit in plantulam, sollempnibus exercitiis pertransivit et ita in arborem est conversus, quod ex ea fructus desiderabiles collegitis. Cito enim debet ad magisterii gloriam promoveri, unde tam vobis quam suis consanguineis et amicis volui tante letitie preconium enarrare.*"

| [\[7<sup>va</sup>\]](#) P

### 1.15.2 Significatur, cum quanto sit conventatus honore.

[1] "*Cantate Domino canticum novum, psallite in cordis et organo, cum cymbalis bene sonantibus iubilate, quia filius vester venerabilissimum celebravit conventum, in quo fuit numerosa magistrorum et scholarium multitudo. Ipse vero querentibus et questionibus absque defectu aliquo satisfecit. Nullus ei concludere potuit opponendo, sed ille universis obiciendo conclusit et nemo fuit, qui suis potuerit argumentis instare. Preterea famosum convivium celebravit, in quo tam pauperes quam divites melius quam unquam auditum fuerit honorati fuerunt. Item cum sollempnitate scholas celebres iam regere incepit, vacuavit scholas cultorum et habet plurimos auditores.*"

### 1.15.3 De illo, qui male celebravit conventum, et de alio, qui bene solvit questionem, et de tertio, qui male.

[1] Contrario dici valet: talis celebravit conventiculum non conventum, in quo sedit tamquam hyrcus in cathedra, et 'rabbi' fuit derisorie appellatus, quia non erat puer, qui sibi de quolibet sophismate non cluderet manifeste, et ipse in obiciendo procedere non sciebat. Invitati autem ad convivium taliter comederunt, quod non habuerunt voluntatem bibendi. Item cepit regere cum quibusdam conducticiis et novitiis, quia nullum valet habere profectum, nisi velit illum precio nummario comparare.

[2] Item talis non facit conventum, sed fuit proposita questio, quam philosophice determinavit, unde omnes in admiratione stupebant.

[3] Item e contrario ipsemet fecit proponi cunctis videntibus questionem, credens recte iacere ante oculos pennatorum. Verumtamen ad sui pudoris augmentum eandem penitus solvere ignoravit, unde post eum omnes et singuli subsannabant.

singuli | [\[7<sup>vb</sup>\]](#) P



\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.16

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.16 DE MAGISTRIS, QUI VOCANTUR AD REGENDUM SCOLAS

### 1.16.1 Littere scholarium ad magistrum, quem ad se de longinquis partibus vocant.

[1] "*Optaremus, quod nardus nostra daret odorem suavitatis, et ut eloquentie nostre compositio in vestra presentia redoleret. Sed nemo unquam in spinis uvas aut de tribulis poma collegit. De rudibus ergo ingeniis rudem et rusticanam epistolam vestre sapientie destinamus, humiliter supplicantes ut insufficientie nostre parcatis votum nostrum benignitatis oculis intuentes. Summo namque desiderio peroptamus cum situlis nostre parvitatatis de fonte vestro aquam haurire,<sup>1</sup> qua rudia ingenia humectemus, et nos ipsi vireamus, florere possimus et fructus reddere in tempore oportuno. Ideoque vobis humiliter supplicamus, quatinus cum nobilibus viris, quos ad vos direximus ad parvitatem nostram, vestra dignetur accedere magnitudo. In fide quidem sincera et devotione pura spondemus, quod in exhibitionis expensarum, donis et provisionibus opportunis secundum vestram voluntatem et consilium procedemus.*"

| [\[7vb\]](#) P

<sup>1</sup>Cf. **Boncompagnus** [3.8.1](#) for this *Unterwürfigkeitsformel*: *Ad fontem vivum cum scitula nostre accedimus parvitatatis quia sitimus iustitiam nec possimus alicuibi reperire*. It is also found transformed in **Boncompagnus** [5.20.1](#) §2: *cum situla karitatis aurire peroptas aquas de fontibus Salvatoris*. For remarks on similar metonymic usage of *parvitas* (also found in **Boncompagnus** [1.16.4](#), [3.3.5](#), [3.10.2](#), [5.1.8](#), [5.4.9](#), **Rhetorica novissima** 5.3.X.X) in other contemporary writers, see MAURIZIO PERUGI "Saggio di un'edizione critica dello'**Ars versificatoria** di Matteo di Vendome" in **Testi e interpretazioni: studi del Seminario di Filologia Romanza dell'Universita di Firenze** (Milan 1978) 669-719 at 677, commenting on **Ars versificatoria** prolog. 1 (*mei parvitatem ingenioli*).

### 1.16.2 Alie de consimili materia cum variatione regulari.

[1] "*Cupientes de splendore vestre sapientie serenari vos postulamus in dominum et doctorem habere.*" Vel: "*Serenari de splendore vestre sapientie cupientes communi voto et unanimi voluntate vos in magistrum elegimus et doctorem*". Vel post 'cupientes': "*illum cum inenarrabile gaudio expectamus, qui nobis artis grammaticae itinera demonstrabit*" vel "*nobis insinuabit artis grammaticae documenta*" vel "*expectamus alterum Priscianum*" vel "*illum, qui nodosas questiones dialectice facultatis solvet ad unguem*" vel "*illum, qui gloriose vocis munimine roboratus nos artem dignabitur oratoriam edocere*" vel "*prestolamur alterum Ypocratem*" vel "*illum, qui secreta secretorum nature nobis dignabitur revelare*" vel "*illum, qui nobis revelabit abscondita Scripturarum, et discooperiet septem liberalium artium tegumenta*" vel "*illum, qui dubios et sollempnes casus iuris canonici vel civilis exponet*" vel "*illum, qui de lippitudine Lye nos pertrahet ad Rachelis amorem, ostendendo pariter quomodo*"

*Martham debeamus in frequenti minstererio imitari et ad pedes Domini cum Maria sedere."*

### 1.16.3 Responsio magistri venire volentis.

[1] *"De nardo vestra recepi suavitatis odorem, et eloquentie vestre dignitas michi uberius redoluit et flagravit, quia de copiosis ingeniis urbanam epistolam destinastis urbanus et iocundius meum servitium postulantes. Unde firmiter disposui ad vos venire, quandocumque placebit et expendere cunctas vires, ut mecum possitis proficere in moribus et doctrina."*

### 1.16.4 Responsio magistri venire nolentis.

[1] *"Si dicerem ad vos 'nolo' vel 'non possum venire' sufficiens responsio videretur. Ceterum, qui sub nimia brevitate] respondet, aut videtur proposita contempsisse aut de propositis non curare. Credo quidem, quod ex dilectione sincera me ad vestrum servitium invitastis non habentes respectum ad mee scientie parvitatem, unde vos computo in numero fidelium et realium amicorum. Verumtamen vestre nequeo condescendere voluntati, quoniam familiare negotium imminet, quod votum et desiderium impedit veniendi."*

brevitate | [\[8<sup>ra</sup>\]](#) P

### 1.16.5 Notula doctrinalis.

[1] Doctores etiam et addiscentes de facultatibus, quas profitentur, debent aliquando suis interserere orationibus ad hoc, quod in talibus instructi esse cernatur. Preterea possunt scolares intimare magistris, quod bene habebunt salarium constitutum, et illi e contrario: *"Si Palenciam veneritis ad regendum, magnificus et illustris rex Castelle vobis manu largiflua providebit"*.<sup>1</sup>

<sup>1</sup>Alfonso VIII, king of Castile (1158-1214), founded the first university in Spain. See below, XXXX

[2] Item *"Non est parvum notitiam et gratiam regiam promereri"*.

[3] Item *"Fructuosum est et honorabile gratiam nobilium civium et favorem populi promereri"*.

[4] Item *"Non videtur esse tutum sine securitatibus et certis pactis ire in regionem longinquam"*. Et ita possunt fieri suasiones et dissuasiones, quarum copiam per libros voluminis poteris invenire.

\*\*\*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998



# Boncompagnus 1.17

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.17 DE INTERPRETATIONIBUS NOMINUM PROPRIORUM<sup>1</sup>

### 1.17.1 De reprehensione illius, qui appellavit amicum suum Fortunam, cum appellaretur Ventura.

[1] "*In epistole titulo me appellasti Fortunam, pro eo quod in vulgari appello Ventura. Unde fui non sine causa miratus propter mutationem repentinam. Fortuna quidem est in opinatus rei eventus et sum ante vocatus Fortuna. Ergo secundum opinionem sum in opinatus rei eventus. A simili ergo si vocaret Gerardus ...Unde ridiculosa fatuitas et extrema dementia est nominis interpretationem in aliquo loco ponere pro nomine/ alicuius.*"

| [\[14v\]](#) A [\[8ra\]](#) P [\[10va\]](#) S      loco om. P      pro nomine | [\[15r\]](#) A

<sup>1</sup> Cf. LUIGI SASSO **Il nome nella letteratura, l'interpretazione dei nomi negli scrittori italiani del medioevo** (Genova, Casa Editrice Marietti, 1990); Jerome **Liber interpretationis nominum hebraicorum CC 72**, on Jerome: F. WUTZ **Onomastica Sacra** Texte und Untersuchungen zur altchristlichen Literature 41.1 and 2 (1914/15); Papias, on Papias: G. GOETZ "Papias und seine Quellen" SB München, Phil.-Hist. Kl. 1943; Huguccio, F. DORNSEIFF "Redende Namen" **Zeitschrift für Namenforschung** 16 (1949) 24-38, 215-218; on the rhetorical tradition of interpretation by etymology, Quintilian **Inst.** 1.6.29, Cicero **Topics** 35, **De academ.** 1.32; on Cicero P. DIETRICH **De Ciceronis ratione etymologica** (Diss. Jena 1911); in general, **Reallexikon für Antike und Christentum** 6.818; for the consistent juristic use of etymology alongside definition, see Azo **Summa Codicis, Summa Institutionum**; for the ancient Roman jurists, see L. CECI **Le etimologie dei giureconsulti romani raccolte ed illustrate** La lingua de diritto romano 1 (Turin 1892), B. SCHLERATH "Bemerkungen zu den Etymologien der römischen Juristen" **Münchner Studien zur Sprachwissenschaft** 8 (1956) 58-73. See also **Boncompagnus** 1.17, passim; 1.25.12; 5.1.11; 5.1.22-23; 5.2, passim; 5.10.2: Sex exordiorum varietates que sumuntur ab interpretationibus nominum. BENJAMIN Z. KEDAR "Toponymic Surnames as Evidence of Origin: Some Medieval Views" **Viator** 4 (1973) 123-129 [uses Accursius' and Bartolus' commentaries on **Dig.** 50.1.38 § 5 to answer question whether medievals considered a toponymic name as evidence of that person's origin].

### 1.17.2 Notula, qua doctrina datur, quod proprium nominum interpretationes pro nominibus propriis non ponantur.

[1] Nota, quod aliquot nudi Garamantes de simplicitatis errore trahentes fomentum, nominum interpretationes ponunt loco nominum proprium. Quod ridiculosum esse videtur.

[2] Nam quoddam castrum iuxta Ravennam, quod 'Bagnacavallum'<sup>1</sup> appellatur. Ad quod aliquando confugerant quidam raptores, qui quendam spoliaverunt litteratum. Interrogatus autem, dum conquereretur, quo raptores iussissent, respondit, quod iverant ad 'ablucionem equi'. Unde iudex continuo misit ad locum, in quo equi

consueverant adaquari.

<sup>1</sup> Cf. **Toponimie Romagniole** XXXX.

[3] Profecto aliquis rusticus ex impositione 'Papa' vocatur. Numquid appellabitur 'Summus pontifex' vel 'Episcopus servus servorum Dei'? Aut, si vulgo nominatur 'Episcopus', poterit dici 'Pontifex' vel 'Antistes' vel 'Presul'?

[4] Item, si aliquis vocaretur 'Blancus', satis esset cornutus grammans, qui diceret: 'Ecce| Albus.'

Ecce | [\[grb\]](#) P

[5] Ego ipse fui aliquando a quibusdam meis stultis auditoribus 'Bonus socius' appellatus. Quibus imposui silentium verecundum, nam firmiter dico, quod etiam hec silliba 'bon' augmentari non debet, ut dicatur 'Bonuscompagnus', sed debet immobiliter permanere, ut dicatur Boncompagnus, quia si dicatur 'bonus', pars nominis proprii trahi videtur ad significationem adiectivi. Et idem iudicium est in consimilibus. Secius est, si ponatur in fine propriis nominis, ut 'Homobonus', quia ibi ex toto profertur et est ibi dictio. Sed 'bon' in principio secundum vulgare semper est <una> silliba.

[6] Trado igitur pro regula generali, quod omnia propria nomina virorum mulierum atque locorum, secundum quod vulgo proferuntur, scribantur, declinatione tamen interposita| in illis, que declinari possunt.

interpo|sita [\[10vb\]](#) S

[7] Ceterum in serie narrationis poni valet laus aut vituperium de interpretationibus nominum propriorum. Laus, ut vere dicitur 'Ambrosius' quasi 'ambre sinus'. Vituperium, ut vere dicitur 'Maleficanus' quasi 'mala faciens'. Et sic possunt infinite nominum interpretationes ad laudem et vituperium de nominibus provenire.

[8] Si autem opponatur, quod quedam nomina locorum in facultate litteratoria transmutantur et eorum interpretationes ponuntur pro vulgaribus, respondeo: quod illa nomina sunt quasi barbara. Unde sapientes in litteratura huius modi vulgaria contempserunt, eorum interpretationes pro illis ponentes. Videbatur enim eis quasi barbarum, si diceretur 'Verciburg, Osburg, Regesburg, Araz, Alzor.' Quare dixerunt 'Herbipolis, Augusta, Ratisbona, Adrebatum, et Altissiodorum'. Nam illa, que sunt Latinitati germana, iusta vulgaria in litteraturam permutat, ut a 'Melano' 'Mediolanum', a 'Maganza' 'Maguncia', a 'Palerno' 'Panormum', et a 'Messina' 'Mesanum'. Ita fit vel fieri debet ubique.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999





# Boncompagnus 1.18

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.18 DE ILLIS, QUI PER VANAM CREDULITATEM DELUDUNTUR

### 1.18.1 Narratio interlocutoria ad materiam prime delusionis exprimendam.

[1] Ante adventum meum pullulabat in prosatoribus heresis cancerosa, quia omnis, qui pollicebatur in prosa exhibere doctrinam, litteras destinabat, quas ipse in magno spatio temporis vel alius picturato verborum| fastu et auctoribus| philosophicis exornarat, cuius testimonio probatus habebatur orator. Unde rudes et inscii pro auro cuprum deauratum emebant.

| [\[15r\]](#) A [\[4rb\]](#) P [\[10vb\]](#) S                      verborum | [\[8va\]](#) P              aucto|ritatibus [\[15v\]](#) A

[2] Magistri vero et eorum fautores, ex eo quod deprecia bar proverbialia<sup>1</sup> et obscura dictamina contempnebam, dicebant me| litteratura carere. Nec ascribebant virtuti sed vitio et levitati, quod semper in presentia dictare volebam.

me | [\[11ra\]](#) S

<sup>1</sup> For the preference shown by French masters for proverbs, see FRANZ JOSEF WORSTBROCK "Die Frühzeit der Ars dictandi im Frankreich" XXX.

[3] Videns ergo quod sine publica verecundia eorum non poterat temeritas refrenari, finxi quod quidam eximius oratorum Bononiensem intraverat civitatem, cui nomen Robertus erat. Et ita sub ipsius velamine ac nominis umbra contra me ipsum litteras texui pudorosas.

oratorum *ed. Sutter*] orator *ed. Pini*

### 1.18.2 Littere, quas sub nomine Roberti transmisi.

[1] "*Disparilis proportionis libramine michi stilus respondet. Subest causa, sed forma non imitatur causarum. Accedit sententia dispar, accidens alterabile, circumferentia tripertita et illatum solubile, antecedenti destructo, per equivocationem relationis conclusio subsequetur, et instari non poterit argumen<ta>tio. Si concedatur premissum neque postcedat tempus, rei veritatem nemo poterit diffiteri.*"

[2] "*Pharetram igitur et arcum eloquentie apprehendere iam constringor, ut illum in manifesto sagittem, qui omnium scientias vilipendit, quia dignum est, ut stulto debeam iuxta suam stultitiam respondere, ne sibi vel minus providis fore sapiens videatur. Nam*

*puer abecedarius se philosophis cunctis prefert, se maiorem Tullio esse proponit, seminat in testis fictilibus athomos philosophie, globum veterem ligatus per oppositionem in Arcto dissolvit. Iam posuit stateram suam in celo et semet secundum proprii arbitrii dispositionem ponderat inter cecos. Sic enim secum loquitur, qui non invenit aliquem, cum quo contendat. Sed adhuc non lusit mecum in palestra, quia de Palladis pallatio vituperabiliter fuisset eiectus."*

[3] "*Verumtamen, ne diem videar detinere sermone, appareat ille philosophus Boncompagnus et respondeat michi, si audet, quia hodie secum in conspectu vestro disposui perorare atque sibi clarius ostendere, quod de Francie thesauro procedere consuevit. Ecce apparebit, quomodo ei suffragari valebit rethorica, quam vidit per sompnum in Parnaso. Circumcidat cartam, scribat in ipsius principio, quicquid velit, in medio et in fine, quecumque sciverit meditari, et ego, sicut ipse intellectus et litteras taliter copulabo, quod nedum litteram vel sillibam, sed etiam punctum unicum non corrumpam. Postmodum vero de trivio, quadrvio, theologia, phisica, iure canonico et civili dabo sibi calicem ad bibendum, in cuius gustu ita erunt ipsius labia intercisa, quod mutire de cetero non audebit, et ego videbor tamquam unus de Francie thesaurariis Italicorum principem superasse."*

### 1.18.3 Narratio, que secundario factum exponit.

[1] Auditis quidem litteris ceperunt magistri et amici mei vocales, versipelles atque fucati extollere famam putativi Roberti| et famam deprimere Boncompagni.

Roberti | [\[11<sup>rb</sup>\]](#) S

Boncompagni ed. Sutter] om. ed. Pini

### 1.18.4 Littere, quas post illas meo nomine destinavi. |

[1] "*Conclusus ab inconcessis stabo per expositariam, | et non prevalebunt hodie contra me iacula invidorum. De victoria demum confisus me preparo ad certamen, dummodo Gallicus apparebit cum mortario et pistillo et falsam positionem<sup>1</sup> deducat in medium,<sup>2</sup> et iam apparebit, utrum rethoricam viderim per sompnum in Parnaso."*<sup>3</sup>

rubr. destinavi | [\[16<sup>r</sup>\]](#) A

expositariam | [\[8<sup>vb</sup>\]](#) P

<sup>1</sup> For *falsam positionem*: **Oliva** 18.XXX and below **Boncompagnus** [1.18.5](#), for *falsa doctrina*:

**Boncompagnus** [1.18.7](#), [5.22.1](#) §4, [5.22.2](#) §3, **Liber decem tabularum** [prol.](#)

<sup>2</sup> On

Boncompagno's vocabulary of publishing: *deducere in commune* (**Palma** [prol.](#), **De obsidione Ancone** [prol.](#), **Boncompagnus** [5.20.1](#) §14, [epilog.](#), **De malo senectutis et senii** 1.2), *educere in lucem* (**Boncompagnus** [prol.](#)).

<sup>3</sup> See Haymarus Monachus **De expugnata Accone** quatrain no. 39.

### 1.18.5 Narratio, que finem facti exponit.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> See **Palma** [49](#), Salimbene **Cronica** (ed. 109) and below **Boncompagnus** [1.18.15](#).

[1] Auditis quidem secundis litteris, ceperunt amici mei reales contra invidos

proclamare dicentes: 'Hodie apparebit, quid facere poterit contra Boncompagnum Robertus'. Et ceperunt ad invicem se cedere alapis. Tunc amici propter inimicum facto ingenti clamore ad maiorem ecclesiam devenerunt et ita fuit magistrorum et scholarium universitas congregata. Ego autem accessi ad locum et sedens pro tribunali ridebam, querens aliquando: 'Quando veniet iste Robertus?' Canes vero mei nullum tamquam aliquem excusabant, dicentes: 'Impeditus fuit aliquantum, sed cito veniet. Expectate'. Astantes nempe quemlibet et ignotum digito demonstrabant proclamantes: 'Ecce Robertus, ecce Robertus!' Demum, cum essem pre diurne more tedio fatigatus, surrexi clamans: 'Veniat Robertus, surgat Robertus, qui nos tamquam animalia bruta vocavit pariter et derisit'. Et continuo plurimi responderunt: 'Nullus est hic, qui vocetur hoc nomine'. Facto itaque silentio tale insolubile promulgavi. Elapso tempore positum erat me Robertum esse. 'Cedat tempus. Rei veritas est, quod ego sum Boncompagnus, et credidistis venire ad vocationem Roberti et venistis ad vocationem Boncompagni. Ergo est vobis per falsam positionem manifeste conclusum'. Invidi namque mei et alii cum summo ludibrio et pudore perpetuo recesserunt, et ego a dilectis meis fui super ulnas usque ad hospitium pre gaudio deportatus.

### 1.18.6 Narratio secunde delusionis.

[1] Elapso vero unius anni spatio consideravi, quod perfectum odium et perfectus amor rerum iudicium non cognoscit. Unde finxi advenisse quendam, qui vocaretur .W. Ortonensis,<sup>1</sup> sub cuius velamine litteras destinavi.

<sup>1</sup> Orte, town in northern Lazio, ca. 25 km. east of Viterbo, on the Tevere river.

### 1.18.7 Littere, quas sub nomine .W. Ortonensis direxi.

[1] "*Cum ex prime contagionis vitio humana conditio ad reprehendendum nimium sit proclivis, inveterati delicti vinculum dissolvere iam non possum, quia de antiquo germine ramusculus pullulans, compellitur nature debito respondere.*"

compellitur ed. *Pini*] compellor ed. *Sutter*

[2] "*Restringsam tamen stilum, in quantum possibilitas optinet, freno temperantie nec ea proponam, que minus provide aliquem dehonestant. Intellexi| nempe, quod quidam nomine Boncompagnus multo se maiorem facit, quam eum libra veritatis appendat. Se ponderat super omnes philosophos in statera, depreciatur scientiam singulorum. Immo, ut breviter comprehendam, sicut ioculator se habet, quia magis insistit derisionibus quam doctrine. Unde me, qui fui semper a sacrosancte Romane ecclesie uberibus enutritus, cum eo contendere non deceret.*"

Intellexi | [\[11<sup>va</sup>\]](#) S

[3] "*Habens namque respectum ad eum, voco sitientes ad aquas, et qui non habent argentum, non desinant properare, quia non spe questus nec alicuius lucri gratia tam divites quam pauperes secundum formam| curialem facultatem| proposui oratoriam edocere, arbitrans obsequium prestare Deo, si scientie itinera scholaribus demonstrabo,*

*qui per false doctrine semitam vagis et tortuosis passibus gradiuntur."*

formam | [\[9<sup>ra</sup>\]](#) P

faculta|tem [\[16<sup>v</sup>\]](#) A

### 1.18.8 Narratio, que factum exponit.

[1] Litteras quidem istas magistri et scolares preconiiis efferebant, asserentes quod nichil respectu ipsius .W. valebat in dictamine Boncompagnus. Quid plura? In termino constituto ad plateam sancti Stephani properarunt, interrogantes attentius de .W. Denique, cum neminem invenirent, fatebantur se turpiter fuisse delusos.

### 1.18.9 Narratio, que pronuntiat materiam tertie delusionis.

[1] **Quinque salutationum tabulas**, quas habere volentibus exhibueram, invidi hoc modo fumigiio tenebrarant: humectaverunt cartas sicut madescit pannus, de quo pilositas removetur, et eas altius collocantes fumum fecerunt sub eis fieri diuturnum. Et sic a centum annis retro composite videbantur. Postea fecerunt generalem conventum, in quo **Tabulas** illas me non composuisse firmiter asserebant, testimonium sophisticæ vetustatis coram omnibus ostendentes, et me furem et corniculam appellebant, moventes capita et dicentes: 'Triginta annos nondum habes et Habraham vidisti,<sup>1</sup> sed depositis alienis plumis<sup>1</sup> remanebis ut cornicula denudatus'.<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Ioh. 8.57. Since Sutter's biography, this statement has been used to fix the approximate date of Boncompagno's birth, without recognizing its origin in the Pharisees inquisition of Jesus. Another verse from this debate (Ioh. 8.44) is alluded to in **Oliva** [18.25](#) and above, **Boncompagnus** [1.18.4](#) <sup>2</sup> Horace **Ep.** 1.3.19-20, also alluded to in **Isagoge** [prol. 1](#), **Tractatus virtutum** [§7](#) and below, **Boncompagnus** [1.18.12](#).

[2] Postulavi audientiam, quam impetrare nequivi, quoniam ita fuerat machinatum, et ita pudorosus et confusus recessi. Habebam tunc plurimos auditores, quos incontinenti dimisi, et latui novem diebus, in quibus dictavi librum, qui **Palma** vocatur. Sed firmiter credebatur, quod auffugerim pro pudore. Unde tam apud invidios quam amicos reputabar sicut ille, qui propter latrocinium fustigatur.

### 1.18.10 Littere, quas absque titulo in septem clausulis destinavi, quarum quelibet inceptionem habebat a "*Finxi me longius ire*". |<sup>1</sup>

[1] "*Finxi me longius ire, ut in clipeo iustitie ymaginem pingerem veritatis, quia invidi et emuli contra me odii et mendatii gladium extraxerunt.*"

*rubr. ire* | [\[11<sup>vb</sup>\]](#) S

*Boncompagni ed. Sutter] om. ed. Pini*

<sup>1</sup> Luc. 24.28

[2] "*Finxi me longius ire, ut illos tenebrem atque confundam, qui **Salutationum tabulas** induerunt sophisticam vetustatem.*"

[3] "*Finxi me longius ire, ut illos, qui me de inconstantie vitio arguebant, de levitate stultitie reprehendam.*"

[4] "*Finxi me longius ire, ut invidi copiosam haberent materiam detrahendi, et maior esset illis confusio in regressu.*"

[5] "*Finxi me longius ire, ut cornicula remaneant denudate et hirci<sup>1</sup> lucernarii erubescant.*"

<sup>1</sup> See **Quinque tabule salutationum** [2.17](#), [4.10](#), **De amicitia** 19, **Boncompagnus**[1.2.6](#), [1.5.3](#), [1.15.3](#), [5.22.4](#) and [1.18.14](#) (*yrco cervus*)

[6] "*Finxi me longius ire, ut opera, que faciam, testimonium perhibeant veritati.*"

[7] "*Finxi me longius ire, ut saporiferos eloquentie dactilos **Palma** producat, quam hodie in vestra presentia recitabo.*"

### 1.18.11 Narratio, que insinuat finem facti.

[1] Auditis quidem litteris invidi stupuerunt et amici gaudio inenarrabili exultabant, et si bene laus in hore proprio resonaret, dicerem cum quanto gaudio et tripudio merui opusculum recitare. Taceo etiam, qualiter corniculis denudatis me sequebantur scolarium multitudines numerose.

numerosae | [\[9<sup>rb</sup>\]](#) P

### 1.18.12 De illius magistri delusione, qui dedit michi materiam de cornibus et penna.

[1] De cornibus cornute materiam exhibuisti cornutam. Et sic eris bicornis atque cornutus, quia te de cornuta epistola | cornutabo. Sepe cornua evacuat penna et sic te insipientia vacuavit, quod altera de te faciet corniculum risum.

epistola te | cornutabo [\[17<sup>r</sup>\]](#) tr. A

### 1.18.13 Narratio quarte delusionis.

[1] Quodam vero tempore non longe a civitate morabar, verumtamen credebatur, quod ivissem in regionem longinquam. Estas quidem erat et calor intendebatur, sicut in mense Iulii consuevit intendi, tunc universitati magistrorum et scolarium litteras destinavi, fingens .H. Baugarum esse rei auctorem.

### 1.18.14 Littere, quibus sub .H. Bauguari nomine intimavi, quod asinus debebat in leonem mutari et postmodum in aquilam et volare et alia



## mira fieri.

[1] "*In partibus Arabie ac Tolleti<sup>1</sup> tam in astronomia quam in omnibus magicis operibus operam exhibui diuturnam, quia per decem annorum spatium fui inter Arabas et Satrapas conversatus, ivi ultra Sauromatas et Glaciales, apud quos legi Uranech,<sup>2</sup> qui aspidem surdam fumigiis et incantationibus faciebat audire, et serpentes omnes convertebat in muscas.*"

<sup>1</sup> For the role of Toledo as a center of translation, HASKINS **Renaissance** 285-6; MARIE-THERESE D'ALVERNY "Translations and Translators" **Renaissance and Renewal in the Twelfth Century** 444ff. See **Boncompagnus** prol. XXX. <sup>2</sup> R. HALLEUX **Les textes alchemiques** (Turnhout 1979) Typologie des sources du moyen age occidental, vol. 32; FUAT SEZGIN **Geschichte des arabischen Schrifttums** (Leiden 1967-79); LYNN THORNIKE **History of Magic and Experimental Science** (New York 1923); **Isis**; G. CARBONELLI **Sulle fonti storiche della chemie e dell'alchemia in Italia** (Rome 1925); HASKINS **Medieval Science**; MANFRED ULLMANN **Die Natur- und Geheimwissenschaft im Islam** (Leiden 1972) = **Handbuch der Orientalistik, 1. Abt.: Der Nahe und der Mittlere Osten**. Ergänzensband 6.2; John of Salisbury **Policraticus** 1.9-2.28; DOROTHEA SINGER, **Catalogue of Latin and Vernacular Alchemical Manuscripts in Great Britain and Ireland Dating from before the XVI Century** (Brussels 1928); FRANCIS J. CARMODY **Arabic Astronomical and Astrological Texts in Latin Translation** (Berkeley 1956); LYNN THORNDIKE and PEARL KIBRE **A Catalogue of Incipits of Mediaeval Scientific Writings in Latin** (Cambridge Mass., 1963) with updates in **Speculum** 40 (1965) and 43 (1968); HEINRICH FERDINAND **Die Uebersetzungen arabischer Werke in das Lateinische seit dem XI. Jahrhundert** Abh. Göttingen, Hist.-Philol. Kl. 22, 1877; JOSHUA D. LIPTON **The Rational Evaluation of Astrology in the Period of Arabo-Latin Translation, ca. 1126-1187** (PhD diss. UCLA 1978).

[2] "*Legi etiam fantasticum Ramafitoni, qui per Almicatarath| multa distinxit in astrolobio Salamonis, transcurri Faunes et Almuchamir, qui sunt precipui libri magice facultatis. Intelligo per Zenzalimach latratus canum et voces avium, usque ad passerem et cardellum.*"

Almicatarath | [\[12<sup>ra</sup>\]](#) S

[3] "*Item novi mirabilia per ymagines operari, sed non sunt quelibet in publico revelando, quoniam qui vulgat mistica minuit maiestatem et que producuntur in turbam, non possunt manere secreta. Verumtamen, quia ignorantibus impossibilia huiusmodi esse videntur, ideo vobis intimo, quatinus hodie circa vel parum ultra meridiem, quia tunc sol esse incipiet in suo fervore, ad plateam sancti Ambrosii veniatis, ubi transmutari prius asinum in leonem, et cum in asinum revertetur, sicut yrcocervus apparebit cornutus et tunc assumet pennas, ut aquila et vobis videntibus per aera volitabit, verumtamen in fine asinus remanebit.<sup>1</sup> Serpentes quidem arabunt ibi litus cum vulpe, vaticinabuntur scimie de futuris, que ludi facient memoriam derisivam. Provideat etiam quilibet, ne sibi caput operire presumat, sed vertat nudam faciem contra solem, quoniam aliter nemo posset videre mirabilia secretorum.*"

<sup>1</sup> For the theme of impossible flight, see Salimbene **Cronica** (XXX ed. 109) and **Tractatus virtutum** §6, **Boncompagnus** 5.20.1, 6.7.4 §15, **Prooemium ad Summam Institutionum Azonis** (*quoniam ex alto irremediabiliter corrui, qui volare satagit antequam pennas assumat*), and above, **Isagoge** [prol. 1](#), note 3. See also **Palma** 49, Salimbene **Cronica** (ed. 109) and above **Boncompagnus** 1.18.5.

### 1.18.15 Narratio, que finem delusionis exponit.

[1] Auditis quidem litteris fuit rumor per civitatem diffusus et ita magistrorum et scolarium universitas, iuvenes et virgines, senes cum iunioribus preoccupaverunt ante horam statutam plateam et tecta domorum, venerunt et steterunt diutius, effectus impossibiles prestolantes. Demum intollerabili calore atque pudore affecti recesserunt, publice profitendo se consimiles fuisse asinis, ex eo quod asinos volare credebant. Per has nempe delusiones invidiorum hora frenavi, relinquens posteris memoriam sempiternam, quod aures non habent nimium patulas ad credendum.

---

1.18.4 Letter under the guise of a H. <einrich?> of Bavaria, in which I revealed that an ass would be changed into a lion and after that, into an eagle, and that it would fly and other marvels would be performed.

[1] "I applied myself extensively to both astronomy and to all the magical arts in parts of Arabia and at Toledo, because I dwelled ten years long among the Arabs and Persians; I went beyond the Sauromatas and the Glaciales, among whom I read Uranech, who used to make a deaf asp able to hear by smoke and incantations, and who changed all snakes into flies.

[2] I also read the Fantasticum of Ramafitonus, who clarified much in Solomon's astrolabe by Almicatarath, and I read Faunes and Almuchamir, which are the special books of the magical faculty. From Zenzalimach, I understand dog barks and bird calls, up to the sparrow and cardinal.

[3] I knew how to work marvels by images, but such should not be revealed in public, since one who divulges mystical things diminishes their majesty, and those things brought forth to the crowd cannot remain secrets. Nevertheless, because they might seem impossible to the ignorant, I shall therefore reveal to you, that today, around noon or a little bit after, because the sun will begin then to be at its hottest, you shall come to St. Ambrose's square, where I will first change an ass into a lion, and when it reverts to an ass, it will appear horned just like a goat. And then it will assume feathers like an eagle and it will fly through the air for those of you watching. Nevertheless, it will remain an ass at the end. Snakes will plow the shore there with a fox, monkeys will foretell the future, which tricks will make derisive memorial. Everyone should take care not to dare cover their heads, but should turn face to the sun, since otherwise none can possibly see the marvels of secrets.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.19

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.19 DE CANTORIBUS<sup>1</sup>

### | 1.19.1 Littere, quibus cantor invitat scolares ad cantandi scientiam.

[1] *"Cum ad decorem domus Domini spectet scientia modulandi et ecclesia, que sponsa Christi est, per cantores iugiter veneretur, dignum est et consonum rationi, quod omnis, qui desiderat in vita ecclesiastica militare cantandi, artem addiscat, ut servire Deo et ecclesie| celebrius mereatur. Sane qui artificiose ac dulciter modulatur, populum Christianum| ad audiendum sacra misteria non sine animarum hedificatione invitat, et qui per dissonoritates cantando transcurrit, gregem Dominicum reicit extra caulas. Cantavit nempe David cum psalterio et cythara, cecinit in cordis et organo et nos in multis locis cantare invitat. Verumtamen iubet psallere sapienter, quod fieri non potest absque sollempni exercitio et doctrina. Vos ergo, qui cupitis ecclesiastico cetui aggregari, ad addiscendum modulamina vobis secundum musicam artem invito, promittens firmiter quod cantum firmum, regularem succentum, suprema organa et modulos variatos quoslibet fideliter edocebo."*

| [17r] A [9rb] P [12ra] S | [9va] P ec|clesie [17v] A Christianum |  
 [12rb] S

<sup>1</sup> Cf. G. VECCHI "Teoresi e prassi del canto a due voci in Italia nel Duecento e nel primo Trecento" in **L'Ars Nova Italiana del Trecento**, IV (Comune de Certaldo 1970) 203-214; **Le origini** (Milan 1956) La letteratura italiana, Studi e testi, I, p. 756-759. See also below, [6.8](#).

### 1.19.2 Alie de consimili materia.

[1] *"Vere dignum et iocundum est atque solatiabile, in cuius principio animata quelibet revirescunt et germinare incipiunt ex temperantia qualitatum ipsius, que premortua yemis presentia videbantur. Nam singule aves dictante natura tempori condescendunt et iuxta suum genus incipiunt modulari, unde homo, qui est rationabilis creatura, hoc tempus debet cantui et artificioso modulamini dedicare. Ego vero, qui cantandi artificium profiteor per artem et consuetudinem approbatam, proposui erudiendos cantum firmum et variabilem fideliter et utiliter edocere."*

### 1.19.3 Notula, in qua doctrina datur de consuetudinibus et naturis cantorum.

[1] Mirandum est non minus quam notandum, quod diverse nationes et dispares gentes diversimode sibi displicent in cantando. Greci Latinos dicunt ut canes latrare et Latini dicunt, quod Greci ganniunt sicut vulpes.

[2] Sarraceni quidem Christicolas non cantare, sed delirare fatentur.

[3] E contrario referunt Christiani, quod Sarraceni voces transglutiunt et cantus in faucibus gargarizant.

[4] Asserunt Gallici, quod Ytalici semper in crebra vocum fractione delirant, unde illos dedignantur audire.

[5] Ytalici e contrario perhibent, quod Gallici et Teutonici ad modum febricitantium tremulas voces emittunt et, cum per immoderatam vocum emissionem celum propulsare nituntur, aut arbitrantur Deum esse surdum aut illum posse aliqua vocum rabiditate placari.

[6] Ceterum in hoc debent placere cantores, quod ad invicem se contempnunt et semper unus errorem suum per alienum excusat et dicit: 'Organum illius non dimisit me perficere melodiam'. Frequenter enim insufficientiam sui cantus imputat voci vel dissuetudini. Et est notandum, quod cantores omnes volunt de ordinata positione vocum laudari, quia quantumcumque displiceant auditoribus, sibimet placere noscuntur; quoniam cantus est actio anime, et nisi ex morbo proveniat aut aliquis canere compellatur, semper de letitia cordis procedit. Quod notari potest in risu et iocundis motibus corporum humanorum. Nam fere omnes electi cantores esse videntur mobiles et lacivi, consuetudinem a delectatione cantandi trahentes.

anime | [\[9vb\]](#) P

cor|dis [\[12va\]](#) S

[7] Mulieres etiam annose in suis melodiis reiuvenari videntur, et pastores, cum per deserta et nemora modulantur, se putant in celestibus commorari. Nam omnis, qui cantat ex iocunditate, quam habet vel sperat habere, prorumpit in vocem, quam habet ex motu anime provenire. Sed est instantia in doctoribus cantuum, qui, cum docent, sepe tedio afficiuntur et nimia repetitione cantandi; et in his, qui fatigantur in ecclesiasticis officiis; vel in ioculatoribus, qui propter cantum volunt esse lucrosi; aut in illis, qui aliquando cantant in nemoribus et locis dubitabilibus, ne timorosi esse credantur.

can|tat [\[18r\]](#) A

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.20

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.20 DE SUBSIDIIS POSTULANDIS

### 1.20.1 De filio, qui nuper ivit ad scholas et petit subsidia parentibus.

[1] "*Legistis me de numero filiorum et me litterarum studio dedicastis, promittentes quod me vultis ponere in principio leticie vestre, unde michi deberetis accuratius providere. Parisius quidem sunt omnia victualia solito cariora, quare sic cito compellor vestrum auxilium implorare. Supplico igitur, ut insufficientie mee neccessaria dirigatis.*"

| [\[18<sup>r</sup>\]](#) A [\[9<sup>vb</sup>\]](#) P [\[12<sup>va</sup>\]](#) S

### 1.20.2 Responsio cum redargutione.

[1] "*Primum carmen scholarium est petitio expensarum nec unquam erit epistola, que non requirat argentum. Debuisses quidem per biennium fecisse primo moram in scholis, antequam ita importune subsidia postulares.*"

postu|lares [\[12<sup>vb</sup>\]](#) S

### 1.20.3 Remissive littere contra parentes.

[1] "*Qui remorantur domi, iudicant de abscentibus, prout volunt, et dum sedent super ollas carnum in saturitate panem edentes, illorum nullatenus recordantur, qui fame, siti, frigore ac nuditate opprimuntur in scholasticis disciplinis. Ecce Parisius dego, ubi dedistis utiliter iam expendi, et .XXX. marchas sub usuris| accepi, pro quibus libros et animam obligavi.*"

usuris | [\[10<sup>ra</sup>\]](#) P

### 1.20.4 Alie de consimili materia.

[1] "*Si parentum suffragia michi defuerint, quid mei recordari debebit, quis auxiliabitur michi? Habebo recursum ad barbaras nationes aut queram subsidia paganorum? Dicam ergo 'Pater meus et mater mea derelinquerunt me, unde non est mirum, si fratres, noti et amici me penitus derelinquunt.' In hoc enim feritatem superare videmini bestiarum, que de suis natis habent diligentiam naturalem.*"

### 1.20.5 Littere speciales ad patrem.

[1] "*Ad vos, metuende pater, specialius converto sermonem, qui me tamquam os de*



*ossibus vestris et carnem de carne vestra fovere debetis. Misistis me quidem ad studia litterarum, in quibus, ut credo, vultis, quod debeam fame ac nuditate perire. Iam enim quadriennium est elapsum, quod non solum michi subsidia denegastis, verum etiam nolulistis me vestris litteris visitare."*

### 1.20.6 Littere speciales ad matrem.

[1] *"Ad vos, reverenda mater, sicut ad specialem portum recurro supplicans vestre lacrimabiliter pietati, ut filium, quem in corpore vestro portastis,| lactastis uberibus, laboribus et exercitiis nutritistis, non dimittatis fame ac nuditate perire. Nam pater meus, immo non pater, sed vitricus, non recordatur mei nec michi procurat in aliquo subvenire. Credit forte me adulterinum esse, unde vestre detrahit honestati. Succurrere igitur michi pietas materna dignetur et austeritatem paternam studeat mitigare, alioquin dimisso studio ibo in regionem longinquam numquam ad propria reversurus."*

portastis| [\[18<sup>v</sup>\]](#) A

### 1.20.7 Littere speciales ad fratres cum variatione regulari.

[1] *"A fraternitate vestra sepius postulavi, misi vobis litteras et remisi, pertinaciam vestram supplicationibus propulsavi, ut michi de bonis paternis deberetis oportuna subsidia ministrare, quod facere penitus recusastis. Nunc autem vos, prece qua possum, exoro, quatinus michi taliter destinare necessaria procuretis, quod meum inceptum finem congruum sortiatur,"* vel *"ut quod incepti, fine valeam laudabili terminare,"* vel *"quod de me consequi mereamini gloriam et honorem,"* vel *"quod labor meus fructum pariat expectatum,"* vel *"quod non compellar ab incepto| studio resilire,"* vel *"quod in studio possim decentius remorari,"* vel *"tantam michi quantitatem pecunie destinetis, de qua possim creditoribus, quid me assidue persequuntur, debitum solvere atque cum sociis sicut expedit permanere."* Vel *"honorabiliter,"* si dives est: si vero pauper, *"competenter."* Vel: *"quod vestra possit liberalitas comendari"* vel *"quod apud omnes vestra liberalitas commendatur"* vel *"quod non peream sub onere usurarum"* vel *"quod usurarum oneri non succumbam. Item, si michi non miseritis oportuna, domum regrediar et vobiscum hereditaria iura usque ad novissimum quadrantem partibor."* Vel: *"Relinquam studium et ordinem clericalem et tunc apparebit, si aliquis vestrum erit ausus denegare michi portionem hereditatis paterne."*

incepto | [\[13<sup>ra</sup>\]](#) S

### 1.20.8 Notula, in qua distinguntur diversi effectus usure.

[1] Dici potest, quomodo usura de semine fenoris gravidetur, crescat assidue, cum debitor dormiat ipsa vigilet, sit tamquam rubigo que ferrum consumit,| sit tamquam lepra que membra deturpat, sit velut tinea pecunie, sit tamquam impetigo consumens, sit velut sanguisuga. Immo plus, quoniam sanguisuga cutem dimittit, quando est plena cruore, sed usura est tamquam hos inferni et sicut terra, que non saciatur aqua, sic velut ydropisis et usurarius tamquam ydropicus, cui omnis potatio



sitim inducit.

consumit | [\[10<sup>rb</sup>\]](#) P

### 1.20.9 Quod filii sacerdotum et religiosarum personarum non coguntur subsidia postulare.

[1] Sunt namque infiniti ecclesiarum prelati et subditi, sacerdotes et levite, abbates et monachi et Hospitalarii, qui cum sacris lumbis filios generant consecratos, quos aliquando ad velamen pudoris 'nepotes' appellant. Et possunt dici vere 'nepotes', quia **post** eos sunt **nate**. Illos autem non oportet suis patribus pro rebus necessariis supplicare, quia tanta eis affectio exhibetur, quod alicuius facundia exprimere non valeret, quia spirituales genitores omnem gradum temporalis amoris excedunt et, nisi vergant ad inopiam, semper student vota petentium prevenire. Unde feliciter ducunt vitam in terris, qui esse talium promeruerunt heredes, quoniam eorum lampas tunc extinguere valebit, cum frangetur coram altari, de quo recipiunt subsidia oportuna. Immo sic habundant et redundant, quod non habent nisi referre | grates et dicere: 'Tanta est affectio, quam erga me ostenditis, quod multi credunt me fuisse de lumbis vestris creatus.'

refer|re [\[19<sup>e</sup>\]](#) A

### 1.20.10 Littere speciales ad patrum.

[1] "*Cum vos non patrum sed patrem appellem, non est mirum, si ad paternitatis vestre pedes tamquam ad securum portum recurro, supplicans humiliter et exorans ut michi aliquid subsidium dirigatis.*"

### 1.20.11 Alie de consimili materia.

[1] "*Extuistis michi ...*"

### 1.20.12 Item alie de consimili materia.

[1] "*Post mortem patris mei pater et patruus remansistis, sola vestra munificentia me nutrit, aluit et evexit. Non fuit alius, que me respiceret, non fuit alius, que michi preberet auxilium aliquid vel iuvamen. Unde quicquid sum et ero Deo et vobis est principaliter ascribendum. Ergo, quia sum germ<??> pululans de vestra radice et me in patrem assumere dignati fuistis, liberalitati vestre non desino supplicare, quatinus etc.*" |

etc. | [\[10<sup>va</sup>\]](#) P

### 1.20.13 Littere ad primum magistrum.<sup>1</sup>

[1] "*Pater et magister extitistis michi omni tempore per beneficium et doctrinam. Me*

*prima docuistis elementa faciendo sucessivum progressum, et, cum doctrine pocula propinastis, non defuit liberalitas largitoris. Unde scire non possum, quibus preconiis vos extollam, quas paternitati vestre debeam laudes referre. Dicam ergo "deus<sup>2</sup> meus et dominus meus": deus per creationem doctrine et dominus per beneficii largitatem. A vobis igitur cuncta, que habeo, recognosco. Unde tamquam res possessa principalem respicio possessorem, supplicans et exorans quatenus etc."<sup>3</sup>*

A = 19<sup>r</sup>, M = 9<sup>ra</sup>, Bern = 114<sup>vb</sup>, Berlin = 26<sup>r</sup>, P = 10<sup>va</sup>, S = 14<sup>vb</sup>  
Berlin P

extuistis] extitistis

<sup>1</sup> SCHÖNBACH, referring to **Boncompagnus 1.23.3** (Beiträge 15), writes "*schon vorher Graec. 12c* (ie Graz fol. 12va) *hat er an diesen (Nicholaus) einen Bittbrief gerichtet.*" SCHÖNBACH's 'Bittbrief' must be **Boncompagnus 1.20.13**, which is a letter from a student to his first master. It is quite obviously the only letter on fol. 12va which could pertain to the relationship between Nicholaus and Boncompagno, because the other letters in title 1.20 are those of fathers and sons, or of other blood relations. SCHÖNBACH appears to have misinterpreted it as a letter from Boncompagno to Nicholaus, perhaps because reference is made to a *beneficium* conveyed by the addressee to his former student; that is, the teacher gave not only doctrine, but also a *beneficium* to the student. Should the addressee be a bishop, as Nicholas was in 1211, he would be in a position to grant a benefice to his former student. But as [1.23.3](#) makes clear, Boncompagno was Nicholaus's teacher. <sup>2</sup> For another example of a mortal being called 'Deus', see **Rhetorica novissima 9.2.7** (GAUDENZI ed. 281). <sup>3</sup> **De amicitia 23** discusses the incompatibility of true friendship with a striving for office.

### 1.20.14 Littere ad specialem amicum.

[1] "*Inter fideles et reales amicos vos possum absque dubio computare, quia tam in prosperis quam in adversis fidem illibatam servastis, meam insufficientiam taliter supportantes. Ad vos autem habeo cum fiducia summa recursum et vestrum postulo suffragium confidenter, supplicans etc.*"

### 1.20.15 Littere, quas mittit aliquis consanguinus pape ipsi pape.

[1] "*Ecce me beatum dicunt omnes generationes ex ...*"

### 1.20.16 Littere alicuis nepotis ad magnum prelatum vel maximus.

[1] "*Cum sitis patrum princeps*" vel "*episcoporum princeps*" aut "*in potestate maxima constituti et ego meruerim contrahere orriginem de vestra prosapia generosa, non est mirum, si ad pedes celsitudinis vestre recurro subsidia confidentius postulando. Nemo enim dubitat, nullus ambigit, | quod munificentia vestra me servat aliquibus necessariis indigere. Immo ...*"

ambigit| [\[19v\]](#) A

### 1.20.17 Littere nobilis et pauperis scholaris ad aliquem suum patrum vel consanguineum.

[1] *"Utinam fuissem natus de prosapia rusticana, quia non essem oprobrium hominum et abiecio parentele. Nam ex parentum altitudine generosus appellor, plurimi digito me demonstrant, nobilitatis laudes famosis preconiiis extollentes. Ego vero inclinato capite flexis in terram oculis transeo pudibundus, cernens| quod nobilitatem ipsam paupertatis rubigo consumit et famosus prosapie titulus inopie nigretudine tenebratur. Ad augmentum quidem pudoris mei video iugiter filios ignobilium, qui extentis collis et fractis cervicibus circumamicti vadunt et incedunt hornati velut similitudo Templi. Isti quidem affluunt divitiis, hospitia famosa conducunt, recipiunt adve<??>es. Unde ab omnibus et singulis honorantur et ego degens in tugurio, palliolo cohoperior depilato, sicque sum gloriosus indigens paten, quia sufficere michi non possum. Preterea recursum habere non valeo ad parentes, quoniam tenentur filios ad militiam promovere, maritare filias, qui in etate nubili iam consistunt, et expendere plurima in usibus cotidianis, qui vitari non possunt. Ad vos ergo tamquam ad altum dominum meum recurro, liberalitati vestre humiliter supplicando, quatinus in fonte liberalitatis vestre minimum digitum i<??>gatis, refrigerando linguam indigentis nepotis vestri, qui utitur et consumitur in camino eximie paupertatis. "*

cernens | [\[10vb\]](#) P

oprobrium] obprobium Bern

flexis] flexisque Bern

## 1.20.18 Littere de inventionibus materiarum consimilium.

[1] In plurimis quidem titulis per libros diffusis responsiones per auxilium variationis possunt congrue reperiri. Verumtamen sola rerum datio prestolanti satisfacit ad plenum. Illi autem, que non valent postulata largiri, a necessitate respondere dicentur. Omnes ergo, que nolunt satisfacere postulanti, excusationes et occasiones calvas plenissime sciunt absque omni magisterio invenire. Preterea omnes postulantes, nisi a summa ruditate brutescant, bene sciunt distinguere ac specificare, quibus indigent, quia sola necessitas indigentibus debet esse magistram.

[2] Item omnes illi, que destinant studentibus oportuna, quinque dicunt 'Si laudabiliter studueris, omnia tibi necessaria dirigemus' vel 'Si non laudabiliter studueris, nichil tibi ulterius diremus' vel 'tibi non permittemus ulterius aliquid destinari' vel 'taliam de te audivimus, quod vestrum| subsidium amplius non habebis'. Huiusmodi equidem conditionalia dona et exortationes omnibus patent, quia etiam rustici molendinarii et simplices muliercule studentes ad scientiam capescendam ortantur et sciunt reddere causam, pro qua negant subsidia postulata.

vestrum| [\[20r\]](#) A

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.21

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.21 DE MISERIIS STUDENTIUM

### 1.21.1 De scolari, qui significat cum quanta miseria mendicare cogatur.

[1] *"Cogit me anxietas eximie paupertatis et abhominabilis inopia me compellit promere lacrimosum et narrationum seriem pudorosam. | Nam, cum deberem lectioni vacare et studiosius insistere scolasticis disciplinis, per hostia scholarium clamito mendicando. Insisto quippe, reiterans aliquando vigesies 'o boni domini' vel 'karissimi', et non reporto nisi 'vade cum Deo'."*

| [\[20f\]](#) A      [\[10vb\]](#) P      pudorosam | [\[11ra\]](#) P

[2] *"Festino postmodum ad hostia laicorum, a quibus frequentius repellor cum clamoribus et garritu, et si quandoque dicitur 'expecta', exhibetur michi panis de triplici mixtura, quem canes comedere perhorrescunt propter aristas spelte ibidem insertas. Olera quidem repudiata, cuticule, nervi, qui commasticari non possunt, mucillagines carniū, abiectibilia intestina, mice spinose, rapa, legumina, contemptibilia cibaria et vina dampnata sepius mendicantibus exhibentur."*

[3] *"Discurro de nocte per civitatem in manu dextra baculum, in sinistra pixidem, peram iuxta cingulum et cucurbitam ad modum scarsellule deferendo. Baculo canibus resisto, sed pixis oleribus, pera panibus et cucurbita potibus deputatur."*

[4] *"Cado frequenter in lutum Bononiense, cuius fetor est odori sepulcrorum similis, et ita fedatus ad hospitium revertor satisfaciens latranti stomacho de perceptis. Est enim fames cibi cuiuslibet introductiva, quia ieiunus stomachus raro vulgaria spernere consuevit et esurienti anime amara etiam dulcia esse videntur."*

[5] *"Verumtamen suspiro, cum inspicio panem diversorum generum ponderum et colorum, et admiror, quomodo in pixide atque cucurbita mea yle denuo sit inventa, quia in eis materie sunt informes et inequales commixtiones. Demum, quid faciam, penitus ignoro, tamen ad pedes vestre misericordie recursum habeo singularem, supplicans lacrimabiliter et exorans quatinus michi misero dignemini misericorditer misereri."*

### 1.21.2 De scolari, qui est captus a creditoribus et mendicat.

[1] *"Ve miserabile occurrit in principio epistole oratori, quia de ventre amaricato non valet provenire dulcedo. Sed dicam vel tacebo? Miseriam inauditam intimare quidem pudor est detestabilis et tacere dampnosum. Ex parte igitur dicam et ex parte silebo, ne magnitudo verecundia me confundat."*

[2] *"Amore siquidem scientie litteralis ad tantam inopiam iam deveni, quod libros vendidi, vestes distraxi| et animam creditoribus obligavi, qui me per annum in compedibus ferreis tenuerunt. Cernentes demum quod dimittebar in carcere deperire, me cum ipsis vinculis mendicare permittunt, quod facere sepius erubesco. Unde aliquando accipio radices herbarum et eas cum sale manduco, ut refocillem animam indigentem, quia de tota Francia unicum impetrare nequivi pastillum."*

litteralis] liberalis Schönbach ed.

distraxi | [20v] A

[3] *"Iam etiam biennium est elapsum, quod non bibi vinum, non lavi caput, nutrivi comam, barbam confovi, non removi ungues, pedibus nudis incedo, sufflo in digitos, cum frigescent, vel manus teneo sub ascello. Cives mei sunt vermes et pediculi super numerum excreverunt. Nam quandoque palliolum depilatum regirant, unde, si crucem haberent, processionem facere viderentur."*

[4] *"In sacco nempe meo sunt plures posterule quam in aliqua| civitate, per quas mures inrant et egrediuntur, et cum de nocte ibi celebrant officium, revolutiones inter paleas faciendo, frequenter circumposita percutio loca, sed illi nolunt dimittere, quod iure videntur hereditario possidere. Qualiter ergo subveniendum sit tam miserrimo et tante miserie deputato, vestra misericordia non ignorat."*

aliqua | [11rb] P

### 1.21.3 De scolari egroto, qui fecit se ad hospitale portari.

[1] *"Misericordiam meam vobis aliquando meis litteris intimavi nec unquam potui apud vos misericordiam invenire. Nunc vero, quia sum ad pudorem extremum et miseriam finalem translatus, vestrum auxilium ulterius non requiro. Sane propter indigentiam rerum necessariorum cepi graviter infirmari et de tertiana dupplici quartanam incurri, quare feci me ad hospitale deferri, quia non erat, qui michi aque frigide calicem exhiberet."*

[2] *"Ceterum in hospitali fetent lectisternia, infirmorum gemitus egrotantium non sinunt quiescere animales, unde appetitum comedendi amisi. Qualiter autem huiusmodi hospitalarii egrotis curent in necessariis providere, non est per singula referendum, quia in me iam virtus extinguitur naturalis. De febre quidem ethica ptisim incurri, unde consumitur substantialis humiditas cum laceratione pulmonis, quare ipsum pulmonem particulariter iam emitto. Supplico igitur, quatinus me dignemini revidere, antequam debitum humanitatis exsolvam, quoniam in proximo erit vite privatio et extinctio naturalis caloris. Desidero enim, ut de corpusculo, quod de lumbis vestris processit, terre tributum reddatis."*

### 1.21.4 Responsio generalis cum variatione de universis, qui miseriam propter studium patiuntur.

[1] Responderi potest *"Risum cum planctu miscuimus, quando tuarum inspeximus seriem litterarum"* vel *"dolorem et compassionem nobis tuarum litterarum series*



*minoravit, quoniam sapienter apposuisti vulneri medicinam, cum iocosius et solatiabilius tuas inopias intimasti" vel "tuarum series litterarum nobis iocum et materiam lacrimosam pariter attulerunt" vel "absinthii tui amaritudinem cum dulcedine mellis provide minorasti" vel "absinthii amaritudinem cum dulcedine mellis taliter miscuisti, quod lacrimari compellimur pariter et ridere, sed ortamur, ne murum tui propositi frangi permittas a machina paupertatis, quoniam arta et angusta via est,| que addiscentes ducit ad culmen scientie litteralis" vel "ad scientie litteralis honorem" vel "ad gloriam philosophice discipline".*

est | via [\[21\]](#) tr. A

[2] *"Dulce quidem cognoscitur, per amarum et contrariorum est eadem disciplina. Nunquam enim gloriaretur nauta, cum venit ad portum salutis, nisi marina pericula tolerasset. Naufragus quidem inenarrabiliter conletatur, cum a naufragio nudus evadit. Et miles tunc tripudiat et exultat, cum victor exit de bello, in quo plurimi perierunt. Et ille, qui in agone contendit, si victor fuerit vel meruerit triumphare, plurimum gloriatur, etiam si vulneratus discedat. In transitu quidem Alpium orridarum| affligunt frigora transeuntes, unde, cum postea sentiunt optatum calorem, gaudentius calefiunt et suavius locum penetrare calor videtur, quem frigus occupaverat ex adverso. Item, si glaciosa et pluviosa yemps aerem et corpora mortalium non turbaret, ver, quod cum floribus et desiderabili amenitate accedit, corda et vultus hominum non adeo serenaret. Item plures immo infiniti sua corpora fami, frigori, nuditati, flagellis, verberibus, ictibus et periculis diversis exponunt, ut eterna vel transitoria luca valeant promereri" vel "ut votum seu desiderium suum valeant adimplere."*

orridarum | [\[11va\]](#) P

[3] *"Ad hoc enim Socrates dum iret ad scholas auri talentum proiecit in mare, ut nullus crederet vel speraret se posse cum pecunia sapientiam adipisci. Nam divitiae cum virtutibus simul esse non possunt, quia divitiae lasciviam et virtutes continentiam et modestiam imitantur. Sed multi student, non ut virtutibus meritorum clarescant, sed ut valeant sub umbra studii lascivire. Pecuniosi quidem effici desiderant, non ut largiantur, sed ut splendidius epulentur et cum vanis et in vanitatibus acquisita consumant. Sane omne, quae tollerari possunt, amore scientiae litteralis debent esse addiscenti iocunda, quia nil est, quod tollerari respectu thesauri sapientiae, quem expectat, et maxime cum aperte sciatur, quod sapientia non valet nummario pretio comparari."*

[4] *Vel: "Quod raro vel numquam divites et pecuniosi merentur ascendere ad philosophiae tribunal. Profecto Boethius in carcere, Omerus in solitudine, Ovidius in exilio et Seneca in balneis carnaliter decedere per invidiorum nequitiam potuerunt, sed non mori, quoniam eorum fama per sapientiam vivit, regnat, durat et perpetuari merebitur in aeternum. Unde philosophiae munere praediti non moriuntur, immo post mortem revivunt, quoniam invidiorum stimuli delitescunt. Tullius namque mutilata lingua perorat nec obfuit Socrati sucus cicute nec Damasceno venenum. Verumtamen ea, quae sunt in eis transitoria, transeunt et ad primordiam materiam revertuntur, sed in divitiis et potentibus machine mundialis nichil est nisi transitorium, unde talium recordatio sive fama penitus evanescit. Nam, si quandoque de illis in memorialibus*



*decalogis ponitur, fit ad perpetue infamie incrementum, sicut de crudelitate Neronis."*

### **1.21.5 De Hospitalariis, qui male tractant infirmos, et de illis, qui abscondunt pecuniam et mendicant. |**

[1] "*Refero sine verecundia eorum, qui student egrotantibus karitatis obsequia fideliter et utiliter exhibere, quod multi sint, qui hospitalarii nominantur, qui circa infirmantes provisionem congruam non exercent, immo sub quadam simulatione per contraria cibaria, nociva pocula et alia, que consueverunt dolosius machinari, multis et precipue illis, quorum deposita reservant, morianda causas inducunt. Scholares insuper erubescunt, qui aurum et argentum abscondunt vel exponunt fenori ac usuris, et mendicare non cessant, unde fures et miseri ultra omnes miseros esse videntur. Quid miserius, quid vituperabilius, quid contemptibilius, quid abominabilius esse potest quam nulla interveniente inopia mendicare?" |*

*rubr. mendicant |* [\[21<sup>v</sup>\]](#) A  
dicare [\[11<sup>vb</sup>\]](#) P

Scholares--mendicare *om. Schönbach ed* men|

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.22

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.22 DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS POSTULANDIS IN SCOLIS

### 1.22.1 Littere, quibus aliquis clericus, qui est in scolis, postulat sibi ecclesiasticum beneficium exhiberi.

[1] "*Cum licentia et benedictione vestra ivi ad studia litterarum, in quibus die noctuque studere procuro, arbitrans Deo et vobis obsequium exhibere ac ecclesie plurimum deservire, que claritate debet scientie illustrari. Quare cum summa fiducia vestrem universitatem non dubito exorare, quatinus partem, que me contigit, michi dignemini elargiri.*"

| [\[21v\]](#) A    [\[11vb\]](#) P

### 1.22.2 Responsio, qua rationes inducuntur, quod studentes beneficia ecclesiastica precipere non debent.

[1] "*Emulamur te Dei emulatione et non insequimur nec persequimur scientiam litterarum nec depreciamur scientiam alicuius, sed loquimur cum Apostolo, dicentes 'Non plus sapere quam oportet,' et 'Noli altum sapere, sed time', quia in novissimo die omnes 'lingue cessabunt,' et 'scientia destruetur.'*"

[2] "*Scimus enim, quod Christus non elegit philosophos nec rethores, sed preelegit simplices piscatores, qui ecclesiam suam de simplicibus non philosophis construxerunt. Perdidit enim Dominus sapientiam sapientum et scientiam scientium reprobavit, quia sapientes sunt, qui faciunt mala et operari bene ignorant. Sufficit quidem sola Spiritus sancti gratia illis, qui Ei servire peroptant. Unde, qui Deo servit, rex appellatur, quia servire Deo est regnare. Ergo ille, qui occasione scientie litteralis coronam servendi Creatori deponit, fit de rege servus, quia nemo militans Deo se debet negotiis secularibus implicare. Quod autem ea, quibus apponis animum, sint negotia secularia, sic probatur.*"

[3] "*Ecce dum studes in liberalium artium disciplinis, delectaris in fabulis poetarum, dum obicis falsum esse verum sepius probare intendis, et cum fuerit sub velamine sophisticæ obiectionis respondentem probatum insultas, perstrepis, clamas, garris, percutis volas manuum, rides et derides, et ita ostendis te in obiciendo fuisse victorem. Cum autem respondes, non timescis dicere, mentiris, nugaris, et quandoque implicas, decipis, negas verum, et concedis falsum, non considerans quod de omni otioso verbo redditurus es id die iudicii rationem. Nam otiosum verbum est illud, quod aut ad veritatem impugnandum aut ad lasciviam inducendam vel communem utilitatem impediendam profertur.*"

[4] *"Preterea in causis velut mercenarius| conducticius placitarius, exponis linguam venalem, inducis testes ad illicita iuramenta et opprimere veritatem non curas, dummodo pars, quam foves, valeat per tuum patrocinium optinere. Sed non oportet servum Dei litigare, quia iubetur ei non solum dimittere tunicam, sed etiam proprium pallium auferre volenti. Ergo per mercedem temporalem vel transitoriam amicitiam non debes alienum tueri. Iubetur etiam sine intermissione orare, unde qui vitam suam studendo consumit, iussa Scripture Sacre contempnit. Deum, si cuiuslibet studentis conscientia| loqueretur, diceret, quod omnium studentium vota vel requirunt honores aut preconia laudum seu liberum arbitrium delinquendi, quibus de causis noveris, quod nichil tibi de rebus ecclesiasticis transmittemus, quoniam qui altario non servit, de altario vite subsidia non debet habere."*

mercenarius | [\[22<sup>r</sup>\]](#) A

conscientia | [\[12<sup>ra</sup>\]](#) P

### 1.22.3 Quomodo clerici possunt et debent in scolis ecclesiastica beneficia postulare.

[1] Posset allegare scolaris, qualiter Deus contulerit sapientiam Salomoni et immiserit in patriarchas atque prophetas spiritum prophetie, dederit Moysi legem, quam scribi iussit in decem tabulis. Et ipsemet Christus fuit magister, docuit discipulos et turbas, et misit in apostolos scientie spiritum, quod loquebantur variis linguis magnalia Deitatis.

[2] Item Paulus gloriatus est se didicisse legem ad pedes Gamalielis.

[3] Item Ieronimus sibi dentes fecit acui et limari, ad hoc quod Hebreorum et Chaldeorum ydioma rectius pronuntiare valeret. Sancti etiam patres de litteralibus exercitiis et studiis commendantur.

[4] Item dici posset, quod ecclesia penitus ab hereticis conculcaretur, si viri litterati eam non tuerentur gladio scientie litteralis. Nam viri litterati dicuntur luminaria, quibus minus scientes illustrantur; dicuntur etiam bases cardines et columpne, quibus ecclesia sustentatur.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.23

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.23 DE COMMENDATIONIBUS<sup>1</sup>

### 1.23.1 Notula, in qua distinguitur, quid significet hoc verbum "commendo" et quid sit commendatio, aperte docetur.

[1] Scire debet omnis orator, quod hoc verbum 'commendo' habet| duplicem significationem. | Nam quando construitur cum accusativo, significat 'laudem', ut 'commendo te', idest 'laudo te'. Quando autem construitur cum accusativo subsequente dativo, significat subicibilitatem vel subiectionem, ut 'commendo me vobis' idest 'subicio me protectione vestri' aut 'tutele.' Commendatio est quedam presentatio subiectiva minoris ad maiorem. Et commendatio est quedam representatio <???, quia 're' notat reiterationem. Pro certo quicumque se recommendat prius commendatus erat.

| [22<sup>r</sup>] A [12<sup>ra</sup>] P habet | [12<sup>rb</sup>] P significationem | [22<sup>v</sup>] A ut]  
 et Berlin subicibilitatem] sibicilitatem P commendo] quando

<sup>1</sup> For bibliography on letters of commendation: HANNAH COTTON **Documentary letters of recommendation in Latin from the Roman Empire** (Konigstein im Taunus.: Hain, 1981) Beitrage zur klassischen Philologie ; Heft 132.

### 1.23.2 Littere, quas direxi Aquilegensi patriarche.<sup>1</sup>

Boncompagno sends a letter of thanks and praise to Wolfger, patriarch of Aquileia. Letter begins with a bilingual etymological interpretation of Wolfger's name, based on a dream-vision and elaborated with tropological exegesis (§1-§3). Boncompagno hopes to see again his beloved benefactor and patron, who had gowned him in the presence of scholars (§4). Because Wolfger does not need or seek more praise, Boncompagno will silence his laudations (§5), and he has nothing more to offer Wolfger, because he has already offered his self, asking only that he might sit at the patriarch's footstool (§6). [Date: 1204-1218] [Click here for translation](#)

[1] "*Dormivi et soporatus sum<sup>2</sup> et evigilans cepi cum admiratione in ethymologia vestri nominis proprii meditari, cum vidi agnum volvere lupum in giro et ipsius dorsum contra significationem vocis et consuetam rei naturam calcare. Wolfcherus enim Teutonice,<sup>3</sup> Latine dicitur 'lupus volvens.<sup>4</sup> Sed ego, effectum considerans manifestum, dico: Agnus est lupum volvens et 'lupus' est de parte nominis tamquam res, que patitur et subicibiliter conculcatur. Agnus quidem non timebat rapacitatem lupinam, quia in astilli fidei et karitatis ferebat vexillum et crucis erat signaculo premunitus.*"

<sup>1</sup> **Boncompagnus 5.1.7-8**: letter of the chapter of Aquileia to its patriarch-elect, and response thereto. KONRAD BURDACH **Walther von der Vogelweide** (Leipzig 1900) 290 treats Boncompagno's

relationship with Wolfger. <sup>2</sup> Psal. 3.6. <sup>3</sup> ie. Wolf-kehre. Boncompagno shows interest in the German language in **Boncompagnus** [1.2.5](#), [1.2.9](#), [1.19.3](#), [1.23.10](#). He gives voice to the desire of nobles to train their sons in this language at **Boncompagnus** [6.6.1-2](#). The customs of German wills are discussed at **Mirra** [5.3](#) and of German law-courts at **Boncompagnus** [4.4.26](#). Wolfger's expense-book shows Boncompagno in attendance at the court of a German prelate (ed. HEDWIG HEGER **Das Lebenszeugnis Walthers von der Vogelweide. Die Reiserechnungen des Passauer Bischofs Wolfger von Erla**, 1970); he records a visit to Germany in **Palma** [28](#): *Nam ego, cum per Alamaniam irem, cuidam obviavi rustico, quem Teutoncio idioma nimum honorabiliter salutavi, alias in eo vulgari salutationes penitus ignorans. Ille vero infremuit spiritu et evaginato ense me occidere voluit, inde vix ab eius manibus evasi.* His *nom de plume* 'Buchimenon' may contain a German root. <sup>4</sup> On the gyre: **Rhetorica novissima**[9.3](#), **Boncompagnus** [1.23.5](#).

[2] *"Verumtamen de quadam vetusta et vitiata radice procedebat igniculus, qui summitates vellerum adurere videbatur. Agno quidem vos assimilo et mundo lupum non sine mystice intellectu figuro. Adustio siquidem fiebat ex originali peccati labe, que ad posteros miserabiliter derivata, fermentum efficitur peccatorum, quo corrumpitur massa conditionis humane. Unde nemo vivere potest absque contagiis venalium delictorum."*

[3] *"Lupus equidem in diversas effigies mutabatur et aliquando claudicabat, occidebat animalia et cumulabat occisa. Aliquando cursitabat et sepe videbatur flexis poplitibus dilabi et labiliter incurvari. Erat enim insatiabilis et animalia, que devorare non poterat, occidebat. Sed demum in nichilum redigi videbatur, sicut spuma gracilis, que dispergitur a procella."*<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Sap. 5.15. Although here the etymological excursus on Wolfger's name stretches to unusual length, *interpretatio nominis* is a figure regularly found in Boncompagno's letters. It shows three typical facets of Boncompagno. 1) Wordplay with a scholastic, as well as an anthropological axis, driven by an interest in creation. 2) Dictator's strategy (hired pen faced with the problem of giving expression to a relationship of which he takes no actual--as opposed to verbal--part): An opportunity to address personally one whom you only know their name. [For examples of such letters, see **Boncompagnus** [6.1.1-4](#)]. 3) Meta-textuality (or the vocal/textual world, as opposed to the real world). For a criticism of etymologizing proper names, see **Boncompagnus** [1.17.2](#). I have not seen MARIA ELISABETH WITTMER-BUTSCH **Zur Bedeutung von Schlaf und Traum im Mittelalter** (Zurich 1990).

[4] *"Ceterum postpositis his, que ad Sacrarum pertinent misteria Scripturarum, me ad materiam supervenientem transferre compellor, quia surgit aquilo devotionis, venit auster fidelitatis, perflat in ortulum servitoris et facit beneficiorum vestrorum aromata suis flatibus redolere."*<sup>1</sup> *Sed siquis dabat michi pennas tamquam aquile,*<sup>2</sup> *ut volitem inter celum et solum ad hoc, quod revidere valeam benignissimum patrem meum et benefactorem precipuum, qui me sacrati horis osculo recepit in suum, de sue benivolentie munere investivit et in presentia scolarium purpuravit, considerans merita scientie non persone. Reverentie igitur zonam succingam lumbos, ascendam pinum, abiectem libanum atque nardum*<sup>3</sup> *et incendam thimiamata, ut sine fumo inanis laudis recipiat subiectionis et servitii mei tributum."*

<sup>1</sup> Cant. 4.16.      <sup>2</sup> Psalm 54.7.      <sup>3</sup> Cf. Isai. 41.19.

[5] *"Sibilabo itaque moderatius, quia nec famam suam neglegit nec appetit vocem*



*mallei vel securis audire.<sup>1</sup> Unde ante ipsius presentiam numquam cymbalum tinniens<sup>2</sup> deportabo. Profecto adulantium hora non loquuntur, sed sufflant et inflant improvidorum vesicas,<sup>3</sup> sed quando crepant interclusi venti, vaporant."*

<sup>1</sup> III Reg. 6.7.

<sup>2</sup> I Cor. 13.

<sup>3</sup> Cf. **Boncompagnus** [1.1.13](#), [1.13.1](#), [1.14.3](#), [5.6.9](#).

[6] "*In commendationibus igitur quarumlibet personarum verum aut verisimile proponatur, ne aliqua veritatis| particula mendatii nebula tenebretur. Demum| quid excellentie vestre offeram, iam ignoro, quoniam a Magis aurum, thus et mirra Domino sunt oblata.<sup>1</sup> Verumtamen adhuc meum Salem<sup>2</sup> habeo, cum quo salivi corda et ingenia plurimorum. Salem ergo dominationi vestre non offeram, sed meipsum. Et meipsum offerre non possum, quia semel iam vobis me obtuli. Nec licet revocare oblatum, quia per ratihabitationem in vestrum dominium pertransivi. Ad hoc ipsum humiliter deprecor et exoro, qui terram palmo concludit et cui celestia et terrestria famulantur, quatinus michi de munere gratie sue concedat, quod adhuc merear ad scabellum pedum vestrorum sedere,<sup>3</sup> ubi mea possit anima dominabilis vestre presentie solatio refoveri."*<sup>4</sup>

veritatis | [\[12va\]](#) P

Demum | [\[23:\]](#) A

<sup>1</sup> **Mirra** [1.10](#).

<sup>2</sup> *Salem pax vel reddens*. Hieronymus **Liber interpretationis Hebraicorum**

**nominum** (Turnhout 1959) **CCL** 72.72 line 31.

<sup>3</sup> Jacob. 2.3 etc.

<sup>4</sup> **Po.** \*4994: *Non admittit postulationem Volcheri patriarchae Aquileiensis qua petebat, ut parcens senectuti ac debilitati suae nec non et paupertati ecclesiae Aquileiensis, quae magno debitorum onere pergravabatur, a labore veniendi ad concilium eum misericorditer absolveret; et respondens quod suo honori et publicae utilitati derogaretur, si talis et tanta persona concilio subtraheretur, mandat ut inutilem pompam potius evitans et multitudinem militum, clericorum et servientium ad dictum concilium venire procuret.* GIUSEPPE BIANCHI ed. **Indice dei documenti per la storia del Friuli dal 1200 al 1400**. (Udine 1877) 20. no. 44.

### 1.23.3. Littere, quas direxi nobili viro Nicholao<sup>1</sup> studenti Parisius.

Boncompagno replies to a letter (similar to [1.20.13](#)) from his student Nicholas Maltraversus, who studies at Paris. Comparison of epistolary correspondence with sexual generation ([§1](#)). Grateful recognition of the respect Nicholas shows by placing Boncompagno's name first in the letter's salutation and addressing him as 'master' ([§2](#)). Elaboration of legal topoi drawn from Nicholas' letter ([§3-§4](#)). Paris is called another Zion for its studium of theology. But Bologna deserves to be called Babylonia because priests and even monks forsake divine things there to pursue the secular law for the sake of monetary gain ([§5](#)). Boncompagno predicts this neglect will provoke prophetic reaction such as Ezekiel's vision of the wheel ([§5](#)). Responding to a question about his own state, he replies that during a summertime sickness, he had vowed to complete a book already begun (perhaps the *Rethorica novissima*?), but Nicholas' admonishment in his letter spurred fulfillment of this vow ([§6](#)). Asked about the state of the land, Boncompagno replies that although there had been hopes for peace after the emperor's regress from Italy [March 1212], there is no peace; no right relation exists between church and secular powers, because of diverse ideas about the two swords ([§7](#)). Boncompagno reports that Nicholas' Vicenza is consuming itself and withering away, and thus should rightly be called Perdentia, not Vincentia ([§8](#)). He knows that Nicholas, firm in his resolve to study, will return to his fatherland with increased knowledge, so that his followers will be able to enjoy and benefit from his presence ([§8](#)). [Date: 1212] [Click here for translation](#)



[1] "*Cum ex habundantia cordis hos loquatur,<sup>2</sup> non est ascribendum prolixitati, quod utiliter est in animo preconceptum, et maxime cum ex vestrarum litterarum significatis<sup>3</sup> mea sit responsio gravidata. Unde peperit epistolam secundum seminum quantitatem.<sup>4</sup> Nam omne semen terre proiectum generi proprio respondere videmus, et si plurima fuerint semina, unumquodque suum genus producit.*"

<sup>1</sup> Nicolo Maltraversi, bishop of Reggio (1211-1243). For a letter which Boncompagno may have written for Nicholas as bishop of Reggio, **Boncompagnus** [3.15.1](#). <sup>2</sup> Matt 12.34, Luc 6.45. <sup>3</sup> Perhaps this is **Boncompagnus** [1.20.13](#), which is a letter from a student to his first master. <sup>4</sup>For a similar comparison between the creative process of rhetorical invention and the biological regeneration, see **Boncompagnus** [1.13.1](#). That oration also features a discussion of the plural of majesty. --- Self-referential statements are common to the **Isagoge's** collection of preambles (see [3.51-55](#), [3.70-75](#)).

[2] "*Prevenistis me siquidem in salutationibus dulcedinis, et in capite meo coronam recordationis vestre ponentes, in ortulum meum flare austrum<sup>1</sup> dilectionis vestre fecistis, meum nomen vestre in epistole titulo premittentes.<sup>2</sup> Nam et per totam narrationum seriem de me pluraliter et singulariter de vobis fuistis locuti, super quibus non miror, quia dixistis in principio 'magistro suo',<sup>3</sup> quod relativum significat rem possessam.*"

<sup>1</sup>Cant. 4.16. Cf. **Boncompagnus** [1.23.5 §1](#). <sup>2</sup> [1.20.13](#), as all the letters of the **Boncompagnus**, has no salutation. However the use of the majestic plural for the addressee and the the singular for the sender would require that any salutation for this letter would place the recipients name first. For Boncompagno's doctrine on this point, see my unpublished paper "Barbarossa's Chancery Ordinance", where I discuss the texts in **Tractatus virtutum** and **Notule auree**. For Boncompagno on the plural of majesty, see my "Barbarossa's Chancery Ordinance". Cf. also [Decretists and Glossators on Papal-Imperial Correspondance](#). <sup>3</sup>Boncompagno had been Nicholas' teacher.

[3] "*Unde fuit licitum possessori, quod suum erat, secundum libitum pertractare. Nimirum dominus prediorum silvas in novalia, novalia in vineta, vineta in pomeria facit secundum libitum transmutari.*"<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Cf. **Oliva** [19.11](#). The transition effected in **Boncompagnus** [1.23.3 §1-§3](#) from the *ars dictandi* to civil law includes three stages: a) a self-referential salutation; b) an analogy between the sender's epistolary assertion of a personal relationship with the recipient and legal possession according to Roman law; c) specific reference to Roman law. Peter of Blois made this same transition, with the same three stages, in the opening of his **Ep.** 26 (**PL** 207.91). This letter has been critically edited by LENA WALHGREN **The Letter Collections of Peter of Blois: Studies in the Manuscript Tradition** (Göteborg 1993) 72-80.

[4] "*Sed scire desidero, audire peropto et intelligere concupisco, ubi pascat, ubi cubet, quem diliget anima mea,<sup>1</sup> quem ulnis dilectionis amplector, ut offeram sibi devotionis tributum,<sup>2</sup> affectionis censum et fidelitatis vectigal.*"

<sup>1</sup>Cant. 1.6

<sup>2</sup>The legalisms *tributum, censum, vectigal* continue a theme found already in this letter

at §3. The theme was introduced in **Boncompagnus 1.20.13**.

[5] "*Pascitur in altera Syon, quia de Syon exhibit lex non humana, sed divina; non transitoria, sed eterna; non temporalis, sed spiritualis; non illa, que iubet solvi usuras,<sup>1</sup> sed que fomentum est fidei, spei preambula et subsidiaria karitatis. Altera namque Syon esse Parisius comprobatur, que ratione theologie discipline Paradisus potest hodie appellari.<sup>2</sup> Et Bononia quasi Babilonia merito dici iam valet, ubi clerici et etiam ipsi monachi<sup>3</sup> Deum et divina pariter deserentes Trebatium<sup>4</sup> venerantur, sententia cuius in sterquiliniis, idest in curiis secularibus meruit obtinere, ut illorum dextra muneribus repleatur. Pullularunt etiam Decretales<sup>5</sup> plusquam scimfes et locuste, quibus post leges mundanas tota clericorum intentio adhibetur. Nec est, qui super legem divinam velit aliquatenus meditari, nec etiam usque ad unum. Unde renovatur treni Yeremie, aperitur visio Danielis,<sup>6</sup> lamentatur cuneus prophetarum, stupet apostolorum caterva et sanctorum patrum agmina conqueruntur, dum vident, quod animalia vadunt et non redeunt, sed volvuntur miserabiliter in rota, quam Yezechiel vidit super terram.*"<sup>7</sup>

animalia | [12vb] P

<sup>1</sup> This *captatio benevolentie* is pointedly applied to a university audience--although Nicholas is here his proximal audience. --- Three things are here alluded to: a) The civil law provided a rational basis for the payment of interest on loans. b) Scholastic analysis of the just price found 'loopholes' in canonistic prohibition of usury. c) As the volumes of the **Chartularium studii Bononiensis** exhaustively demonstrate, loans of money with interest are perhaps the most common type of legal transactions undertaken at the Bolognese *studium*, on which see **Boncompagnus 3.20.43**. --- Usury is mentioned in **Boncompagnus 1.8.2, 1.20.3, 1.20.7, 1.20.8, 2.3.7, 3.13.12, 3.16.14, 3.20.10, 6.9.4, 6.9.8-10**. Title **6.9** of that work is devoted to loans. In **Oliva 10.6**, Boncompagno condemns Bolognese usurers, suggesting that notaries often function as money lenders. The same accusation is made of professors in the **Boncompagnus 3.20.43**. -- See also LAURENCE ELDREDGE "Walter of Chatillon and the Decretum of Gratian: An Analysis of 'Propter Zion non tacebo'" **Studies in Medieval Culture** 3 (1970) 59-69. <sup>2</sup> In a similar bit of old testament typology, **Boncompagnus 5.20.1**, Boncompagno declares Albert, patriarch of Jerusalem, to be *alter Elyseus*. For a contemporary comparison of the studia in Italy to that of Paris: Alexander Neckham **De naturis rerum** (ed. THOMAS WRIGHT, **Rerum Britannicarum Medii Aevi Scriptores** 34, 1863) 308-11, 414. <sup>3</sup> On the prohibition of religious persons studying the civil law, see STEPHAN KUTTNER "Papst Honorius III. und das Studium des Zivilrechts" in **Festschrift M. Wolf** (Tübingen 1952) 79-101. See also PETER JOHANEK "Klosterstudien im 12. Jahrhundert" **Schulen und Studium** 35-68; R. KOHN "Monastisches Bildungsideal und weltgeistliches Wissenschaftsdenken. Zur Vorgeschichte des Mendikantenstreites an der Universität Paris" in **Die Auseinandersetzungen an der Pariser Universität im XIII. Jahrhundert** *Miscellanea Mediaevalia* 10 (Berlin 1976) 1-37. <sup>4</sup> Cf. **Boncompagnus 5.1.26**: *sed receperunt librum de manu trebatii, sententia cuius in sterquilinio meruit obtinere*. Italian *trebbiare* = to thresh. This wordplay involves the fact that certain chapters of the basic textbook of canon law, Gratian's **Decretum**, were known as *palea*. For a criticism of those studying law for the sake of avarice, see **Boncompagnus 1.5.7**. For a recent summary of research on this *topos*, see ROLF KOHN "Schulbildung und Trivium im lateinische Hochmittelalter und ihr möglicher praktischer Nutzen" in JOHANNES FRIED ed. **Schulen und Studium im Sozialen Wandel des Hohen und Späten Mittelalters** (Sigmaringen 1986) 208-284. <sup>5</sup> For the most recent attempt to chart the explosive growth of papal decretals in the late twelfth century, KATRIN BAAKEN and ULRICH SCHMIDT "Chronologische und Diplomatische Aspekte bei Deperdita der Papstregesten 1181-1198" in **Diplomatische und Chronologische Studien aus der Arbeit an den Regesta Imperii** ed. PAUL-JOACHIM HEINIG (Cologne-Vienna 1991) 83-96 at 83-85. Boncompagno possibly also alludes here to the confusing variety of different decretal collections available until the publication of the **Decretales**

Gregorii IX in 1234. <sup>6</sup> Dan. 7. 1-18. <sup>7</sup> Ezec. 1.4-28.

[6] *"Ex eo vero quod statum vestrum esse michi prosperum intimastis, inenarrabili sum iocunditate repletus. Unde status meus tamquam liliūm reflorescit, | qui status<sup>1</sup> in estivo tempore dici non poterat. Immo casus, quoniam in validam egritudinem fui lapsus, in qua dum corpus esset relictum ut forma, et foret in eo solus spiritus ut natura, et vergere ad interitum per medicorum iudicium videretur, votum emisi, quod librum,<sup>2</sup> ut creditur seculis, profectivum ducerem ad effectum. Sed admonitio vestra successit, que tamquam calcar votum sollicitat et voventem. Unde operi superintendere non desisto."*

reflorescit | [23<sup>v</sup>] A

<sup>1</sup> See **Boncompagnus 1.23.14** (the notula 'De statu'). <sup>2</sup> According to its [prologue](#), bishop Nicholaus of Reggio urged Boncompagno to complete a project announced in **Boncompagnus prol. 2.3** (first redaction, 1215), the **Rhetorica novissima**, which he did in 1235 (cf. [epilogue](#)). But here we see Nicholaus promoting a writing project while still a student at Paris. This chronological discrepancy might be resolved in three ways: 1) Perhaps Boncompagno here speaks in this letter of another book, such as the **Liber X tabularum**, which was begun at Reggio and finished at Bologna (cf. **Liber X tabularum, prol. 2**); or 2) Nicholaus' interest in the project was of long duration, predating his election to the episcopal see of Reggio. A final possibility is 3) both letters were written at the time of Nicholaus' election.

[7] *"De statu nempe terre scire non possum, quia non debet dici status, qui cottidie variatur et velut mare fluctuat et discurrit. In regressu quidem Cesaris pacem sperabamus habere et dictum est: "Pax pax" et non venit.<sup>1</sup> Immo est error peior priore,<sup>2</sup> quoniam duo gladii, que fuerunt in mensa Domini appositi et significare duplicem potestatem ecclesie videbantur, diversimode se habent. Nec possunt esse concordēs, quia per unum iubetur: 'Que sunt Dei, Deo reddite'; per alium respondetur: 'Que sunt Cesaris, solvere Cesari non tardetis.'<sup>3</sup> Et ita diversa relatio tantam facit discoherentiam intellectuum, quod per aliquam glossam non solvitur scrupulus questionis."<sup>4</sup>*

<sup>1</sup> Otto IV, emperor (1198-1214, imperial coronation 1209). Pax is used as an interjection. <sup>2</sup> Matt 27.64. Cf. **RNI 154** (KEMPF ed. 353.7). <sup>3</sup> Luc. 22.38. <sup>4</sup> Glosses and glossing are usually treated negatively by Boncompagno: **Cedrus 6.24**, and in the 'Invectiva contra glosatores' (**Rhetorica novissima 10.1**). But see **Tractatus virtutum §12**, **Rhetorica novissima 3.2.22**.

[8] *"Preterea unum scio et vos ignorare non credo, quod Vincentia vestra in seipsa consumitur et marcescit.<sup>1</sup> Unde non debet dici Vincentia, sed Perdentia, quia multipliciter cecedit significatio nominis ab effectu.<sup>2</sup> Vos autem, que retro sunt obliscentes, ad anteriora ita studendi propositum extendatis, quod cum tempus veniet oportunum, ad patriam<sup>3</sup> revertamini cum scientie incremento, ut illi desiderabilem faciem vestram valeant cum gaudio revidere, qui presentie vestre solatio desiderabilius frui peroptant, et illi se patrem revidisse letentur, qui presidiis orphanati expectant a munificentie vestre uberibus refoveri."*

<sup>1</sup> See **Boncompagnus** [3.15.1](#), [5.22.1](#). Innocent III designated the bishop-elect of Reggio (Nicolas Maltraversi) administrator of the Vicenza episcopate on April 8, 1213 (**Po.** 4694, **Registrum** 16.15, **PL** 216.800). The pope recommends Nicholaus for this task for his personal qualities and local political connections (*qui prudentia et honestate per gratiam Dei viget, et est in partibus illis potens*). <sup>2</sup>For similar wordplay with the Vicenza's name, see **Boncompagnus** [5.22.1](#). <sup>3</sup> The word *patria* usually means 'heaven' in the **Boncompagnus** (see for example [5.22.1](#)). Where it is used in an earthly sense, it refers to a province or a city. We can assume it does not mean 'Italy', here. For Boncompagno's ideas of Italy, see ROBERT L. BENSON "Libertas in Italy (1152-1226)" in **La notion de liberte au Moyen Age Islam, Byzance, Occident** ed. GEORGE MAKDISI (Paris 1985); on the general idea of *patria*, THOMAS EICHENBERGER **Patria: Studien zur Bedeutung des Wortes in Mittelalter (6. -12. Jahrhundert)** (Sigmaringen 1991).

#### 1.23.4. Littere, quas direxi eidem, postquam fuit in episcopum electus.<sup>1</sup>

Boncompagno expresses his worries to Nicholas Maltraversus, that after his election to bishop of Reggio (1213), he will lose his self in the episcopal office. Parody of the language of scholastic philosophy, in which Boncompagno predicts that this election shall not morally better Nicholas ([§1](#)). Despite this presentiment, he hopes that Nicholas' virtues will increase after accepting this election, so that he can rule Reggio's church through the fruit of good works ([§2](#)). [Date: ca. 1213] [Click here for translation](#)

[1] "*Pallet aurum in electro,<sup>2</sup> delitescit argentum in cupro et famam celebrem dignitatis rubigo consumit.<sup>3</sup> Unde inest adhuc sensui meo ambiguitas de promotis. Immo non inest, quia probabiliter didici, manifeste docui et necessario probavi, quod dignitatis accidens absque subiecti corruptione vix potest adesse,<sup>4</sup> quoniam de causa procedit causatum, et forma recipit et patitur alterationem, cum subiective partes non habeant motum ad centrum.<sup>5</sup> Quare nisi vestra Nicholaitas in suo statu<sup>6</sup> permanserit, vos faciet dignitas episcopalis indignos. Iam enim in presagio sum propheta, in hoc preconio per experientiam eruditus. Non minus tamen preelectum diligo Nicholaum, sed electum pavesco, timens ne serenitas illustris comitis<sup>7</sup> viri famosi et liberalis sub episcopalis umbra fastigii patiatur eclipsim.*"

<sup>1</sup> Nicholaus was elected bishop of Reggio in 1213. See **Boncompagnus** [1.23.3](#). <sup>2</sup>Cf. **Oliva** [1.4](#). For Boncompagno's interest in magic and alchemy, see **Boncompagnus** [1.18.14](#). He reports often that his enemies accused him of acquiring knowledge through magical means. <sup>3</sup> Similar passages are found in **Boncompagnus** [1.14.2](#), [1.3.3](#), [1.20.8](#), [1.20.17](#), [1.25.7](#), [5.19.4](#) and **Oliva** [1.4](#). Cf. Prov. 25.4 and Ezech. 24.11-12. <sup>4</sup>For the pitfalls of office, see **De amicitia** [23](#). **De amicitia** [29](#) discusses *ambitio dignitatis*. <sup>5</sup>I have found no particular model for this parody of scholastic prose. But see **Oliva** [1.4](#). <sup>6</sup>See **Boncompagnus** [1.23.14](#). notula 'De statu'. <sup>7</sup> Cf. **De amicitia**[23](#).

[2] "*Libanus mea floruit preter cultum, super quam Philomena voce variabili modulatur, nec est in esca labor,<sup>1</sup> sed rostrum est infixum labori, tamen adhuc me vobis post assumptum| fastum promotionis attentius recomendo, peroptans ut contra meam opinionem cum dignitatis assensu taliter ascendat vestrarum virtutum profectus, ut in ecclesia Regina per bonarum operationum fructus in Domino regnare possitis.*"

assumptum | [\[13<sup>ra</sup>\]](#) P



<sup>1</sup> Gen 3.17.

## 1.23.5. Littere, quas direxi cuidam notario<sup>1</sup> pape. |

Boncompagno sends 'a letter in presage of devotion and love' to an unidentified papal notary. He will eschew flattery in this letter (§1). He contrasts this notary with others who plagiarize from the papal **Registers**, for which crime they should be summoned to court (§2). The knowledge and reknown of the notary in the oratorical faculty is praised. Boncompagno pledges his love and announces his desire to inaugurate a bond of mutually beneficial friendship (§3). [Undatable.] [Click here for translation](#)

[1] "*Aura<sup>2</sup> favorabilis, que tamquam avis citivola rerum orbem regirat,<sup>3</sup> michi nuper suasit, ut in devotionis et dilectionis presagium vobis deberem litteras destinare, in quibus non adulationum blandiciis venativis, non turgida et deceptiva positione verborum, caput vestrum volui demulcere,<sup>4</sup> sicut faciunt infiniti, qui metu vel cupiditate acquirendi sublimium personarum ulcera lingere moliuntur.*"

rubr. pape | [24r] A

<sup>1</sup> See Horace **Ep.** 1.8 and **Boncompagnus** [1.3.15](#). A few papal notaries are listed in POTTHAST **Regesta Pontificum Romanorum** (Berlin 1874), for Innocent III (1.467, see also his scribe *magister P.*, **Po.** 1465, *Philippus Po.* 1585), Honorius III (1.679), Gregory IX (1.939). See HARRY BRESSLAU **Handbuch der Urkundenlehre** (Leipzig 1889) 1.270. List of curial scribes with duplicate offices under Gregory IX in P.M. BAUMGARTEN "Miscellanea Diplomatica III." **Römische Quartalschrift** 32 (1924) 51; he counts about 80 scribes of Gregory IX (p. 54). For a social and constitutional history of a medieval guild of curial scribes: BRIGIDE SCHWARZ **Die Organisation kurialer Schreiberkollegien von ihrer Entstehung bis zur Mitte des 15. Jahrhunderts** (Tübingen 1972). <sup>2</sup> **Mirra** [19.4](#); **Boncompagnus** [4.1.9](#), [5.24.3](#). <sup>3</sup> **Mirra** [5.4](#) and **Boncompagnus** [prol. 1.1](#), [3.3](#), [4.1.8](#), [5.1.24](#), [5.4.10](#), pun on ruling/wandering (*regere/regirare* or *regyrare*). **Palma** [45](#) and **Boncompagnus** [1.21.2](#), [1.25.4](#), [3.19.8](#) use this verb more conventionally. <sup>4</sup> Alanus de Insulis **De planctu nature** (PL 210.469); **Liber de obsidione Ancone** (ZIMOLO ed.) 5.3; **De amicitia** (NATHAN ed.) 67; **Quinque tabule salutationum** [4.70](#); **Oliva** [1.5](#); **Boncompagnus** [1.13.1](#) and [5.20.2](#); **Rhetorica novissima** [9.4](#) (GAUDENZI ed. 286-287); **Epistola mandativa ad comites palatinos** [§10](#). Boncompagno treats the *captatio benivolentiae* in **Palma** [28](#).

[2] "*Revera verum est et a veritatis tramite non est aliquatenus alienum, quod infra Registri ecclesie Romane pomeria<sup>1</sup> quedam ovicule tonsorate pascuntur, que de alieno vellere balandi telam ordiuntur et texunt,<sup>2</sup> quarumdam feminarum abusum crebrius imitantes, que furtivas tricas deferunt in vertice depilato.<sup>3</sup> Unde possunt iniuriarum vel furti actione<sup>4</sup> legitime conveniri.*"

<sup>1</sup> For *pomeria* see **Palma** [1.4](#), **De amicitia** [39](#), **Boncompagnus** [prol. 2.3](#), [1.23.3 §3](#), [3.14.2](#), [4.1.8-9](#), [4.4.2](#), [5.1.37](#). <sup>2</sup> **Quinque tabule salutationum** [4.10](#), **Palma** [24.1](#), **Oliva** [1.2](#). <sup>3</sup> On the penalty of shaving the heads of prostitutes: GEORG DAHM **Das Strafrecht Italiens in ausgehenden Mittelalter** (Leipzig 1935). For the somewhat unusual word *tricas* (braids or tresses), see also **De malo senectutis et senii** 10. <sup>4</sup> **Digest** 47.2, 47.10 and **Institutiones** 4.12.

[3] "*Ex virtutibus igitur meritorum, que preconium vestre laudis extollunt, et scientie*

*claritate, qua precipue in oratoria facultate<sup>1</sup> dicimini pollere, vos diligo. Et ferventius diligere iam peropto, quia quod a multis refertur, esse non ambigo estimandum, et actio estimatoria<sup>2</sup> inter bonefidei iudicia numeratur. Ego autem inenarrabiliter desidero indissolubili vobis federe couniri, quod utrique parti redundare ad gloriam et honorem valebit, quia cum radici fructuose arboris inseritur alterius fructificantis ramusculus,<sup>3</sup> germina novella consurgunt, fructus uberius **geminantur** et ex dulci mixtura bonorum virtus famosa resultat et redditur ubilibet duplicata."*

<sup>1</sup> For a papal notary with literary pretensions, see NICHOLAS M. HARING "Liber de dulia et latria of Master Michael, Papal Notary" **Mediaeval Studies** 33 (1971) 188-200. <sup>2</sup> **Digest** 19.3.1. <sup>3</sup> **Boncompagnus** [1.18.7](#), [1.25.11](#), [5.22.1](#).

### **1.23.6 Littere, in quibus aliquis electus recommendat se sociis, quos dimisit in scolis, commendando vitam scolasticam et conquerendo de gravamine dignitatis.**

[1] "*De portu quietis et Paradiso scolastice discipline vocavit, immo traxit nos officium prelature, ad quam ...antes.*" |

...antes | [\[13<sup>rb</sup>\]](#) P

### **1.23.7 Responsio, qua benivolentia captatur, sed dicitur, quod nulli volunt dignitatum gravamina evitare. Unde ipsi libenter vellent eadem subire tormenta.**

[1] "*Antequam esse ...optamus/ ...*"

optamus | [\[24<sup>v</sup>\]](#) A

### **1.23.8 Littere, quibus aliquis se religiosis personis commendat, in fine regulariter variate.**

[1] "*In remotis partibus existentes ...*"

### **1.23.9 Littere minorum ad maiores de commendationibus per totum regulariter variate.**

[1] "*Benignitati vestri ...Vel tam verbo quam opere/ vel voce ...balsami redolere/ ...*"

opere | [\[13<sup>va</sup>\]](#) P      redo | lere [\[25<sup>r</sup>\]](#) A

### **1.23.10 Notula, in qua distinguitur, quid sit gratia, quid habetur significare in singulari et plurali numero et quid parva sit differentia inter gratias et grates.**



[1] Gratia est acceptabilitas, que concipitur in animo persone maioris de minori. Et nota, quod hoc nomen 'gratia' in toto numero singulari est dictio dominabilis et continet in se auctoritatem, dominium et favorem. Unde apostolicus dicit: 'Gratia Dei sum id, quod sum, et gratia eius in me vacua non fuit'.<sup>1</sup> Nam et in divina pagina dicitur 'Ante gratiam', idest antequam Christus faceret humanum genus acceptabile ad recipiendum eterne vite merita per incarnationem suam, 'Post gratiam', idest post illud tempus quo data fuit acceptabilitas illa. Unde nos, qui renati sumus ex aqua et Spiritu Sancto. dicimur esse in tempore gratie, idest acceptionis illius vel acceptabilitatis.

<sup>1</sup> I Cor. 15.10

[2] Item omnis prelatus subdito, quilibet dominus fideli, omnis magister discipulo et quilibet pater filio potest gratiam exhibere. Preterea in Latine locutione pauci vel nulli dicere consueverunt: 'Gratia refero tibi'; sed Teutonici dicunt frequenter: 'Gratia vobis', idest, laus, et intelligitur ibi hoc verbum 'sit'.

[3] Item nota, quod numquam minor persona maiori dicere debet: 'Gratiam facio vobis' vel 'Gratiam meam habeatis'. Item nota, quod 'gratie' et 'grates' in plurali numero variant modus significandi, quoniam aut habent notare paritatem aut subiectionem. Nam cum a pari profertur, paritatem notat, cum a minori, subiectionem.

[4] Item nota, quod persone infie non debent dicere maioribus 'referimus vobis gratas' vel 'grates', nisi restringant significationem cum idoneis adiectivis, ut 'referimus vobis gratas' vel 'grates subiciales' aut 'humiles' vel 'devotas' seu 'votivias' vel 'subiectivas' vel 'gratias cum reverentia subiectione' vel 'fidelitate' aut 'devotione'.

devo|tas [\[13vb\]](#) P

[5] Item aliqui nudi Garamantes dicunt, quod 'gratie Deo' et 'grates hominibus' debent referri, sed inutiliter oppinantur, quia inter 'gratias' et 'grates' parva est differentia in plurali. Dictiones enim iste parem habent significationem in nominativo et accusativo pluralis numeri et de hac dictione 'grates' non ponuntur, nisi illi soli duo casus, quia non invenuntur plures.

### 1.23.11 De oblatione reverentie hac devotionis minorum ad maiores.

[1] "*Quid retribuam speciali domino et precipuo benefactori ...proposito| in animo preconcepi...*"

proposito | [\[25v\]](#) A

### 1.23.12 Notula, qua doctrina datur, quomodo minores pro amicis debeant maioribus supplicare.

[1] "*Quantumcumque de munere gratie vestre confidam pro aliquibus tamen amicis vobis timeo*" vel "*dubito supplicare, et maxime, cum ad supplicandum pro meipso vix*"

*merear sufficiens reperiri." Item: "Audeo, sed non cum audatia ....tunc efficiar| in conspectu omnium... corona vestre benivolentiae laureatur ...." Item: "Si pro illo tamquam pro me| ipso vos exoro..."*

ef|ficiar [26<sup>r</sup>] A

me | [14<sup>ra</sup>] P

### 1.23.13 Notula, qua doctrina datur, quomodo porrecte preces debeant exaudiri vel non.

[1] *"Sepe inducor, dominationi vestre pro illis rogamina porrigere, a quibus numquam recepi servitium aliquid" vel "honorem. Quere deinceps in fine litterarum, quas penes vos exaudiri optabo, sigillum Salomonis depinguam; in aliis vero faciam unum cifra, ut per hoc intelligatis, quod non curabo, si preces non sortiuntur effectum."* Nota, quod huiusmodi signa possunt| fieri et variari, prout fuerit ordinatum.

assumptum | [14<sup>rb</sup>] P

[2] Item frequenter ille, qui rogat, facit exordium vitiosum ad hoc, quod preces non debeant exaudiri, verbi gratia: *"Ad instantiam dilecti amici .Io. vobis duxi humiliter suppliantum, quatenus etc."* Vel: *"Tantum institit lator presentium, quod nobis duxi has litteras dirigendas, rogans ut eius precamina, si placet, dignemini exaudire."* Vel: *"Cogit me instantia presentium portitoris, vobis has litteras destinare, in quibus vos deprecor, ut si vobis placuerit, ipsius rogamina exaudire velitis".* Vel: *"Infinite amicorum persuasiones me supplicare vobis pro latoribus presentium coegerunt, verumtamen in hiis et consimilibus non mea, sed vestra voluntas fiat."*

Io.] ideo Schönbach ed

suppliantum] supplicare Schönbach ed

[3] In huiusmodi quippe inspiciat diligentius, quid recipiat inpetrator, alioquin paleam ventilabit. Item consueverunt aliqui magnates habere super huiusmodi ad cautelam privata sigilla.

### 1.23.14 De statu. Notula, qua distinguitur, quid sit status et quid significare habetur secundum diversos effectus.

[1] Status, secundum quod in eloquentia sumitur, est existendi modus secundum varios accidentium eventus. Vel status est accidens rei, de qua queritur. Vel status est habitudo, qua quis est effectus. Unde cum postulatur, quod de statu persone reddi debeat certitudo, queritur de prosperitate principaliter, quia nemo vellet de illo, quem diligit, audire contrarium. Secundario vero queritur de omni adventu bono vel malo, ex eo quod anima sibi satisfieri cupit de omnibus eventibus rumoribus atque novis. Et tunc dicitur status quasi continentia personarum vel rerum.

secundum Athens Berlin: seculum Siena codd.

[2] Verumtamen hoc nomen 'status', prout derivatur a 'sto stas', prosperitatem| significat. Unde Apostolus: 'Qui se exstimat stare, videat, ne cadat.'<sup>1</sup>

pros|peritatem [26<sup>v</sup>] A

<sup>1</sup> I Cor. 10.12

[3] Item dicitur aliquando status sumitas vel acumen, ut cum dicitur 'Hoc egritudo est in statu' idest in sumitate, quia omnis egritudo, que per diem tertium terminatur, habet principium statum et declinationem. Et dicitur status illud accumen, ultra quod egritudo extendi non potest.

### **1.23.15 Notula, qua describitur, quid sit donum et que sit differentia inter dona et quomodo a rebus donatis possit aliquis exordiri.**

[1] Donum est, quod nullis intervenientibus precibus exhibetur. Vel donum est, quod ex arbitrii libertate procedit. Vel donum est, quod sponte confertur. Sed multa dicuntur esse dona, que non sunt dona. Nam quicquid voluptatis vel timoris aut debiti vel precum seu verecundie causa confertur, 'donum' dici non debet sed 'datio', quia donum est res honestissima, que semper imitatur opera caritatis.

[2] Nullum tamen reale donum est dilectio, sed dilectionis presagium, quid remanet in animo largitoris. Nam res, que confertur, doni caret effectu, si iocunda voluntas non remanet in animo tribuentis. Quicquid enim sine iocunditate animi tribuitur, non appellatur donum, sed quasi elymosina egenti collata. In omni siquidem re, que nomen 'doni' recipit, debent pariter convenire spontanea tribuentis voluntas et recipientis affectio, cum actionibus gratiarum. Nec tunc esse donum desinet propter vitium assumentis, dummodo exhibitor non delinquat.

tribuitur] tribuatur *Athens*      appellatur] appellabitur *Athens*

[3] Consulo tamen universis, ut sua non permittant dona languore. Isti quidem sunt donorum languores: protractio temporis, turbida facies tribuentis, conferentis improprium| et indiscretio donatoris. Hec enim res exhibitas non permittunt 'dona' vocari vel esse. Et sic eiciuntur ab aurea sede in prostibulum vitiorum. Et est notabile, quia donum, quod ex inspirato confertur, sicut manna de celo descendit et uberius letificat animam assumentis. Si vero secundum spem vel promissum fuerit satisfactum speranti, donum erit utile non iocundum, et si aliquod defuerit de pollicitis vel speratis, dehonestabitur munificentia largitoris. Insuper consulo, ne in tot rivulos flumen tui beneficii parciaris, quod particula irrigare nequeat ortulum indigentis, quoniam per aquam, que guttatim labitur, rota volvi non potuit molendini, et de minutis beneficiis non erit fama sollempnis. Igitur dignis ad tempus aliqua copiosius largieris, que te silente preconium tue laudis ennarrent.

improprium | [14<sup>va</sup>] P      dehonestabitur] dehonestabunt *Athens*      et] nec  
*Athens*      non *om. Athens*

[4] Item sagax orator de rebus donatis exordiri valebit sepius et narrare, verbi gratia: "*Cingulum, quod nuper vestra liberalitas michi transmisit, letitiam contulit geminatam*"

*et fecit me sicut liliū refluere, quia per illud et in illo firmiter intellexi, quod me corde sincerissimo peramatis, et hoc signum rei transmissē plenius indicavit. Et quando cum eo cinxi et recinxi lumbos, ex dono ipso dilectionis radii sunt progressi, qui animam et spiritum splendore ammirabili serēnarunt."*

Item] Ita Athens

[5] Vel: "*Desiderabilis amicitia*" vel "*dominatio vestra me annulo aureo subarravit, cui smaragdus preciosissimus est insertus. Aurum vero metalla cuncta precellit, per quod dilectionis*" vel "*gratie vestre prerogativam intelligo michi esse collatam. Smaragdus nempe ammirabili*" vel "*superabili*" vel "*excellenti viriditate clarescit, temperantiam significat et virorem. Unde radios visuales dicitur serēnare, quare intelligo, quod intima| cordis vestri sunt michi serēna,*" vel "*quod super omnes vestram benivolentiam*" seu "*gratiam promeruerim obtinere. Nam, cum surgo diluculo et mane sol prius radiat, manum dexteram, in cuius digito est anulus, ante faciem extendo, et tunc auri citrinitas et smaragdi viror per exterioris hominis poros usque ad animam transeunt. Et sic motu quodam imaginario transferri videor ad gaudia Paradisi.*"

vel] et Athens    cui] tui *codd.*    precellit] precessit Athens    virorem Siena Berlin  
Schönbach] vigorem *codd.*    intima | [27<sup>1</sup>] A

[6] Hic relinquo infinitas materias oratori, quia ita posset de omnibus metallis et lapidibus, balsamo, specibus et de omnibus rerum generibus, que conferuntur dono invenire ornata genera dicendorum.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.24

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.24 DE REVOCATIONIBUS

### | 1.24.1 De subsidiis, qui prelatum revocare intendunt.

[1] "*Expectans expectavit ecclesia Maguntina venerabilissimum patrem suum dominum et pastorem, sed non rediit, unde producit lacrimas et plangere non desistit, quia cunctis est presidiis orphanata. Quare turbe corruunt in clamores, flent vidue ac virgines, senes cum iunioribus lamentantur, quia propter absentiam vestram super carbones est decus ecclesie denigratum et gregem iam invadunt lupi rapaces. Festinare dignetur itaque sanctitas ad regressum, ut numerose populorum multitudines conletentur, et nos, qui principalia membra sumus, revidere caput nostrum cum ingenti letitia meramur.*"

| [\[27r\]](#) A   [\[14va\]](#) P   | [\[14vb\]](#) P

### 1.24.2 De revocatione illius, qui nimium est in scolis moratus.

[1] "*Revocare te duximus a studiis litterarum, in quibus diutius et ultra debitum remansisti, semper beatudinem scolasticam allegando. Ecce iam .XXVIII. annorum spatium est elapsum, quod te dedicasti scolasticis disciplinis, quare nobis, qui de te sperabamus habere confugium quod magis causa voluptatis quam scientie, demoretis. Sed cur non erubescis in conspectu iuvenum apparere, qui causa derisionis te patrem senectute confectum appellant, dicentes 'In diebus novissimis legit hic testamentum pudoris?' Ceterum a multis refertur, immo apud omnes et singulos iam plebescit, quod cum tua senectute ludit ridiculosa Venus, unde consulimus, ut donec aliquid est in lumbis, renum motus non debeas refrenare.*"

### 1.24.3 De revocatione illius, qui reverti non curat ad studia litterarum et dicitur, quod in tempore senectutis addiscere non valebit.

[1] "*Tempore quolibet reverti ad studia litterarum polliceris, tamen amor patrie sic te detinuit in suspenso, quod per .X. annorum spatium distulisti, non reducens ad memoriam quod| dispositio etatis annose aliquem addiscere non permittit, quia tepescente naturali calore virtus ingenii naturalis. Sed credo firmiter, quod cum Arturo in Britanniam reverteris et cum eo tuum studium celebrabis.*"

quod | [\[27v\]](#) A

### 1.24.4 De uxore formosa, que revocat maritum litterarum studio insudantem.

[1] "*Ultra biennium promissionis federe penitus violato fecisti moram in scolis, nec quod sim femina et iuvenis recordaris. Unde cotidie ingemisco, quod super meum agrum ros vel pluvia non descendit, sed utinam arescat digitus, qui potiri coniugali annulo non procurat. Sed scio, quod legis in **Codice** alieno. Unde, si mora postposita non redieris, studere disposui aliquantulum in **Digesto**.*" |

Digesto | [\[15<sup>ra</sup>\]](#) P

### **1.24.5 De aliquo amico, qui studenti consulit, quod revertatur ad uxorem, alioquin fiet, quod scire non vellet.**

[1] "*Audeo vestre consulere sapientie, ut posposito studio litterarum ad propria reverti curetis, quoniam uxor vestra est plurimum abilis et formosa. Unde sancti spiritus igne non uritur sed carnalis amoris, et multi student pariter et laborant, ut fundum Cornelianum mereamini possidere, in quo vobis plantabitur cucurbita ortulana.*"

### **1.24.6 De patre in paupertate ac senectute posito, qui filium revocare de regione longinque intendit.**

[1] "*Dimisisti me in lecto egritudinis ...*"

### **1.24.7 De matre, que simili modo filia revocare intendit.**

[1] "*Non reputor a te mater immo noverca ...*"

### **1.24.8 De filiis pauperibus, qui patrem revocare intendunt.**

[1] "*Res in alteram reverti naturam videtur, cum pater filios, quos genuit, derelinquit... viscera| pietatis...*"

vis|cera [\[28<sup>r</sup>\]](#) A

### **1.24.9 De uxore, que cum filiis et filiabus maxima premitur egestate, unde maritum revocare intendit.**

[1] "*Vidua sum vivente marito, quoniam vir meus habuit in regionem longinquam ... nubili iam| consistunt...*"

iam | [\[15<sup>rb</sup>\]](#) P

### **1.24.10 De muliere, que amicum suum revocare intendit.**

[1] "*Sedens more turturis in ramusculo sico ...*"

### **1.24.11 Notula, qua doctrina datur, que sint cause, pro quibus absentes**



## consueverunt facilius revocari, et qualiter hic titulus non indigeat responsivis.

[1] Quidam revocari possunt per ambitione pecunie, | aliq̄ue amore mulierum, quas primitus amaverunt, quidam ob dulcedinem patrie, aliq̄ue per improp̄eria vel minas aut terrores, quidam ad iniurias vindicandas, et alii, sed raro, pro bono pacis consueverunt aliquando revocari. | Respondendi autem doctrinam hic non pono, quoniam illi, qui regredi pollicentur, desideriiis postulantium satisfacere comprobantur. Si autem necessarie fuerint exortationes, ut penas expectantium tollerare debeant, aliqui patienter in plurimis titulis exortandi poteris copiosam invenire doctrinam. Si vero proposuerit se aliquis excusare vel allegare impedimenta, pro quibus reverti non possit, ad titulos excusationum et impedimentorum evidentius recurrat orator.

pecunie | [\[28v\]](#) A

revocari | [\[15va\]](#) P

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.25

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.25 DE CONSOLATIONIBUS

### | 1.25.1 Quid sit consolatio.

[1] Consolatio est antidotum, quod contra dolorem conceptum exhibetur dolenti. Vel consolatio est suavis et artificiosa verborum appositio, per quam removeri consuevit dolor in mente conceptus. Item consolationum alia vocalis, alia realis. Vocalis est illa, que exornatam orationi fieri consuevit. | Realis in exhibitione responderum consistat.

| [\[28v\]](#) A [\[15va\]](#) P | [\[15vb\]](#) P con|suevit [\[29r\]](#) A responderum] rerum  
 Athens

### 1.25.2 Quod quilibet potest copiosam materiam invenire super consolationibus defunctorum.

[1] Super consolationibus defunctorum omnis orator copiosus esse videtur, quia materia communis est et plurimum usitata. Nam fere omnis dicent 'Non possumus divine resistere voluntati' et 'Sicut Domino placuit, ita factum est, sic nomen Domini benedictum.'<sup>1</sup> 'Est quoddam comune mori' et 'mortem nullus poterit evitare.' Ista equidem et similia recitant etiam tabernarii et tonsores. Verumtamen paucissi sciunt descendere ad species oportunas.

<sup>1</sup> Iob 1.21

### 1.25.3 Littere generales super consolationibus defunctorum.

[1] "*Mundialis machine fabricator primum hominem de limo terre ad imaginem et similitudinem suam formavit,<sup>1</sup> collocans eum in Paradiso deliciarum, ut absque omni specie corruptionis fieret immortalis; sed ille per antiquum serpentem Eva mediante privilegium tante dignitatis amisit. Unde seipsum in hanc miserie vallem deicit et totam successivam propaginem toxicavit; quare sic evanuit illa particula divinitatis, quod limus ad limum et homo in humum<sup>2</sup> in materiam primordiale reducit et compellitur suo generi sicut species respondere.*"

in humum: ad humum Athens.

<sup>1</sup> Gen. 5.3. <sup>2</sup> On the famous *humus*> *homo* etymology, see ROSWITHA KLINCK **Die lateinische Etymologie des Mittelalters** Medium Aevum, Philologische Studien 17 (Munich 1970) 72-75. Cf. below: [1.25.7](#), [1.25.9](#), [1.25.11](#), [1.25.12](#).

[2] *"Sed ecce, mutatio dolorosa plena vanitatibus et erumpius, per quam humana conditio ita erat misera et ingrata, quod nisi plasmator se fecisset per assumptionem carnis passibilem et mortalem, numquam ad Paradisi potuisset patriam remeare. Fuit ergo Christi passibilis et mortalis et nos pati atque mori debemus. Unde ammiror sepius et stupesco, cur de morte carorum humana fragilitas lamentatur, presertim cum temporalis mors a Christo, qui est vita iustorum omnium, 'transitus' appelletur."*

[3] *"Apostolicus etiam dixit: 'Transimus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres<sup>1</sup> et non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus,<sup>2</sup> quia omnis caro senum et omnis gloria eius tamquam flos agri.<sup>3</sup> Vel sicut senum, quod hodie est, et cras in clibanum mittatur conburendum.<sup>4</sup> Flos etiam seni est et vapor ad modicum temporis,<sup>5</sup> quod fuget velut umbra, et numquam valet in eodem statu manere. Comparari etiam valet rose, que colligitur de spineto, quia triplicis coloris munere predotatur, redolet, flagrat, et ex ea precipitur suavissimus odoratus. Sed demum palescit, et facile desicatur, unde ipsius pulchritudo penitus evanescit."*

<sup>1</sup> | Joh. 3.14

<sup>2</sup> | Hebr. 13.14.

<sup>3</sup> | Peter 1.24

<sup>4</sup>

<sup>5</sup>

[4] *"Ceterum quis est iuvens, qui non videat mortem; aut quis evadere poterit mortis iudicium temporalis. Cum itaque terminus vite vestre protrahi non debeat in longitudinem dierum, miror, quod pro morte hic vel talis dilectissimi olim vestri ultra debitum contristanum, presertim cum credatis| illum ad celestis regni gloriam transmissio, ubi sanctorum promerebitur ceteribus aggregari. Quare vos in Domino duxi attentius exortari, quatinus ipsum orationibus non lacrimis adiuvere curetis, quia si recte considerare vultis de ipsius transitu, letari potius debetis quam dolere."*

credatis | [\[16<sup>ra</sup>\]](#) P

#### 1.25.4 Littere consolationis ad patrem vel matrem pro morte filii.

[1] *"Consolari generosam nobilitatem vestram disposui, ex quo per famam publicam intellexi, quod pro morte filii vestri, qui nature ordine perturbato vos moriendo precessit, dies continuatis in planctu more puerili| tabescitis, lacrimando vultum cum unguibus lacertatis, tondendo pectus cum lapidibus atque pugnis prostrati iacentis vestras voces flebiles ad similitudinem demoniaci emittentes."*

pueri|li [\[29<sup>v</sup>\]](#) A

[2] *"Item sepulcrum, in quo filius vester fuit positus, regiratus frequenter cum gemitibus et clamore, pro quibus intellectum videmini perdidisse. Nam omnis dolor vel planctus, qui fit sine moderamine, insanie reputatur. In hiis etiam Deum offenditis, fame vestre detrahitis, et honori, et plurimis exemplum tribuitis condolendi. Quare vos deprecor et optestor propter Deum, ut reducentes ad memoriam quod omnes aliquando moriemus, consolationis remedium assumatis et cum orationibus et elemosinis vestris ipsius anime taliter propitiari velitis, quod effici particeps eterne beatudinis mereatur."*

## 1.25.5 Littere consolationis ad patrem vel matrem pro morte filii.

[1] *"Tributum, quod humana conditio ex debito solvere nature tenetur per lacrimarum effusionem, denegare non valet, quia non potest fieri mortalitas immortalis, nisi corruptibile hec se incorruptionem induerit, quod erit in patria non in viam, quod sic disposuit Omnipotens, qui pro redemptione humani generis morti voluit subscribere temporali, ut dampna mortis perpetue restauraret. Ergo qui modo modum superat in dolendo arbitratur, quod Creator plusquam se dilexerit creatura, postquam in corpus, quod assumpsit de virgine, temporalis mortis sententiam promulgavit et passus est legem, quam ipse tulit, cum esset legibus ex deitatis consortio absolutus. Nec retinuit in se non moriendi privilegium, cum optineret plenitudinem potestatis."*

[2] *"Sufficit ergo, si famulus Domino in moriendo ordine similetur. Immo plus est, quia filius vester obiit in thalamo picturato, prevenerunt multimoda suffragia medicorum, inventum fuit pro ipsius liberatione, quicquid humana ratio potuit cogitare, nec audebat aliquis, cum egrotaret mutire<?>. Sed Christus, cum flagellis verberibus impropertiis atque sputis inter duos latrones, cruci fuit affixus et antequam ad patibulum traheretur, clamabatur ab omnibus 'Crucifige', et considerebat hori muratum acetum cum spongia ponebatur. Ergo, si de morte filii lamentaris, invitari suo plasmatori videris, qui pro nobis omnibus mori voluit et cum eo in eterna beatudine uiueremus."*

[3] *"Nam hoc est admirabile conquerendi genus,<sup>1</sup> quod plasmator <per> suum plasma, quod sicut lac emulxit coagulavi ut caseum, carnibus et pelle vestiunt ad se, cum placet revocare non possit. Ipse quippe dedit. Unde, si abstulit non est mirum, quia suum erat et plenitudinem Domini non| amisit. Alienum itaque plangis et non tuum. Nam qui de re aliena ultra modicum tristatur, simplex autem mente captus esse videtur. Pro certo Filium ipsum Deus tibi commodaverat, unde commodatum restituere tenereris, et in hoc posset te actione commoditi quilibet convenire."*

non | [\[16<sup>rb</sup>\]](#) P

<sup>1</sup> Cicero **De inventione** 1.15.20-21, 1.55.106-109, 1. See also Quintilian **Inst. or.** 4.1.40-41, Isidore **Etym.** 2.8.1. Besides this *titulus* on consolation, the **Boncompagnus** features many letters of complaint or responses thereto: [1.1.2](#); [1.23.6](#); [2.3.1-2.3.7](#); [3.16.5](#), [3.16.12-3.16.13](#); [3.20.12](#), [3.20.19](#), [3.20.39](#); [4.4.11](#), [4.4.13](#), [4.4.22](#), [4.4.25](#), [4.4.27](#); [5.19](#) (all); [5.20.5](#); [5.25.2](#), [5.25.3](#), [5.25.4](#), [5.25.5](#), [5.25.6](#), [5.25.9](#); [5.27.1](#); [6.4.7](#), [6.4.9](#); [6.5.4](#); [6.9.9-6.9.10](#); [6.11.9-6.11.10](#). For a topics of the letter of complaint, see **Aurea gemma <Gallica>** [1.10](#) where the reader is directed to Cicero's **Summa rhetorice**; because consolation was not treated extensively there, the anonymous author devotes a long discussion to the topics of consolation, [1.52-1.60](#). For some discussion, see XXX.

[4] *"Sed o miserabilie avaritia, que dolet, si Creator ad se revocat creaturam, quam de limo terre formavit. Sane, si dignaretur iubere, filium, pro quo tam immoderate plangere non desistis, deberes, sicut erat paratus facere Abraham, altissimo immolare."*

[5] *"Sed ecce, cum vivebat filius, ipsum ad aliquem terrenum principem pro transitoria*

*gloria et dubitabili munere destinasses, et tunc, ultra quam dici valeat, tristari videris, quod ille, qui fecit eum et non mediante| aliquo possidebat, ipsum de hac valle miserie ad Paradisi patriam evocavit, ubi cum sanctis et electis eterne beatudinis gaudiis perfruetur."*

mediante | [\[30r\]A](#)

### **1.25.6 Littere consolationis pro morte filii ad illum, qui est in senecta et senio constitutus.**

[1] "*Super duobus principaliter non sufficio amirari, quia senecta es et senio iam confectus. Unde in manus tuis non erit ulterius, nisi labor et dolor et super obitu filii tui, qui te ad gaudia Paradisi processit, plangendo stultizare non times, presertim cum unum pedem iam cum eo teneas in sepulcro."*

[2] "*Secundum est, quod ille, pro quo defles, de tua morte ridetur tuumque transitum cum gaudio expectaret, ut hereditas ad eum in integrum perveniret. Et licet summotenus plagere cerneretur lacrimae tum defunctis gaudii emanarent. Demum tue nobilitati duxi propensius consulendum, ut omnis lacrimas ab oculis tuis abstigas et ammoveas de corde tuo dolorem, largitori bonorum omnium humiliter supplicando, ut tuum incollatum, qui est nimium prolongatus, misericorditer breviare dignetur et conferat tibi de sue gratie munere, quod ad celestem Hierusalem quo visio pacis Dei merearis cum salute anime pervenire."*

### **1.25.7 Littere consolationis pro morte filii ad illum, qui filium suum prius optulerat ecclesie.**

[1] "*Sapori stipule similatur omnis gloria terrenorum, vita mortalium velut umbra lunatica evanesit et humana conditio protoplausti rubigine denigrata subiacet vanitati. Unde universa vanitas est omnis homo vivens, qui vero dicitur homo, quoniam de humo, immo de humilimo formatus compellitur suo generi sicut species."*

[2] "*Respondere: Quare homo in humum, cinis in cinerum, tanquam ad materiam priordialem revertitur et adicit, ut resurgat et resurrectionis gratia renovetur. Non ergo est mors huiusmodi transmigratio nuncupanda sed transitus felicissimus, qui fit de morte ad vitam, ut expellatur omne demonium tenebrarum."*

[3] "*Johannes<sup>1</sup> igitur quosdam filius vester non est mortuus, sed de hac vita transivit in patriam, de tenebris ad lucem, cuius radiis illustratus et stola immortalitatis indutus in sinu Abrahae feliciter conquiescit. Unde plurimi ammirantur, quod propter ipsius transitum dies continuatis in planctu pueriliter in tabescitis deplorando et maxime eum, qui <???*

iuventutis | [\[16va\] P](#)



<sup>1</sup> Not identified

[4] "*Non erat ergo vestra possessio, quam defletis, sed per ratihabitionem transiverat in ecclesiam Fesulanam,<sup>1</sup> que filium vestrum prius in suum adoptaverat et caractere insignaverat clericali. Unde Iohannes per gratie renovationem canonicus a canonica norma et clericus idest sortitus merito dicebatur, quoniam illum sorti gregis Dominici deputastis de proprio alienum penitus facientes. Quare vestra generosa nobilitas denobilitari videtur, cum effusionibus lacrimarum calumpniamini Creatorem, qui filium, quem recepit, ad se misericorditer evocavit, ut fieret particeps et conformis glorie sempiternae.*"

<sup>1</sup> Fiesole

[5] "*Sit igitur vobis in dolendo modus, ne dolor vos rapiat extra modum, quia non est mirum, si mortales assidue moriuntur, ex quo mortalium pro Creator carni<?>, quam de virgine assumpserat, parcere noluit, quis mortem subiret in hoc ergastulo temporali. In eo itaque consolemini, qui consolatur omnis in tribulationibus| diuturnis et resumite gaudia post dolorem, quia filius vester, immo Christi ecclesie, non est mortuus, sed de hac valle miserie transivit ad patriam suam sive mansuram, ubi cum sanctis et electis potietur desiderabilius gaudiis Paradisi.*"

tribulationibus | [\[30v\]](#) A

## 1.25.8 Littere Beatricis<sup>1</sup> filie olim marchionis Hestensis,<sup>2</sup> in quibus lamentatur de morte patris.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> On Beatrix see GIANFRANCO FOLENA "Beata Beatrix" in **Storia e cultura a Padova nell'eta di Sant'Antonio** (Padua 1985) 381-404. This and the following letters are edited at 396-401. FOLENA is ignorant of PETER VON MOOS **Consolatio**, discussion of **Boncompagnus** 1.25. See also A. RIGON "La santa nobile: Beatrice d'Este (+1226) e il suo primo biografo" in **Viridarium Venetum. Studi di storia veneta offerti dagli allievi a Paolo Sambin** (Padua, Antenore). <sup>2</sup> Beatrix's father, Azzo VI of Este, died 18 November 1212. Her mother, Sofia of Savoia, died in 1202. <sup>3</sup> Azzo VI of Este, margrave of the Marche of Ancona (1193-1212). See JOHN LARNER **The Lords of Romagna** (XXX 19XX). He had been podesta of Mantua, Verona, Ferrara and Padua. Azzo's epitaph describes him as "a Cicero in eloquence, an Alexander in arms, a Ulysses in ingenuity." Cf. Matthew of Vendome **Ars versificatoria** (ca. 1175, ed. FARAL 125): *Tullius eloquio, conflictu Caesar, Adrastus/ Consilio, Nestor mente, rigore Cato.*

[1] "*Beatrix ex primitiva nominis impositione appellor, sed cecidit significatio nominis ab effectu, quia beatitudinem perdiidi et omnem gloriam temporalem. Unde possum dici 'misera filia Babylonis',<sup>1</sup> quia cecidit corona capitis mei, et extinctum est famosum luminare candelabri,<sup>2</sup> quo inter puellarum choros videbar clarius relucere.*"

<sup>1</sup> The **Vita antichissima della beata Beatrice d'Este** (ed. G. BRUNACCI, Padua 1767) by Albert, prior of S. Spirito of Verona, describes the actions of her spiritual advisors: *Ipsi vero velud pietatis cultores velociter et illariter accurrerunt, et gratissimam praedam atque praetiosum thesaurum de Babilonia rapuerunt et detraxerunt.* <sup>2</sup>FOLENA's analysis (396, note 31) of the *cursus*. *Velox* prevails over *planus* at a 4:1 ratio (even higher for the papal reply). A secondary cola ends with a *trispondaicus* (*famòsum*



*luminare canedelabri*, see also *post visionem litterarum*), one doubtful case of a principal cola: *nescio ubi posuerunt eum*. The *tardus* is absent.

[2] "*Nolite<sup>1</sup> igitur considerare, quod fusca sum, quia decoloravit me sol persecutionis mundane, quoniam pro morte patris, me invita et reluctante, non cessat effusio lacrimarum, quod credo ex fragilitate sexus et dolore nimio prevenire. Frequenter etiam dico: 'Si dominus papa fuisset hic, mori non poterat pater meus.'* Profecto ex eo michi dolor assidue renovatur, quoniam non valeo videre sepulchrum, quia milites<sup>2</sup> dominum meum tulerunt et nescio, ubi posuerunt eum."

<sup>1</sup>According to FOLENA, 396, the recipient of Beatrix's letter is pope Innocent III. <sup>2</sup> As FOLENA notes, 397, these included her brother, Aldobrandino I, who reigned until 10 October 1215.

[3] "*Verumtamen hec scio, quod me in vestra potestate reliquit,<sup>1</sup> unde confidentius vestre supplico Sanctitati, quatinus michi iubere velitis, quod habitum religionis assumam vel me recipiatis in vestram,<sup>2</sup> quia nolo alium habere maritum; et in hoc superare votum patris videbor, qui me regali thoro proposuerat desponsare, quoniam per vos Christo, qui Rex est celi et terre ac regum Dominus terrenorum, ero sanctimonie matrimonio copulata. Anulo igitur consolationis me dignemini subarrare, quoniam in litteris, quas fratri meo noverit direxistis, nulla fuit habita mentio de sorore."*

<sup>1</sup> This passage suggests that Beatrix' father left her in the care of the pope. FOLENA says, 386, that Beatrix was about 20 when her father died. She herself died 10 May 1226. <sup>2</sup> In 1220 Beatrix entered a nunnery of S. Margherita at Salarola, not far from her castle Calaone (one kilometer north of Este). One and a half years later she migrated with a group of her associates to the nearby Gemmola, establishing a nunnery there.

[4] "*Presertim cum infirmitati mee sit magis necessaria medicina, quia mulier dicitur quasi mollis et omne molle facilius alteratur. Peto igitur a vestra lacrimabiliter Sanctitate, ut michi consolationem aliquam conferatis et abstergat alter Deus meus lacrimas ab oculis ancille sue,<sup>1</sup> infundere dignetur illis collirium pietatis, ne post visionem litterarum lacrimari presumant."*

presumant | [\[16vb\]](#) P

<sup>1</sup>Apoc. 7.17, 21.4.

## 1.25.9 Responsive littere.

[1] "*Lacrimosi doloris carmen in tuis nobis<sup>1</sup> litteris direxisti, asserens quod licet Beatrix ex primitiva nominis impositione voceris, significatio tamen tui nominis cecedit ab effectu. Unde te vocas 'miseram filiam Babylonis' ex eo quod illustris .A. quondam pater tuus debitum humanitatis exsoluit. Sed non miramur, si de ipsius obitu lamentaris, quoniam et nos ipsi pro illius decessu concepimus in mente dolorem non sine productionibus lacrimarum."*

<sup>1</sup>Pope Innocent III, 1198-1216.

[2] "*Sed audi, filia, et vide et inclina aurem tuam et obliviscere tumulum genitoris, quia milites absconderunt corpus, timentes ne ibi deberes immoderate plorare, quia fuisset dolor plurimum revocatus et infinitis mitigatum irritasses merorem. Sicque a sententia mortis per intollerabiles gemitus et clamores contra divine Maiestatis dispositionem esset denuo appellatum nec propterea valeret dies Domini, qui sicut fur venit,<sup>1</sup> actione alia conveniri.*"

<sup>1</sup>I Thess 5.2.

[3] "*Iuste igitur ac religiose de resurrectione cogita et noli contristari sicut ceteri, qui spem non habent. Sed vere in consolationis Auctore stude te ipsam propensius consolari, credens firmiter et sperans quod genitor quoddam tuus vexillo pure confessionis] et armis penitentie premunitus transivit ad patriam, cui Princeps apostolorum, cuius belliger meruit esse in terris, aperiet ianuas Regni celestis et ipsum ab omni delictorum vinculo absolutum in sinibus Abrahe, Ysaach et Jacob cum sanctis et electis feliciter collocabit.*"

confessi|onis [\[31\]](#) A

[4] "*Nos vero tue Nobilitati non suademus nec dissuademus ad religionis habitum assumendum, quia si Rex celestis concupivit decorem tuum, cordis tui thalamum perseverantie meritis adhornabit et ponet super capud tuum coronam de lapide precioso in recompensatiom temporalis corone, quam tibi de capite conquereris cecidisse.*"

[5] "*Ceterum, cum feminea conditio sit flexibilis nimium et proclivis, sicut tuis litteris fuit insertum, ex quadam naturali mollitie facilius alteretur, non debet fieri ad religionis propositum festinatio repentina; maxime, cum huiusmodi motus doloris in provectis nedum iuvenibus dolori parturientis et timori naufragantium, qui timorosa vota consueverunt sepius violare, frequentius comparetur.*"

[6] "*Igitur, postquam vulnus plage recentis pervenerit ad solidam cicatricem, consultius et perfectius deliberare poteris, utrum velis Marche ministerium exercere, an eligere partem optimam et sedere ad pedes Domini cum Maria. Quicquid tum auctore Domino duxeris eligendum, suadente devotione patris, que apud nos remanebit omni tempore insepulta, nostrum tibi super omnibus favorem et auxilium salutiferum impendemus.*"

## **1.25.10 Littere regine imperatoris Constantinopolitanis filie,<sup>1</sup> qua miserabiliter suos casos deplorat.**

[1] "*In dolore suo conditionem posuit Ieremias, sed ego assero pro constanti, quod ab ipsa conditione mundi non fuit dolor similis meo dolori nec umquam erit.*"

<sup>1</sup>Irene. This letter is published by E. WINCKELMANN **Philipp von Schwaben und Otto von**



*ramusculus*<sup>7</sup> a vitiata radice propagatus carere vitio primitivo. Nam celi et mundialis machine fabricator,<sup>8</sup> Deus, in assumptione forme servilis moriendo privare se voluit privilegio deitatis, ut nullus crederet vel speraret, quod homo derivatus ab humo, non revertatur in humum.<sup>9</sup> Est itaque generale mori, quia mors non parcat alicui sexui vel etati, sed tam principes quam servos absorbet."

rubr. sui | [31v] A rubr. Guidonis Guerre: Widonis Werre S rubr. Guidonis:  
Widonis B<sup>2</sup> Radix: Caro SP<sup>3</sup> derivata illeg. B coruptele: corruptile B  
quo corrumpitur: quo~ B corrumpitur P<sup>3</sup> conditionis: condicionis M iudicium:  
periculum premit M privilegio: privilegio B

The root of original sin, passed on wretchedly to posterity, makes a leavening of perversion by which the lump of human condition is corrupted. Whence no one can avoid the lapse of inborn fragility, nor evade the temporal judgment of death, because a shoot propagated from a defective root cannot lack a primordial defect. For the fabricator of heaven and of the earthly machine, God, wished to deprive himself of the privilege of divinity by the assumption of servile, mortal form, so that no one would believe or hope that man, derived from the earth, would not revert back into earth. Thus it is universal to die, because death does not spare anyone, of any sex or age, but it absorbs princes as well as servants.

<sup>1</sup> See the rhetorical analysis of **Boncompagnus 1.25** in PETER VON MOOS **Consolatio. Studien zur mittellateinischen Trostliteratur über den Tod und zum Problem der christlichen Trauer** Münstersche Mittelalter-Schriften 3 (Munich 1971) 1.403-407, see also LOTHAR BORNSCHEUER **Miseriae Regum. Untersuchungen zum Krisen- und Todesgedanken in den herrschaftstheologischen Vorstellungen der ottonischen-salischen Zeit** (Berlin 1968).

<sup>2</sup> Gualdrada was one of the most famous women of medieval Florence. Cf. Dante **Inferno** 16.37 and ERNESTO SESTAN "Dante e i conti Guidi" in IDEM **Italia medievale** (Naples 1966) 334-355 at 336.

<sup>3</sup> **Epistola mandativa ad comites palatinos §2** clarifies the relationship between Gualdrada and Boncompagno: they were spiritual co-parents, because he had become a godfather to her son Marcualdo by serving as his confirmation sponsor (*Firmpaten*) at a sacrament performed by the cardinal legate Hugolinus (the future pope Gregory IX).

<sup>4</sup> Cf. **Boncompagnus 1.3.7, 1.14.3, 1.15.1, 1.20.12, 1.23.2, 1.23.5, 3.20.43, 4.2.7, 5.22.1** and **6.1.2** for other botanical metaphors.

<sup>5</sup> I Cor. 5.6, Gal. 5.9. Cf. **Tractatus virtutum §12, Boncompagnus 1.13.4, 1.25.11§1, 5.22.4§2, Epistola mandativa ad comites palatinos §15.**

<sup>6</sup> **Boncompagnus 1.23.2.**

<sup>7</sup> **Boncompagnus 1.18.7, 1.23.5, 5.22.1.**

<sup>8</sup> **Mirra 11.3, Boncompagnus 1.21.4, 1.25.3, 5.22.1.**

<sup>9</sup> **Boncompagnus prol. 2.1, 1.25.3, 1.25.7.** On the famous *humus* > *homo* etymology, see ROSWITHA KLINCK **Die lateinische Etymologie des Mittelalters** Medium Aevum, Philologische Studien 17 (Munich 1970) 72-75.

[2] "*Hec autem illustrem et magnificum principem .W. Guerram comitem palatinum maritum olim vestrum iuxta cursum nature de hac transitoria luce subtraxit, ut mereretur ad eterne lucis beatudinem pervenire, quod credere debemus firmiter et sperare, quia fuit pervigil custos*<sup>1</sup> *et perfecta securitas omnium viatorum, latronum et raptorum sollicitus extirpator, conservator pacis, iustus cum iustis et cum perversis*

*perversus, sicut David propheta iubere videtur.<sup>2</sup> Preterea circa finem ad penitentiae lamenta rediit humiliter et devote et multa exercuit opera karitatis, que sibi coram Deo salutare testimonium perhibebunt."*

W.: U. A      olim: quondam B<sup>2</sup>      mereretur: meretur B      omnium om. A  
 raptorum: predatorum SP<sup>3</sup>      sollicitus: feliciter B      extirpator: et add. A  
 perversus om. B      penitentiae lamenta: penitentiam SP<sup>3</sup>

Death has withdrawn this illustrious and magnificent prince Guido Guerra, count palatine, your former husband, according to the course of nature from this transitory light, so that he may merit to come to blessedness of eternal light, which we should believe and hope firmly, because he was an ever watchful guardian and perfect safeguard for all travelers, a zealous extirpator of thieves and plunderers, keeper of the peace, just with the just and perverse with the perverse, as the prophet David seemed to ordain. Moreover, towards the end he humbly and devotedly returned to a lament of penance and exercised many works of charity, which offered saving testimony for him before God.

<sup>1</sup> See **Boncompagnus** [5.1.26](#) §1.

<sup>2</sup> Psal. 17.27 (2 Reg. 22.27). See also **Boncompagnus** [3.14.1](#).

[3] "*Verumtamen, quia firmiter credidi et credo sapientiam vestram sufficientissimam esse ad exhibendum vobis et aliis consolationis remedium, idcirco post mortem domini comitis in tantum distuli altitudini vestre meas litteras destinare. Vel ideo distuli, quia cum acerbus sit dolor, debemus subtrahere medicinam et maxime, cum plaga recens sine acerbitate doloris esse non possit. Debemus etiam iuxta cursum et consuetudinem humanitatis vehementius super principum morte deflere, quoniam eorum casus absque dampno| et ruina plurimi esse non potest, presertim, cum sint bases et columpne, quibus inferiores persone in iustitia et iudicio sustentantur. Pro certo, si non exercetur in malefactores per gladios eorum severitas ultionis, cuncti sine lege viverunt et sine iure perirent."*

Verumtamen: Verum ABS      credidi et: credidia B      credo et credidi tr. SP<sup>3</sup>      Vel  
 ideo distuli om. A      subtrahere: subtraere P<sup>3</sup>      principum morte: principio mortis  
 A damno: daimo B<sup>2</sup>      plurimi: plurimum SBP<sup>3</sup>      dam|pno [[17<sup>cb</sup>](#)] P      esse:  
 omne B      bassides et colompne A      Pro certo: Profecto SP<sup>3</sup>      exercetur:  
 exerceretur SBP<sup>3</sup>      ultionis: ultiones P<sup>3</sup>      viverunt: viverent AS      iure: suo  
 add. A      perirent: perirerent R

Nevertheless, because I have firmly believed and do believe your Wisdom to be the most capable of providing a remedy of consolation for yourself and for others, therefore after the death of the lord count I deferred in so much to send a letter to your Highness. Or I thereby deferred, because when pain is acute we should withdraw medicine and especially since a recent wound cannot be without sharp pains. We ought, according to the course and custom of humanity, to bewail even more vehemently over the death of princes, since their deaths cannot occur without damage ruin of many, especially since they are the bases and columns by which lesser persons are sustained in justice and judgment. Certainly, if severity of punishment against malefactors is not exercised by means of their swords, all shall live without law and perish without rights.

[4] "*'Vehementius flere' superius dixi et non 'vehementissime,' quia nemo debet modum excedere in dolendo neque ultra debitum contristari, quia tristitia senectam vel senium ante tempus inducit. Vel ideo distuli, quia Pater Omnipotens, cui vestra*



*primogenita*<sup>1</sup> *obtulistis, fuit et est vester precipuus consolator. Filius equidem vester, illustris comes .W.,*<sup>2</sup> *est vexillifer Ihesu Christi et iam tulit crucem suam et illum sequi peroptat. Filia namque vestra domina Sophia,*<sup>3</sup> *que secundum nominis interpretationem dicitur sapientia, celesti sponso est vinculo **spiritualis** matrimonii desponsata."*

flere: fore R      superius om. P<sup>3</sup>      excedere: exercere M      contristari: tristari  
 AM    senectam vel: vel *om.*      vel: et B      ante tempus inducit *tr.* A *post*  
 tristitia      vestra primogenita: vestrum primogenitum A      vester equidem *tr.*  
 R      .W.: .G. A      tulit: tullit M      peroptat: perobtat A      domina *om.*  
 S      spiritualis: sponsualis M spirituali SP<sup>3</sup>      matrimonii: matrimonio SP<sup>3</sup>

I said above 'Bewail more vehemently', and not 'most vehemently', because no one should exceed measure in grieving, nor be saddened beyond that which is due, because sadness induces old age or senility prematurely. Or I thereby 'deferred', because the Omnipotent Father, to whom you offered your firstborn girl, was and is your special consoler. Indeed your son, the illustrious count Guido, is a standard-bearer of Jesus Christ and now bears His cross and has chosen to follow Him. Your daughter, lady Sophia, who according to the interpretation of the name is called 'wisdom', is espoused to the Heavenly Bridegroom by the bond of spiritual matrimony.

<sup>1</sup> Gualdrada had five sons and two daughters, of whom only the name of one is known, Sophia. Sophia may have been the first-born, because **Boncompagnus 5.20.2** makes clear that she was offered to the church at a young age.

<sup>2</sup> Gualdrada's son, Guido Guerra IV, took the cross in response to Innocent III's call for a crusade 12-29 April, 1213 (**Po.** 4725, **PL** 216.817-822). Among other provinces, this letter was sent to Romagna, the March of Ancona and Tuscany. See MICHELE MACCARONE "La crociata e la sua predicazione nel programma e nell'azione di Innocenzo III"; H. ROSCHER **Papst Innocenz III. und die Kreuzzüge** (Göttingen 1969); and AUGUSTO VASINA "Le crociate nel mondo emiliano-romagnolo" **AMPR**<sup>6</sup> 23 (1972) 11-44. Guido Guerra IV is not included in the lists of those taking crusader vows in J. M. POWELL **Anatomy of a Crusade (1213-1221)** (Philadelphia 1986), an improved version of the prosopographic material in REINHOLD RÖHRICHT **Studien zur Geschichte des fünften Kreuzzuges** (1891, Aalen 1968 reprint). For a letter announcing the siege of Damietta requesting imperial aid and an imperial response, see **Boncompagnus 1.1.1**.

<sup>3</sup> Cf. **Boncompagnus 5.20.2**.

[5] "*Ob quas causas Christiane fidei cultores vos reputant esse venerabilem et beatam et fructus vestri corporis benedicunt, cernentes quod primitias vestras Dominus acceptavit. Alii nempe filii vestri*<sup>1</sup> *multipliciter per Dei gratiam in temporalibus dominiis exaltantur. Unde illorum fama solempniter | crescit et fit celebris inter gentes et regna. Deus autem, qui terram palma concludit et cui celestia et terrestria famulantur, domino comiti viro quondam vestro conferre dignetur vitam et quietem perpetuo duraturam, vobis concedat omni tempore feliciter prosperari et filios vestros atque filias ita protegat et exaltet, quod ex eis et in eis habere possitis consolationem perfectam cum desiderata letitia et honore."*

et beatam: et *om.* B      primitias: primitivas S      vestri *om.* SP<sup>3</sup>      temporalibus:  
 contemperabilibus B      solempniter | [32<sup>r</sup>] A      palma A: palmo B<sup>2</sup>MS      et  
 cui: et *om.* B      terrestria: terrestria A      quondam: quodam R      quondam viro



tr. AP<sup>3</sup>duraturam: et *add.* RM

protegat et exaltet: protegant et exaltent B

For these causes, the priests (worshippers) of the Christian faith deem you to be revered and godly and they bless the fruits of your body, considering that the Lord has accepted your first-fruits. Your other sons have been extensively exalted in temporal lordships through the grace of God. Whence their fame solemnly increases, and becomes celebrated among the nations and kingdoms. God, who encloses the world in his palm and to whom celestial and earthly things are subject, who deigned to confer a life and a repose of perpetual duration on the lord count, your deceased husband, God has granted that you always prosper fortunately, and He has so protected and exalted your sons and daughters, that you might be able to have from them and in them perfect consolation with desired joy and honor.

<sup>1</sup> Ruggiero, Marcualdo, Tegrimo and Aghinolfo.

### 1.25.12 Quod non est tristibus in acerbitate doloris consolationis remedium exhibendum.

[1] Cum plaga recens dolore carere non possit, nemo debet tristibus in doloris acerbitate consolationis remedium exhibere, quia cum putat vivere, offendit. Nullus quippe medicus nisi forte in casu indigesta medicare attemptat neque postulam immaturam aperit, <??> cum sagitta. Quis etiam superhabundantes et inpetuosos aquarum decursus in ventosa pluvia potuit retinere. Cum acerbus est morbus, subtrahe medicinam, quia si temptaveris indigestum, occides. Studeas igitur paulatim mitigare dolentem et summotenus ad consolandum accede. Summa namque discretio est scire loco et tempore consolari merore afflictos.

### 1.25.13 Quod multi sancti viri super morte carorum flevisse leguntur et habuisse modum in fletu.

[1] Iacob, cum audisset, quod Ioseph esset a bestia devoratus, scidit vestimenta sua et dies multos consumavit in planctu. Ipse namque Ioseph mortem longevi patris et senectute confecti tringinta diebus| legitur deplorassee, planxit quoque David amabilem Ionathan<sup>1</sup> et lacrimatus est Jhesus super mortem Lazari.<sup>2</sup> Maria Magdalene, Maria Iacobi et Salome et altera Maria super mortem Christi flevisse leguntur.<sup>3</sup> Rachael ploravit filios suos,<sup>4</sup> Salommo iubet, ut super mortuum lacrimae producantur,<sup>5</sup> et ad luctus magis quam ad convivi<i> domum ire suadeti, quia per tristitiam vultus frequenter corrumpitur animus deliquentis. Multi etiam sancti patres lacrimas super mortuos produxisse leguntur. Ceterum pauci vel nulli sancti umquam fuerunt, qui super funeribus deplorandis non produxissent aliquando lacrimas pietatis, sed modum in planctu habebant. |

consumavit] continuavit

patris] matris

die|bus [22<sup>ra</sup>] Shabebant | [17<sup>va</sup>] P

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

### **1.25.14 Quod per immoderatam effusionem lacrimarum incipiant oculi caligare.**

[1] Ex immoderatis effusionibus lacrimarum consueverunt oculi caligare. Lacrime quidem esse dicunt melancolie superfluitates, sed cum doloris aculeus commovet ultra naturam humorem qualiter ...

### **1.25.15 Quod duplex afflictio perveniat illis, qui lacrimari non possunt.**

[1] Illi, qui lacrimari duplici afflictio ...

### **1.25.16 Quod nimium lacrimantibus et non valentibus lacrimari afflictio spiritus dominetur.**

[1] Nimium lacrimantibus non valentibus afflictio ...minus quam plus. | Quare...

plus | [\[32<sup>v</sup>\]](#) A

### **1.25.17 De temperantia sapientium super morte carorum.**

[1] Cato sapiens Romanus civis, cum audisset, quod unicus filius eius esset occisus in bello, sic respondit 'Scio, quod mortalis erat' nec alium dolorem hostendit.

[2] In quibusdam ystoriis reperitur, quod regina quedam fuit, que sapientissima reputabatur, ex eo quod cum universi de| regno super unci filii sui morte viderentur inconsolabiliter deplorare, illa sola inquit: 'Nolite flere, quia supernus figulus terrenum vas confregit et reduxit ad materiam primitivam.'

de | [\[22<sup>rb</sup>\]](#) S

[3] Item quantum Iob patientiam habuerit in amissione personarum et rerum, omnibus

manifestum esse videtur.

[4] Item filius cuiusdam regis, qui erat speciosus forma et probitate multimodita redimitus, cepit fortiter egrotare, unde pater diuturnas lacrimas producebat, sed postquam fuit mortuus, non parvam alacritatem hostendit. Interrogatus demum cur letaretur, respondit: 'Filius meus ad summi regis curiam vocabatur, cum in procinctu itineris angustias pateretur, non poterimus non dolere, sed postquam transivit vocatus, resumere debeo gaudia post dolorem.'

[5] Item filius cuiusdam satrape Babilonie iverat ad venandum, quem bestia interfecit et maiorem partem corporis devoravit et reliqua fuit patri reducta. Ille autem dixit: 'Irrationabile animal sine ratione divisit, verumtamen terre non poterit <evadere> tributum.' Nec flevit nec etiam suspiravit, unde habebatur eximius satraparum.

### **1.25.18 Quod ante mitigationem doloris non sint reducende ad memoriam virtutes et probitates defectorum.**

[1] Cum lacrimae sunt in palpebris non debet ... dolorosum. Postquam| autem procella tristitiae fuerit mitigata...

Postquam | [\[17<sup>vb</sup>\]](#) P

### **1.25.19 Quod humana conditio semper certificari desiderat de cunctis eventibus carorum, qui decedunt in patris vel provinciis alienis.**

[1] Fragilitas conditionis humane, quarumcumque sit dolore affecta, semper certificari desiderat, qualiter dilecti sui fuerint infirmati seu vulnerati vel occisi qualiterve decesserint et de omnibus eventibus certiorari peroptant. Unde orator ymaginari debet subtilius, quid sit in talibus referendum, quia multotiens in huius est rei veritas occultanda, praesertim super hiis, quae ad pudorem pertinere videntur.

[2] Si miles erat ... Si clericus vel aliquis alius litteratus, decebat in studio| vel alibi...

studio | [\[22<sup>va</sup>\]](#) S

[3] Item quaecumque ad consolationem ... non est hoc referendum, sed taliter| palliandum...

ta|liter [\[33<sup>¶</sup>\]](#) A

[4] Item...

[5] Item significari debet quomodo condiderint...

[6] Item refertur aliquando parentibus...

### 1.25.20 Qui sint, qui non indigent consolatione.

[1] Omnes, qui ad dignitates aspirunt et qui sunt electi ad primas vacaturas, non indigent consolationem pro antecessorum decessu, quoniam ipsimet erunt voluntarii occisores.

[2] Item filii, qui ad parentum vel aliorum hereditates desiderant pervenire, doloris lacrimas non producunt.

[3] Item discipuli, qui aspirant ad magisterium, de morte doctorum gaudia concipiunt non dolorem.

[4]

### 1.25.21 Quot modis mortis lacrimae proveniant.

[1] Nota, quod lacrimae quatuor modis provenire noscuntur|. Quidam enim lacrimantur ex dolore, ut parentes de obitu filiorum...alienas et mulieres que| interdum...

noscuntur | [\[18<sup>ra</sup>\]](#) P      que | [\[22<sup>vb</sup>\]](#) S

### 1.25.22 Littere, quibus leprosus miseriam suam alicui amico suo revelat.

[1] "*Utinam fecisset mater abortem antequam ...in cinerem| et cohoperiantur...*"

cinerem | [\[33<sup>v</sup>\]](#) A

### 1.25.23 Responsiva de consolatione.

[1] "*Si iudicia Dei ...mortificationis ad| eterne vite remedium...*"

ad | [\[23<sup>ra</sup>\]](#) S

### 1.25.24 Notula doctrinalis ad variandum missivam et responsivam.

[1] Variari potest missiva, si ubi dicitur 'lepre',| dicatur 'hydropisis' ...

lepre | [\[18<sup>rb</sup>\]](#) P

### 1.25.25 Responsio, que potest generaliter fieri omnibus, qui de suis miseriis conqueruntur.

[1] "*Conquestionis tue materia ...*"

### **1.25.26 De consolatione cecorum.**

[1] "*Recisio fatali capillo Sampsonis ...calore evulsi| ...*"

e|vulsi [\[34<sup>r</sup>\]](#) A

### **1.25.27 De consolatione mutilatorum.**

[1] "*Fuit tibi manus abcisa ...*"

### **1.25.28 Exordium generale de consolatione.**

[1] "*Omnis iactura, que provenit in personis vel rebus ...*"

### **1.25.29 Aliud de consimili materia.**

[1] "*Dolere posses et etiam premunio dolore ...*"

### **1.25.30 Tertium similiter de consimili materia.**

[1] "*Si esset tua conditio ...*"

### **1.25.31 Quod iacture vel miserie sepe proveniunt occulto iudicio Dei.**

[1] Si conquereris de fortuna supernis iudicis| ...

iudicis | [\[18<sup>va</sup>\]](#) P

### **1.25.32 Quod Deus frequenter punit, ut probet.**

[1] Speculator astat desuper, qui occulto iudicio per corporalem penam vult imponere culpe delinquentis modum et probare nocentem in tribulationum camino, sicut examinatur argentum.

### **1.25.33 Quod tyranni frequenter puniunt homines permissione Dei.**

[1] De tyrannorum iudicio conquereris permissione Dei et mutilatione membrorum, in quo redarguere ...

### **1.25.34 De argumento, quo probatur, quod homo non potest perdere aliqua temporalia in hoc mundo.**

[1] "*Nudus in hunc mundum intrasti sine dentibus ...contemptus./*"

contemptus | [\[23<sup>va</sup>\]](#) S

### 1.25.35 Notula de materiis inveniendis.

[1] Oratoribus relinquo hic materias infinitas, quia vix unam tetigi respectu illarum, quas obmisi.

respectu | [\[34<sup>v</sup>\]](#) A

[2] In primis possunt invenire materie de consolationibus super morte summorum pontificum, patriarcharum, archiepiscoporum, cardinalium, episcoporum, abbatum, et omnium prelatorum. Dici potest, de quibus dicendum est, quoniam fuerint vicarii Christi, magistri catholice fidei, apostolorum felicissimi successores, aurea in templo Domini candelabra, basides et columpne, patres orphanorum, et iudices viduarum.<sup>1</sup> Inferiores autem possunt dici ornamenta, architecta, parietes, et substentamenta ecclesie Dei.

<sup>1</sup> Ps. 76.6 (**Iuxta Hebr.**); see **De malo senectutis et senii** [1.1](#).

[3] Dici namque potest, quoniam extincta sunt luminari, et specula tenebrata.

[4] Item dici potest, quod consolationem possumus recipere duobus modis. Primo, quia transierunt ad patriam Paradisi. Secundo, quia successores idonei sunt electi.

[5] Item possunt invenire materie numerose super consolatione magistrorum et scolarium, qui decedunt in scolis.

[6] Item possunt inveniri materie super morte imperatorum et regum, et narrari possunt victorie triumphales, facta clarissima, labores diuturni, quos pro imperii et regnorum honore sunt passi.

[7] Verumtamen summa brevitate in huiusmodi laudibus debet uti orator, ne in consolationibus esse storiographus videatur.

[8] Item potest descensus fieri super morte imperatricum, reginarum, principum, militum, omniumque virorum ac mulierum cuiuscumque sint officii vel conditionis.

[9] Et ita per inventiones et variationes possunt consolationum remedia inveniri.

[10] Ceterum dici potest de hiis, qui habent proles, quod non sunt mortui, quoniam per ydoneos heredes vivunt.



[11] Et nota, quod de omnibus, qui decedunt, referri debet--si veraciter dici potest--quod ad lamenta penitentiae confugerunt et sacrosancti corporis et sanguinis Domini clipeo premuniti ad regna caelestia convolarunt.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.26

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.26 DE CONSUETUDINIBUS PLANGENTIUM

### | 1.26.1 Quod sit impossibile scire omnes consuetudines illorum, qui plangunt mortuos suos.

[1] Consuetudines plangentium nemo plenarie scire valeret, etiam si circumiret totum orbem terrarum, quoniam in una et eadem patria diverse consuetudines observantur.

| [\[34v\]](#) A [\[18va\]](#) P [\[23va\]](#) S | [\[18vb\]](#) P

### 1.26.2 De consuetudine, quam in plandendo mortuos Romani observant.<sup>1</sup>

[1] Romani non intelliguntur de morte alicuius dolere, nisi cum unguibus partem excoriant faciei, capillos evellant et usque ad umbilicum vel pectus vestimenta rescindant.

<sup>1</sup> See KEITH HOPKINS **Death and Renewal: Ancient Roman Mourning Customs** (Cambridge 1983). See article on "crying kings" by GERD ALTHOFF in JAN-DIRK MUELLER ed. **Auffuehrung und Schrift in Mittelalter und Frueher Neuzeit** Germanistische Symposien, Berichtsbände 17 (Stuttgart-Weimar 1996).

[2] Ducuntur etiam Rome quedam femine precio numario ad plangendum super corpora defunctorum, que computatrices vocantur ex eo, quod sub specie rithmica nobilitates divitias formas fortunas et omnes laudabiles mortuorum actus computant seriatim. Sedet| namque computatrix aut interdum recta vel interdum proclivis stat, super genua crinibus dissolutis, et incipit preconia laudum voce variabili iuxta corpus defuncti narrare. Et semper in fine clausule "*Ho*" vel "*Hy*" promit more plangentis. Et tunc omnes astantes cum ipsa flebiles voces emittunt. Sed computatrix producit lacrimas precii, non doloris.

sedet | [\[35r\]](#) A

### 1.26.3 De hiis, qui Romanos imitantur in planctu.

[1] Siculi,<sup>1</sup> Apuli, et Campani in plangendo mortuos et in ducendo computatrices observant consuetudines Romanorum.

<sup>1</sup> See SALVATORE SALOMONE-MARINO **Le reputatrici in Sicilia nell'eta di mezzo et moderna** (Palermo 1979) and Petrus de Ebulo **De rebus Siculis** XXX

[2] Illi autem vel ille, qui vel que computatrices habere non possunt, pronuntiant sicut carmina sui doloris.

#### **1.26.4 De consuetudine Grecorum.**

[1] Greci namque in planctu ex parte observant consuetudines Romanorum, et computatrices inducunt. Sed dolor tunc de vena cordis procedit, quando Grecus aliquem pilum de barba evellit. Ea siquidem ora emittuntur clamores, et multiplicatur fletus.

#### **1.26.5 De Calabritanis.**

[1] Uxor Calabritani defuncti remoto velamine non parvam capillorum quantitatem evellit, et quicumque venit ad plangendum, semel aperta manu percutit illam capitis particulam, de qua uxor ipsa ex toto capillos evulsit et dicit percutiens: "*O captiva*".

#### **1.26.6 De consuetudine Tuscorum.**

[1] In Tuscia fit excoariatio vultuum, pannorum| scissio, et evulsio capillorum.

pannorum | [\[24<sup>ra</sup>\]](#) S

#### **1.26.7 De consuetudine, quam in planctu habent Romanioli et Lombardi.**

[1] Lombardi et Romanioli clamosas voces et lacrimas paucas emittunt, et cum ipsis rumoribus catervatim ruunt super corpora defunctorum, et multos ad simulatum| planctum inducunt, qui oculos madefaciunt cum salvia vel palpebris apponunt acrumen, ut plangere videantur. Et tales taliter plangendo subrident.

simulatum | [\[19<sup>ra</sup>\]](#) P

#### **1.26.8 De consuetudine Gallicorum.**

[1] Gallici secundum suarum provinciarum diversitates diversos observant modos in planctu. Sed illi solummodo plangunt, quos urget dolor de morte carorum. Et ista consuetudo in Francie precipue observatur.

#### **1.26.9 De Yspanis.**

[1] Ispani vix lacrimas doloris effundunt nisi hoc exigant merita personarum.

#### **1.26.10 Qualiter plangunt Anglici, Boemi, Poloni, Ruteni atque Sclavi.**

[1] Anglici, Boemi, Poloni, Ruteni atque Sclavi potum suum cum fletu permiscunt donec

ebrietate sunt affecti, et ita remanent solito iocundius consolati.

### 1.26.11 De consuetudine Ungarorum.

[1] Ungari amare plangunt. Sed dolor illis adherere non potest, quia semper sunt in castris, et silvas et solitudines uenando transcurrunt.

### 1.26.12 De Sardis et Barbaris.

[1] Sardi zelotipi more venantium ictu vocis verberant aerem, quando plangunt, et Barbari tanquam lupi ululant et mulieres eorum ganniunt sicut vulpes.

### 1.26.13 Qualiter plangunt quidam Provinciales.

[1] Quidam Provinciales cantum permiscunt cum fletu, quia primitus plangunt et statim psallunt cum tynpanis sinphoniis et arpis. Et ita plangendo et psallendo mitigant consuetudine sua dolorem.

### 1.26.14 De consuetudine quorundam Saracenorum.

[1] Saraceni, qui habitant in partibus orientis, amarissime plangunt super morte carorum.

[2] Sed in partibus Affrice magis perseverant| in planctu, quoniam per aliquot dierum spacium dimittunt aperta sepulcra et qui erant dilectione coniuncti accedunt ad corpus defuncti, dicentes: "*Quid facis? Quare non surgis? Multum stetis. Quando venies? Iam est ora surgendi. Noli tardare.*"

perseverant | [\[35v\]](#) A

### 1.26.15 De felicitate sacerdotum et clericorum super planctu defunctorum.

[1] Felicia sunt agmina| sacerdotum, et clericorum caterve beate, quia cum alii flebiles voces emittunt, ipsi dulciter modulantur, cum alii gemunt, ipsi rident, et cum alii pre dolore suspirant, ipsi pre gaudio iocundantur.<sup>1</sup>

agmina | [\[24rb\]](#) S

<sup>1</sup> Bibliography on burial: BERTIL NILSSON **De sepulturis. Gravrätten i Corpus iuris canonici och i medeltida nordisk lagstiftning** Bibliotheca Theologicae Practicae. Kyrkovetenskapliga Studier 44 (Stockholm 1989) and FREDERICK S. PAXTON **Christianizing death: the creation of a ritual process in early medieval Europe** (Ithaca, NY: Cornell University Press, c1990). See also [Planctus](#).

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 1.27

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title \(2.1\)](#) -- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 1.27 DE CONSUEUDINIBUS SEPELIENTIUM

### 1.27.1 De consuetudinibus abluendi corpora mortuorum.

[1] Numerari non possunt, qui cum aqua calida, | salina et ysopo abluunt corpora mortuorum. Sed hii sine dubio vermibus escas mundificare videntur. Verumtamen prodesse noscuntur ex eo, quod fetor a circumstantibus removetur. Ceterum illi, qui vulnerati seu contusi aut suffocati vel suspensi decedunt, non lavantur. Item quidam reservant corpora usque ad alteram diem, si circa nonam aliqui moriantur. Alii vero statim post migrationem ad sepeliendum festinant, sicut quidam, qui mortuos aliquando sepeliunt cum lumine candelarum. Unde interdum aliqui fuerunt semivivi sepulti.

| [\[35v\]](#) A [\[19ra\]](#) P [\[24rb\]](#) S calida | [\[19rb\]](#) P mortuorum] defunctorum  
*Schönbach ed* salina] salvia *Schönbach ed*

### 1.27.2 De corporibus, que balsamo vel aromatibus condiuntur aut preciosis unguentur unguentis vel humectantur cum aqua salita.

[1] Ante incarnationem Christi balsamo vel aromatibus condiebantur corpora defunctorum vel ungebantur preciosis unguentis, quam consuetudinem adhuc observant Iudei. Sed Romani olim eviscerabant corpora et sepeliebant omnia intestina et cetera membra madefaciebant cum aqua valde salita. Et sic per innumerabilia tempora conservabantur illesa, sicut videri potest hodie Rome in palaciis antiquatis et iuxta Neapolim in cavernis. Teutonici autem eviscerant corpora excellentium virorum, qui moriuntur in provinciis alienis, et reliqua membra tamdiu faciunt in caldariis decoqui, donec tota caro, nervi et cartilagine ab ossibus separantur, et postmodum eadem ossa, in odorifero vino lota et aspersa pigmentis, ad patriam suam deportant.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Cf SCHUTZ **Das höfische Leben** 2.308, 469; **Zeitschrift für deutsche Philologie** 24 (1XXX) 205. Article by ELIZABETH R. BROWN in **AHR**, citations by CAROLYNE BYNUM. See also the forthcoming **Le cadavre. Antropologie, archiologie, imaginaire social (Moyen Age, Renaissance)**, a conference held [28-30 Octobre 1996](#). e-mail: [jacques.Chiffolleau@univ.lyon2.fr](mailto:jacques.Chiffolleau@univ.lyon2.fr)

### 1.27.3 De illis, qui sepeliuntur | officialibus insigniis adhornati.

[1] Summi pontifices, patriarche, archiepiscopi et episcopi cum pontificalibus indumentis pastoralibus et annulis tumulantur, et eadem consuetudo in cardinalibus, qui sunt episcopi, abbatibus, et universis ecclesiarum prelatibus et subditis, qui ferunt aliqua episcopalia insignia, observantur. Et, ut brevius comprehendam, | cuncti ecclesiarum prelati et subditi, secundum quod in divinis officiis indumenta ecclesiastica deferebant, supulture traduntur. Idem etiam fit de imperatoribus, imperatricibus,



regibus et reginis, quorum capita coronantur. Et iuxta corpora ipsorum quedam imperialia et regalia scepra ponuntur. Similis namque consuetudo in aliis principibus, viris ac mulieribus, in multis partibus observantur. Profecto licet consuetudines iste ab institutione mortalium provenire noscantur, nichilominus tamen ab humanitate discrepant et natura, quia nudi de terra sumus formati et nudi ad terram deberemus reverti. Unde solum cilicium sufficeret ad cooperiendum pudenda.

*rubr.* sepeliuntur | [\[24<sup>va</sup>\]](#) S

compre|hendam [\[36<sup>e</sup>\]](#) A

#### 1.27.4 De diversitate ponendi mortuos in sepulchris.

[1] Quidam comburebant olim corpora defunctorum et ponebant pulverem in vasis terreis undique obturatus, et postea sepeliebant ipsa vase; de quibus hodie multa inveniuntur in civitatibus et opidis olim destructis. Corpus namque Cesaris fuit combustum et pulvis positus in vase cupero et deaurato, quod est hodie in Urbe super columpnam quadratam, que propter superiorem acuitatem "*Aculea*" nominatur.<sup>1</sup> In provincia siquidem, que dicitur Cumania, si nobilis et potens decedit, arbor maxima evellit et ille, qui erat eidem sincerioris amicitie vinculo innodatus vel copulatus, vivus accipitur et ligatur et cum ipso mortuo, ubi arbor fuerat, sepelitur. Item quidam barbari anteriores partes quorundam virorum ponunt inferius et mulieres ponunt in sepulchris supinas. Item alii ponunt mortuos suos more sedentium, et alii more stantium ipsos ordinant et disponunt. Idem quidam Sarraceni faciunt lectos de bombice corporibus defunctorum et obdurant principales porros corporum, videlicet hora, nares, aures et anos.

nobilis | [\[19<sup>va</sup>\]](#) P

<sup>1</sup> Martin of Troppau **Chronicon** (MGH SS 406.26): *Statuit autem populus in foro solidam columpnam marmoream 20 prope pedum, supra quam tumulatus est; que et Julia dicta est. 100 autem dies ante mortem eius fulmen cecedit iuxta statuam eius in foro et de nomine eius super scripto C litteram capitalem abruptit.* The origin of this legend is Suetonius **Divus Julius** 85. In the **Chronicon S. Pantaleonis** (MGH SS XXX.XX) the Vatican obelisk is identified as the grave-column of Julius Caesar. For a discussion of the 'Julia' (Boncompagno's 'Aculea'), see W. HAFTMANN **Das italienische Säulenmonument** (Leipzig 1939) 65-66. See also **Gesta Romanorum** no. 97 and **Oliva** [19.5](#).

#### 1.27.5 De consuetudinibus, que post sepulchras defunctorum in quibusdam partibus observatur.

[1] Corporibus equidem tumulatis conveniunt consanguinei et amici et revertuntur ad consolandum eos, qui magis attinebant defuncto. Fiunt aliquando in quibusdam partibus colloquia, in quibus commendantur merita defunctorum et rogatur pro heredibus et relictis. Item quidem causa doloris barbas nutriunt et capillos et nigra se induunt vestimenta. Uxores autem pro morte virorum ornatus indumentorum deponunt, velate incedunt et portant succida vistimenta. Sed viri pro uxorum decessu raro insignia doloris ostendunt. Ceterum uxor Calabritani defuncti, si juvenis fuerit, sepulto viro sedere compellitur super lectum, ut spem recipiat de matrimonio contrahendo.

merita | [\[24vb\]](#) S

### 1.27.6 De diversis consuetudinibus exequiarum.

[1] Non est dubium, quod quidam in secundo die, quidam in septimo, quidem in trecesimo, quidam in sexagesimo, quidam in centesimo et quidam in anno celebrari faciunt exequias pro defunctis et tunc elemosine tribuuntur. Et in quibusdam partibus clericis et adventantibus electa cibaria preparantur. Item quidem Saraceni post corporum tumulationum secundum consuetudinem suam certis diebus faciunt super ipsos tumulos apponi cibariorum| genera delicata, que latenter postmodum indigentes manducant. In aliis equidem partibus alia consuetudo servatur, quoniam quicumque Sarracenus vel Sarracena transit iuxta sepulturam usque ad dierum spatium consuetum, unum lapillum proicit super eam, et respiciens in celum breviter orat. Item non est sub silentio pretereundum, quod in huiusmodi terminis tam Christiani quam Sarraceni consueverunt producere lacrimas pietatis.

cibariorum | [\[36v\]](#) A

### 1.27.7 De fascinationibus, que fiunt de sepulturis et corporibus occisorum.

[1] Quidam, spiritu superbie et stultitie inflammati, aut abscondunt corpora occisorum vel sepulta custodiunt per spatium novem dierum, timentes ne super sepulturas offas comedant occisores, quia vulgo dicitur, quod postea non valerent iniuriam vindicare. Mulieres autem de interfectorum et suspensorum indumentis et torquibus fascinationes multas exercent.

### 1.27.8 De tumulorum ornamentis.<sup>1</sup>

[1] Sepulchra sublimum personarum et sapientissimorum virorum frequenter sicut thalami adornantur. Fiunt super eis architecta lapidea, colorum diversitatibus redimmita. Fiunt etiam epitaphia, dictantur carmina, quibus posteris ad memoriam reducuntur magnitudines et merita defunctorum, et semper in fine fit mentio de contemptu mundi et pinguntur equidem imagines Deitatis vel beate Virginis aut sanctorum vel sanctuarum, ad quorum vel quarum honorem ecclesia sunt constructe. Depingitur etiam, | quomodo angeli vel sancti virorum mortuorum animas divine maiestati presentant. Sed olim fiebant sculpture| mirabiles in marmoribus electissimis cum litteris punctatis, quas hodie plenarie legere vel intelligere non valemus. In Grecia nempe quorundam imperatorum sepulcra fuerunt ex auro purissimo et pretiosis lapidibus exornata. Sarraceni vero sepulcrum Mahumeti,<sup>2</sup> qui dedit eis legem erroris, est de ferro adamantino, quod eorum satrape in maxime civitate, que dicitur Mech, inenarrabili artificio et occultissimis proportionibus taliter collocarunt, quod semper in aere manet sine visibili sustentamento suspensum. Item populus Romanus sepulcrum Iohannis Capozie nuper<sup>3</sup> in capitolio mirabili opere construxit. Demum est notandum, quod quinque sunt, que posteros ad faciendam exornationem sepulcrorum inducunt: consuetudo, devotio, dilectio, merita personarum et inanis glorie appetitus.

etiam | [\[19vb\]](#) P      sculptu|re [\[25ra\]](#) S

<sup>1</sup> See INGO HERKLOTZ **Sepulcra e Monumenta del Medioevo. Studi sull'arte sepolcrale in Italia** (Rome 1985)    <sup>2</sup> **Rhetorica novissima** 235b    <sup>3</sup> See below, **Boncompagnus** [6.10.1](#), [6.10.3](#) and **Codice diplomatico del Senato romano dal MCXLIV al MCCCXLVII** ed. FRANCO BARTOLONI (Rome 1948-) = **Fonti per la storia d'Italia pubblicate dall'Istituto storico italiano per il Medio Evo** 87 and works of JÜRGEN PETERSOHN.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 2.1

[Table of Contents](#) -- [Previous title \(1.27\)](#) -- [Next title-- Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 2.1. DE PROMOTIONIBUS

### 2.1.1. Quomodo summus pontifex promotionem suam significat, et antecessoris sui decessum.<sup>1</sup>

[1] "*Superne dispositio maiestatis, que orbem terrarum celesti consilio moderatur,<sup>2</sup> sacrosanctam Romanam ecclesiam ab ipso fidei primordio caput ecclesiarum omnium instituit et magistram, ordinans in ea fidei orthodoxe ministrum, iuris et iustitie plantatorem, qui vice Petri gerat in terris, ligandi atque solvendi habeat potestatem, gladium obtineat spiritualem| sicque lapis angularis, per quem saxa et parietes diversarum heresum confringantur.*"

| [\[36v\]](#) A [\[19vb\]](#) P [\[25ra\]](#) S orthodoxe] orthodoxae MARTENE-DURAND spiritualem |  
[\[37r\]](#) A

1

This encyclical announcing the election of pope Honorius III was calendared by POTTHAST as no. 5321, drawn without date from E. MARTENE and U. DURAND **Thesaurus novus anecdotorum** (Paris 1717) I.851-852. MARTENE-DURAND head the letter with a conventional salutation (*Honorius episcopus, servus servorum Dei*, etc.), and they cite as their source "ms. S. Illidii Claramontani" (S. Allyre, Clermont-Ferrand), as they do also with the next two letters, 852-853, which are identical with **Boncompagnus 3.1.4-5**. Aside from minor classicizing ('ae' or 'oe' for 'e', etc.), MARTENE-DURAND's text diverges only slightly from the above-given text (see apparatus below). Collation eliminates P (BN lat. 7732) and X (BN lat 8654) as the manuscript used by MARTENE-DURAND. Collate the MARTENE-DURAND text against Paris, BN lat. 7731 and check catalogue of the Bibl. comm. at Clermont-Ferrand. The monastery of S. Allyre belonged to the Maurist convent of Benedictines. Cf. H.R. PHILIPPEAU **Repertoire géographique et bibliographique des sources de Edmond Martene** (Paris, typescript [in the BN?], 1967), U. BERLIERE ed. **Nouveau supplément a l'Histoire littéraire de la Congregation de Saint-Maur, Notes de Henry Wilhelm** 2 vols. (Paris 1908-1933), J. DAOUST **Dom Martene, un geant de l'erudition benedictine...** (Saint-Wandrille 1947), R.P. TASSIN **Histoire littéraire de la Congregation de Saint-Maur** (Bruxelles-Paris 1770), E. MARTENE and U. DURAND **Voyage littéraire de deux religieux benedictins de la Congregation de Saint-Maur** (Paris, 1717 and 1724).

<sup>2</sup> This arenga begins with *Diktat* like that found in imperial diplomas, i.e. **DF.I.812**: *Superna maiestas idcirco nos ad terrenum regnum constituit, ut per piam ipsius administrationem eternam consequi mereamur retributionem* (but note: written and composed by the recipient cloister of Pforta). Cf. **Arengenverzeichniss** XXX. Although the wording is different, the arenga of Innocent III's *Wahlanzeige* ("*Ineffabilis sapientia Conditoris*") bears a similar thought. Cf. the *Walhanzeige* of Gregory IX, "*Alto illius qui*" (HUIILLARD-BREHOLLES **Historia diplomatica Frederici II** 3.1).

[2] "*Sane hic dicitur luminare maius, quod ad illuminationem gentium et gloriam Christiane plebis mundo noscitur preeminere.*"

[3] "*Super hanc equidem eminentioris ecclesie speculam<sup>1</sup> constituit Dominus*

*venerabilis memorie Innocentium episcopum tertium, qui per vite merita et sapientie magnitudine 'Innocentius' meruit appellari, ut significatio nominis regularem consequeretur effectum.<sup>2</sup> Unde fecit illum crescere in plebem suam et testamentum gratie contulit ei plenioris, quoniam ecclesia Greca, que spretis azimis veritatis in fermento sacrificare veteri presumebat, sub alas ecclesie Romane reduxit, et hodie sibi tamquam specialis filia famulatur."*

tertium] III MARTENE-DURAND gratie contulit ei] ei contulit gratiae tr. MARTENE-DURAND

1

Cf *Super specula*, Po. 6165, **Liber Extra** 5.5.5 (FRIEDBERG ed. 770, see also pp. 660, 868)) and formula 16 **Die Registrum Innocenz III** 2.xxxiv (Vienna 1979). On the decretal, see STEPHAN KUTTNER "Papst Honorius III. und das Studium des Zivilrechts" in **Festschrift M. Wolf** (Tübingen 1952) 79-101 (reprinted in XXX).

<sup>2</sup> FRIEDRICH KRÄMER "Ueber die Anfänge und Beweggründe der Papstnamenänderungen im Mittelalter" **Römische Quartalschrift** 51 (1956) 148-188. See also the beginning of Geoffrey of Vinsauf **Poetria nova** and Boncompagno XXX.

[4] "*Verum quia mortalis erat et sententiam mortis evadere| non poterat temporalis, idcirco se armis penitentie premunuit, optans dissolvi et esse cum Christo, in quo et per quem vivere volebat et mori, sicque de via transivit ad patriam, et de hec ergastulo carnis translatus est ad consortia beatorum cum quibus regnabit corona inenarrabilis glorie coronatus."*

eva|dere [25<sup>rb</sup>] S premunuit] praemunivit MARTENE-DURAND premuniii~ P hec??]  
hoc MARTENE-DURAND P carnis *codd.* MARTENE-DURAND carceris PB inenarrabilis  
*codd.*] **immaccessibilis** XPB **immaccessibilis** MARTENE-DURAND

[5] "*Et licet non dubitemus esse sanctum, quem apex tante dignitatis attollit, nichilominus tamen omnipotentis clementiam imploremus, ut si aliquid veniale sibi| de contagiis humane fragilitatis inhesit, dono sue pietatis indulgeat et abstergat, et filium recipiat inter ubera sponso celestis, quem patrem in terris constituerat et doctorem."*

tamen om. MARTENE-DURAND sibi | [20<sup>ra</sup>] P

[6] "*Ipsius demum venerabili corpore secundum celebrum consuetudinem tumultato, universi cardinales unanimiter convenerunt, ut de substituendo pastore tractarent. Cumque omnium et singulorum voluntates essent diligentius requisite, in nos vota omnium convenerunt et ita pari voto et unanimi concordia de parte sollicitudinis vocaverunt nos in plenitudinem potestatis.<sup>1</sup> Nec tamen contradicere potuimus nec etiam reluctari nostram insufficientiam, allegantes ut non compelleremur subire pondus officii pastoralis, quod volebamus libentius evitare."*

reluctari] reluctare MARTENE-DURAND

1

For this pair, see **Die Register Innocenz III**.XXX. For Boncompagno's usage of *in plenitudinem potestatis*: **Boncompagnus** [1.25.5](#), [3.14.5](#), [5.23.1](#); of *in partem sollicitudinis*: **Boncompagnus** [3.18.2](#), [5.1.2](#), [5.1.39](#); of both together: **Oliva** [1.8](#), **Boncompagnus** [3.16.16](#).



[7] "*Cum itaque tante dignitatis et honoris honus absque vestrarum orationum suffragiis ferre nostri humeri non valerent. Universitatem vestram rogamus in Domino et monemus, quatinus Conditoris omnium clementiam exoretis, quod nobis de munere sue gratie conferre dignetur, ut temone fidei et anchora iustitiae principis apostolorum naviculam gubernemus.*"<sup>1</sup>

honus *codd.*] onus MARTENE-DURAND *om.* X sue gratie] gratie sue *tr.* MARTENE-DURAND gubernemus] etc. *add.* MARTENE-DURAND

<sup>1</sup> According to POTTHAST, aside from "Supernae dispositio maiestatis", genuine *Wahlanzeigen* for pope Honorius III were sent only to the king of Jerusalem (**Po.** 5317), to metropolitans of Sweden ((25 July, **Po.** 5318, LILJEGREN **Svenskt dipl.** 1.184 no. 159, "Magnus Dominus et") and Norway (25 July, **Po.** 5319, LANGE **Diplom. Norveg.** 1.1.2, "Magnus Dominus et") and the province of Bremen (25 July, **Po.** 5320, LAPPENBERG **Hamburg. UB** 1.351 no. 399, "Magnus Dominus et"). See JANE SAYERS **Honorius III and England**, PRESSUTTI. The text of the letter to the king of Jerusalem, as printed in **Annales Ecclesiastici** 20.355:

"*Magnus Dominus et laudabilis nimis <...>*"

"*Felicis recordationis Innocentio papa predecessore nostro septimodecimo kal. Augusti, soluto debito carnis, ad regionem sanctorum spirituum, ut credimus, evocato, et sequenti die celebratis exequiis, ac cum honore debito collocato ipsius corpore in sepulchro; una cum fratribus nostris ad eligendum convenimus successorem; et die tertio Spiritus sancti gratia invocata, super hoc tractavimus diligenter, et post tractatum diutinum placuit fratribus universis humeris nostris quamvis insufficientibus imponere onus istud.*"

"*Et licet in primis duxerimus resistendum ne tamen videremur vocationi divinae resistere, submisimus humeros ad portandum, sperantes in eo, qui linguas infantium facit disertas, quod ipse, qui vota fratrum aspirando prevenit, prosequetur etiam adiuvando. Fiduciam enim talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed nostra sufficientia est ex Deo, qui nos ad suum ministerium evocavit. Non ergo propter obitum prefati predecessoris nostri consternatur cor tuum, neque formidet; quasi propter hoc Terre Sancte impediatur succursus, quoniam etsi illius sufficientie nostra videatur inferior; ad liberationem tamen ipsius votis non minoribus aspiramus; quibus ipse Dominus, qui sperantes in se nullatenus deserit, effectum tribuat et profectum: ut quod possibilitas nostra non obtinet, eius nobis gratia largiatur. Serenitatem igitur regiam rogamus attentius, et monemus, et exhortamur in Domino, quatenus de gratie nostre favore securus, utpote qui ad subventionem terre ipsius tota intendimus voluntate, conforteris in Domino, et in potentia virtutis ipsius, ad conservationem terre intendens viriliter et prudenter, preliaturus prelia Domini, cum tempus advenerit opportunum, et ob hoc recepturus ab eo gratiam in presenti, et gloriam in futuro.*"

"*Dat. Perusii VIII. kal. Aug. pont. nostri anno primo.*"

In **Annales Ecclesiastici** 20.355-356, RAYNALDUS says that a similar letter exhorting to crusade was also sent to bishops of France, and he quotes part of this:

"*Universitatem vestram rogamus attentius, et monemus, et exhortamur in Domino, quatenus insufficientiam nostram apud eum, qui dat omnibus affluenter et non improperat, orationibus adiuvetis, et circa commissam nobis Dominici gregis curam diligenter et utiliter vigilantes, nostrum satagitis humiliter supplere defectum, et iniunctam nobis pastoralis oneris gravitatem vigilantibus studio comportetis, et in ecclesiastica unitate, **obedientia, et devotione Apostolica sedis, quibus hactenus ecclesia Gallicana inter ceteras potissimum floruit, et fructificavit suavitate odoris, sicut ager plenus, cui benedixit Dominus, firmiter persistentes, ad ea que pacis sunt impendatis studium diligens, et operam efficacem.***"

According to RAYNALDUS, there is written in the papal register a catalogue of patriarchs, archbishops,



bishops and abbots, to whom nearly the same words were sent. Variant letters of the same theme were sent to the Constantinople emperor, to the king of Sicily and emperor-designate, to the dukes of Poland and to other individual kings and princes. These letters were sent in August, at Perugia, before he left for Rome. POTTHAST gives no such letters, although affixed to a letter to duke Odo of Burgundy exhorting him to crusade (7 August, **Po.** 5325, BOUQUET ed. Rec. 19.610, "Illa conditoris immensitas") is a catalogue of counts, archbishops and bishops who received such a letter. All these had sworn a crusader oath. Some of the wording of the *Wahlanzeige* to the metropolitan of Sweden, as judged by POTTHAST's summary, seems similar to the above-quoted passage from RAYNALDUS (see boldface words above in *Universitatem vestram...*). See WAHLANZG.DOC

### 2.1.2. Alie de consimili materia.

[1] *"Postquam Dei et hominum Mediator felicitis memorie Innocentium episcopum tertium ex hoc mundo ad celestem patriam evocavit,<sup>1</sup> convenerunt universi cardinales, ut de substituendo pastore tractarent. Cum autem venerabilibus fratribus nostris Hostensiensi et Prenestine episcopis eligendi fuisset potestas ab universitate concessa, nostris humeris pallium apostolicum imposuerunt, cogendo nos subire onus, quod evitare libentius optabamus."*

universitate] humilitate P

<sup>1</sup> July 1216.

[2] *"Sic enim antecessoris nostri decessum et promotionem nostram universitati vestre intimare tenemur, rogantes vos in Domino et monentes, quatinus ipsius| animam et nostram insufficientiam piis orationibus taliter adiuvetis, ut si aliqua ei macula contagiis terrenis inhesit, per vestrarum orationum suffragia diluatur, et nos Petri naviculam possimus cum| temone fidei et anchora iustitie gubernare."*

ipsius | [37<sup>v</sup>] A      cum | [25<sup>va</sup>] S

### 2.1.3. De admonitione pape ad illum, qui est in imperatorem electus.

[1] *"Ad apicem imperialis dignitatis electus, sacrosanctam Romanam ecclesiam, a qua robor tue confirmationis expectas, debes et teneris pre omnibus revereri ac ipsam ab omnium pravorum incuribus defensare. Causas pauperum, viduarum et orphanorum sollicitus audies, et isto iudicio iudicabis, ut vides celestis te prosperis sucessibus ad imperialem coronam producat et concedat excellentie tue recipere de mensa Domini potestatem gladii temporalis, quo Romano imperio subdas barbaras nationes et merito ferri punias instrumento, quia sicut nobis pagina divina ostendit et venerabilium doctorum expositio Spiritu Sancto dictante demonstrat, gladio temporali iubetur quod deserviat spirituali, et ipsius auctoritate scindat hereticos et errores, qui per gladium spiritualis, quod est verbum Dei, castigari non possunt. Nos autem de promotione tua in Domino congaudemus et letamur sicut de filio, quem specialem defensorem et ecclesie Romane vicarium reputamus. Unde nostra patrocina serenitati tue in sinceritate| cordis et fide sincera spondemus, rogantes iugiter clementia Redemptoris,*

*quatinus temporali corona sic te frui permittat, quod eternam valeas promereri."*

sinceritate | [\[20<sup>rb</sup>\]](#) P

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 2.2

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 2.2 DE EXCOMMUNICATIONIBUS

#### 2.2.1. Excommunicat papa<sup>1</sup> imperatorem<sup>2</sup> propter usurpationem.

[1] "*Cum Rachele plangimus filium nec possumus consolari, quia non est in numero fidelium et redire contempnit ad fidei catholice unitatem. Unde monemur non immerito et turbamur, quoniam lapis, quem ereximus in caput anguli et titulum favoralem, in petram scandali est conversus, et de mensa Domini cecidit gladius temporalis, et convertit se ad transfigendum viscera sacrosancte matris ecclesie, que illum suis uberibus educavit. Sitit quidem non solum, que sunt Cesaris, sed que sunt Dei, et per antecessorum suorum largitionem ecclesie Romane concessa, religione iuramenti sepius violata, sibi temere nititur vindicare, sicque contra stimulum calcitrare molitur, non reducens ad memoriam, qualiter felicitatis recordationis Alexander tertius dorsum Federici quondam imperatoris calcauit, dicens 'Ambulo super aspidem et| basiliscum et rugientem conculco leonem.'*"

| [\[37v\]](#) A [\[20rb\]](#) P [\[25va\]](#) S et | [\[25vb\]](#) S

<sup>1</sup> Innocent III, pope (1198-1216). <sup>2</sup> Otto IV, emperor (12XXX-12XXX). Final warning in November, 1210 to Otto IV: **Po.** 4133 "*Quamvis ad regimen*", ed. MONE **Anzeiger**, (1838) 346; with many mistakes ed. HAHN **Coll. monum.** 1.149). Letter sent announcing Otto's excommunication to the princes of Germany in April 1211: **Po.** 4213 "*Insolentiam et nequitiam*", ed. **Notices et extraits** 2 (1789) 284; BÖHMER **Acta imperii** 2.630 no. 921. OTHMAR HAGENEDER has written several articles on the excommunication of Otto IV.

[2] "*Ad denunciandum igitur per orbem terrarum, quomodo sit excommunicationis et anathematis vinculo inodatus dilectum filium .I.<sup>1</sup> subdiaconum nostrum ad partes vestras duximus destinandum, universitati vestre districte precipiendo mandantes, quatinus ei tam in rebus oportunis quam in securitate itineris, sicut expedit, providere curetis et excommunicationem a nobis factam publice ac sollempniter denuntiare minime obmittatis.*"

<sup>1</sup>See **RNI** 17 (KEMPF ed. 44.10)

#### 2.2.2. Excommunicat papa regem propter adulterium.

[1] "*De Zion exivit lex et verbum Domini de Iheruselem. Unde, si Sacre Terre princeps reliqueretur pro suis excessibus impunitus, barbare nationes professores| nominis Christiani viderentur habere in suo gentilitatis errore consortes, quare infinitis preberetur materia malignandi. Ideoque regem Tyronensem,<sup>1</sup> qui uxorem principis Antiochie contra inhibitionem ecclesie noscitur detinere, sciatis a nobis in Parasceve*

*Domini excommunicationis fuisse vinculo inodatum, quam excommunicationem per singulas ecclesias regni Tyronensis tamdiu denunciari mandamus, donec memoratus rex uxorem detinuerit alienam et se reconciliare studuerit ecclesiastice unitati."*

professores [\[38\]](#) A

<sup>1</sup>This letter mixes elements of two different historical situations. One situation, which took place in 1197-98, involves Isabel I, queen of Jerusalem, Aimery of Lusignan king of Cyprus and Haymar Monachus, patriarch of Jerusalem (1197-1202). The other situation, which took place in 1181, involves prince Bohemund III of Antioch (1163-1201) and his wife Theodora Comeni, and the patriarch of Antioch, Aimery of Limoges (1140-1193). In the first case, which is the primary matter of this letter, rather than pope Innocent III threatening excommunication, he rebuked the patriarch of Jerusalem for doing so (Po. 501, 23 Dec. 1198, **PL** 214.477-478). Apparently the patriarch considered Isabel's marriage to Aimery invalid because she had not divorced her first husband, Humphrey IV of Toron. However, it is possible that the pope's mind changed, because in 1200 a papal legate, Robert, cardinal priest of S. Stephan in Coelio, did take the patriarch's view that the annulment procured in 1190 was invalid (**PL** 216.980-981). See below, [3.13.3](#), [3.14.2](#). and **Oliva** 37 [note 291](#).

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 2.3

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 2.3 DE COMMISSIONIBUS

#### 2.3.1 De electionibus.

[1] "*Transmissa nobis conquestione dilecti filii nostri plebani sancti Gervasii accepimus, quod cum ab eiusdem ecclesie canonicis fuisset in plebanum electus et obedientiam ab universis prout exigit ordo canonicus recepisset, quidam ex eis non permittunt eum in pace solita permanere, dicentes quod electioni eius nullomodo conscenserunt. Ideoque| fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partes ante tuam presentiam convoces et auditis, que hinc inde proposita fuerint causam appellatione remota, non differas fine debito terminare.*"

| [\[38r\]](#) A [\[20rb\]](#) P [\[25vb\]](#) S

Ideoq̄ue | [\[20va\]](#) P

fraternitate tue *tr.* P post mandamus

#### 2.3.2 De restitutionibus.

[1] "*Transmissa nobis conquestio dilecti filii nostri archipresbyteri sancti Stephani patefecit, quod officio et beneficio ecclesiastico episcopus Ymolensis eum privavit, non defferens appellationi, quam ad sedem apostolicam dicitur permississe. Verum quia spoliati contra rationem ipso iure debent restitutionis| beneficium obtinere, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsum in officio et beneficio nullius appellatione obstante restiturerere minime postponatis.*"

restitutionis | [\[26ra\]](#) S

#### 2.3.3 De decimis.

[1] "*Dilectus filius noster .I. abbas de Marmoreto<sup>1</sup> et .L. syndicus abbatie de Fonteviva ad nostram presentiam pro causa, que inter eos vertitur super quibusdam decimis novalium, accesserunt, quas utrumque monasterium sibi vindicare contendit. Quoniam igitur nobis non poterat de huius rei veritate constare causam, que super ipsis decimis inter eos agitari dignoscitur, discretioni tue duximus committendam per apostolica scripta, mandantes quatinus partibus ante tuam presentiam convocatis, sublato appellationis diffugio de huius rei veritate cognoscas, et illi parti, cui deberi videris, prescriptas decimas contradictione cessante assignes. Siquidem vero partium legitime citata presentiam tuam adire contempserit, nisi manifestum impedimentum obstiterit, nichilominus, quantum de iure poteris, procedas in causa.*"

<sup>1</sup> Marmoutier

#### 2.3.4 De parochiis.

[1] "*Ex conquestione filie nostre abatisse ac monalium sancte Iuliane accepimus, quod abbas et monachi de Leno magnam partem ipsarum parrochie invadentes contra iustitiam detinere presumunt. Nolentes igitur in patientia sustinere, ut eadem abatissima et sorores eius sui iuris sustineant detrimentum, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus, cum propter hoc fueritis requisiti, partes ad vestram presentiam convocantes prenominatum abbatem et monachos solícite moneatis, quatinus aut partem prefate parrochie, quam contra iustitiam invasisse dicuntur, memoratis abatisse atque sororibus absque mora et difficultate restituant et in pace dimittant vel sub vestre discretionis examine secundum iustitiam non desinant respondere.*" |

de Leno B (= Bern, Burgerbibliothek 322, fol. 124<sup>va</sup>) M (Munich clm 23499 fol. 18<sup>va</sup>): de tali loco X lectio de P (= Paris, BN lat 7732, fol. 20<sup>va</sup>)      respondere | [\[38<sup>v</sup>\]](#) A

### 2.3.5 De sepulturis.

[1] "*Conquesti sunt nobis dilecti filii prior et fratres sancte Marie de Reno, quod archidiaconus et canonici maioris ecclesie Bononiensis sepulturas, que suis ecclesiis ex consuetudine antiqua debentur, eisdem per dolosas machinationes subtrahere presumpserunt. Quia igitur non pati possumus nec debemus ipsorum iura diminui vel aliquorum presumptione turbari, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus prefatum archidiaconum et canonicas studiosas moneas et inducas, quod dictas sepulturas supradictis fratribus et ecclesiis suis subtrahere| non presumant et de subtractis satisfactionem exhibeant competentem vel exinde secum amicabiliter et pacifice convenire procurent ac coram te ipsos per ecclesiasticam censuram compellas iuris equitati parere.*" |

parere | [\[20<sup>vb</sup>\]](#) P      sub|trahere [\[26<sup>rb</sup>\]](#) S

### 2.3.6 De matrimoniis.

[1] "*Super matrimonio inter dilectum filium nostrum .H. comitem palatinum et .B. filiam ducis Austrie ad nos questio est prolata, quod cum in quarto et in quinto consanguinitatis gradu sese attingere dicerentur et quidam consanguinei predicti comitis coram venerabili fratre nostro Maguntino archiepiscopo parati essent ostendere, altera pars id omnino inficiens et proponens illos non zelo iustitie, sed, ut scandali materiam seminarent et illustrem in Christo filium nostrum regem Ungarorum contra ducem inducant matrimonium, illud impetere ad nostram presentiam audientiam appellavit. Nos igitur de prudentia vestra plurimum confidentes cognitionem huius negotii experientie vestre duximus comittendam. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus etc.*"

Austrie] certo *add.* MB      prolata] perlata MBP

### 2.3.7 De usuris.



[1] "*Bernardus filius quondam nobilis viri .A. sua nobis conquestione monstravit, quod cum a nobis receptis in mandatis, ut parrochianos tuos, quibus usuras exsolverat, ad reddendum eas debita pena compelleres, nullum adhuc de mandatis apostolicis commodum reportavit. Ideoque fraternitati tue per presentia scripta mandamus, quatinus iuxta tenorem priorum litterarum contra usurarios illos procedere non postponas.*"

### 2.3.8 De symonia.

[1] "*Infamen infamia Sacrariensis<sup>1</sup> abbatis nostris auribus fama publica instillavit, unde ad cotem iustitie vehementius disposuimus acuere gladium spiritalem, ne ad incentivum delinquendi rigor pene lentescat.*"

<sup>1</sup>Camaldolese monastery of S. Trinita di Sacraria (IP 10.440-442).

[2] "*Intelleximus equidem, quod cum bone memorie .B.<sup>1</sup> Turrensis archiepiscopus esset in summo articulo constitutus, memoratus abbas provincie presidem et quosdam canonicos maioris ecclesie pecunia incitavit, ut post illius decessum in archiepiscopum vocaretur, quod post illius obitum fuit iuxta suum enorme desiderium ad impletum. Nunc autem venerabiliis frater noster Gisarchiensis<sup>2</sup> episcopus ad nos latenter accessit et ipsum electum de symonie crimine accusare non cessat. Verum quoniam horrendum et detestabile crimen de domo Domini radiciter extirpere tenemur, fraternitati vestre per apostoliva scripta precipiendo mandamus, quatinus rei veritate diligentius inquiratis, et si per vicine famam et idoneos testes vobis electionem taliter factam fuisse constiterit, sublato| appellationis remedio in eum depositionis sententiam auctoritate apostolica debeas promulgare, et symoniaca labe infectum ad nos cum tuis litteris dirigatis, ut ad terrorem pnnium ipsum apud Sanctam Trinitatem de Cava<sup>3</sup> incaveari et recludi perpetuo faciamus.*"

sub|lato [\[26<sup>va</sup>\]](#) S

<sup>1</sup> Biagius, archbishop of Torres (1198-1218).    <sup>2</sup> Bisarcio.    <sup>3</sup> La Cava, where numerous deposed anti-popes had been relegated after their submissions. See below, [5.22.2](#).

### 2.3.9 De possessionibus.

[1] "*Postquam divina potentia Constantinopolitanum imperium tradidit in manibus Latinorum, multi ecclesiarum ... Verum| quia ... per Grecos et Latinos qui ecclesiasticam| diligunt libertatem...*"

Verum | [\[39<sup>r</sup>\]](#) A      ecclesiasticam | [\[21<sup>ra</sup>\]](#) P

### 2.3.10 De quibusdam generalitibus, que ponuntur in litteris commissionum.

[1] Ad petitionem, qui huiusmodi commissiones impetrant, ponuntur quedam generalia dicendorum, videlicet "*Testes autem, qui fuerunt nominati*" etc.

[2] Item "*Nullis litteris veritati et iustitiae preiudicantibus a sede apostolica imprecatis.*"

[3] Item "*Si unus vestrum nequiverit interesse, duo nichilominus exequerantur.*" Item "*Tu fratre episcopo cum altero eorum.*"

[4] Ista quidem et fere omnes forme commissionum non dictantur, sed recitantur velud psalmi aut tabellionum instrumenta, in quibus tantummodo nomina permutantur.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 2.4

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 2.4 DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS CONFERENDIS

#### 2.4.1 De litteris rogatoriis.

[1] *"Ordo rerum exigit et debitum officii nostri requirit, ut singulorum debeamus merita intueri et cuilibet prout convenit providere."*

| [\[39r\]](#) A [\[21ra\]](#) P [\[26va\]](#) S

[2] *"Inde est, quod dilectum magistrum .R., quem honestas morum et litteratura dignum esse commendatione, vestro duximus| collegio sociare. Quocirca discretionem vestram rogamus attentius, quatinus ob reverentiam beati Petri et nostram in ecclesia nostra sibi locum et prebendam assignare curetis."*

du|ximus [\[26vb\]](#) S

#### 2.4.2 De litteris mandatoriis.

[1] *"Si bene meminimus, apostolicas litteras iam semel vobis direximus, rogantes ut dilecto filio magistro .R. deberetis ..."*

#### 2.4.3 De litteris preceptoris et comminatoriis.

[1] *"Sine ammiratione non possimus et commotione referre, quod scripto mandato apostolico magistrum .R. in ..."*

#### 2.4.4 De litteris executoriis.

[1] *"Presentibus tibi litteris innotescat, quod primo archidiaconum et canonicos rogavimus, secundo eisdem mandavimus, et tertio <....> ut dilectum filium| magistrum .R. ...contempserunt.| Eapropter fraternitati tue..."*

filium | [\[21rb\]](#) P      contempserunt | [\[39v\]](#) A

#### 2.4.5 De litteris preceptoris et comminatoriis ac executoriis, quas papa pro suo nepote transmittit.

[1] *"Cum sciamus Dei et hominum Mediatorem ex vite merito et consanguinitatis linea Iohannem apostolum pre ceteris dilexisse, propensiori enim debemus nobis carnis connatione adiunctos diligere illisque grata subsidia ministrare."*

[2] "*Volentes igitur dilecto nepoti nostro .S., quem tamquam alteram nostri corporis partem diligimus, prout convenit, providere, fraternitati tue per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus ob sedis apostolice reverentiam et nostram ducentarum| marcharum prebendam, que nunc in ecclesia tua vacare dignoscitur sibi assignare procures, sciens quod nostram ex hoc gratiam plenius promereberis et petitiones tuas efficaciter admitteremus. Alioquin venerabili fratri nostro Eboracensi archiepiscopo districtius dedimus in mandatis, ut re id facere appellatione remota compellat.*"

ducentarum | [\[27<sup>ra</sup>\]](#) S

#### **2.4.6 De litteris, que fiunt pro annualibus prebendis.**

[1] "*Cum opus contineat pietatis et salutem respiciat animarum scolasticis viris, qui pro captanda litterarum scientia iugiter elaborant, grata subsidia ministrare, vestram presentibus litteris discretionem rogamus, quatinus dilecto filio .I.<sup>1</sup> Romano clerico studenti Bononiam in .XX. corribus frumenti et totidem vini curetis, donec in scolis fuerit, providere.*"

[2] Ad executionem horum negotiorum et consilium tres littere superius posite adaptari possunt, dummodo regulari ordine varientur.

<sup>1</sup>See below, [3.20.20](#).

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 2.5

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title \(3.1\)](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 2.5 DE COMMENDATIONIBUS<sup>1</sup> QUAS PAPA FACIT PRO SUIS DILECTIS

#### 2.5.1 Littere, que fiunt pro illis, qui in legatione mittuntur.

[1] "*Cum Sacre Scripture stilus nobis aperte demonstrat Christum Dei filium et apostolum eius Petrum apostolorum principem atque vas electionis Paulum ad predicandum populos et regendum per singulas provincias fideles direxisse ministros, nos, qui permittente Domino in apostulatus cathedra residemus, et ex officio nobis iniuncto cogimur de salute omnium manere solliciti et eorum debemus vestigia promptius imitari.*"

| [\[39v\]](#) A   [\[21<sup>rb</sup>\]](#) P   [\[27<sup>ra</sup>\]](#) S

<sup>1</sup> HANNAH COTTON **Documentary letters of recommendation in Latin from the Roman Empire** (Konigstein/Ts. : Hain, 1981) Beitrage zur klassischen Philologie ; Heft 132.

[2] "*Inde est, quod venerabile fratrem nostrum episcopum Albanensem nostrum legatum in toto regno Francie ordinamus, ei potestatem liberam conferentes, ut plantet, hedificet, evellat et destruat, prout viderit expedire.*"

#### 2.5.2 Littere, que fiunt contra episcopum, qui legatos minus honeste recipit.

[1] "*Cum scias quartam sedi apostolice reverentiam impendere ...contempsisti| pro quo ...*"

contempsisti | [\[21<sup>va</sup>\]](#) P

#### 2.5.3 Commendat| papa suum consanguineum aliquibus.

[1] "*Cum universos viros ecclesiasticos karitate sincera diligere debeamus et paterna mansuetudine confovere,| illis tamen specialem gratiam et favorem exhibere tenemur et apostolice tuitionis presidium exhibere, qui nobis consanguinitatis linea coniuncti esse noscuntur. Hac itaque karitate inducti dilectum filium nostrum .H. basilice principis apostolorum canonicum, quem ratione sanguinis quomodo nos contingit et intuitu devotionis et fidei sue sincero cordis affectu diligimus et carum acceptumque tenemus, vobis attentius commendamus, rogantes pariter et monentes quod eum benigne recipere velitis et honeste tractre, ita quod sinceritati vestre multimodas agere gratias teneamur, cum sibi apud vos nostra rogamina extitisse intellexerimus fructuosa.*"

*rubr.* Commendat | [\[27<sup>rb</sup>\]](#) S mansuetudine Berlin Siena] consuetudine  
Athens .H. Berlin] .R. Siena ?? Athens confovere | [\[40<sup>r</sup>\]](#) A

## 2.5.4 De commendatione clerici, qui petiit commendari.

[1] "*Dilectus filius Her. canonicus Maguntinus, qui nuper apostolorum limina visitavit, nostris tibi petiit litteris commendari. Verum quia mores et scientia eius illum esse dignum gratia et favore ostendunt, fraternitatem tuam per apostolica scripta rogamus, quatinus eum litterarum nostrarum interventu propensius diligas et honores.*"

## 2.5.5 De commendatione cursorum.

[1] "*Latorem presentium .G. cursorem nostrum, qui pro specialibus negotiis nostris in Angliam destinamus, universitati vestre propensius commendamus, rogantes attentius et monentes, quatinus ei pro reverentia beati Petri et nostra securitatem itineris et oportuna stipendia ministretis.*" |

ministretis | [\[21<sup>vb</sup>\]](#) P

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999



# Boncompagnus 3.1

[Table of Contents](#) -- [Previous title \(2.5\)](#) -- [Next title-- Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 3.1 DE LITTERIS, QUE PAPE MITTUNTUR CIRCA INITIUM PROMOTIONIS SUE

### 3.1.1 Responsiva imperatoris ad papam de promotione, qua sibi significit.

[1] "*Inspecta sedis apostolice bulla, quam ex una latere venerabilis impressio capitum apostolorum Petri et Paulo decorat et ex alio novum et reverendum nomen vestrum exornat, sanctitati vestre devotius inclinavimus, et aperta cartula, que ipsi bulle mediante| filio uniformiter adherebat, legi fecimus epistolam, quam nobis apostolica sanctitas destinarat, in cuius tenor plenius intelleximus, quod ad summi pontificatus cathedra estis Domino facienti promoti. Unde inenarrabili iocunditate letamur, ex eo enim quod nobis grata patrocina et subsidia oportuna largiri liberaliter sponpondistis. Dominationi vestre votivas gratiarum exsoluimus actiones, gerentes firmiter in proposito vos tamquam patrem precipuum honorare et catholicam ecclesiam cunctumque gregem vobis commissum imperiali rubore premunire. Ad hoc in signum sincere devotionis et reverentie vobis .XX. libras auri purissimi et duos egregios palefredos per Colononiensem prepositum destinamus.*"

| [\[40r\]](#) A [\[21vb\]](#) P [\[27rb\]](#) S      mediante | [\[27va\]](#) S

### 3.1.2 Quando imperator per fama intelligit, quod aliquis fiat ad papatum promotus.

[1] "*Postquam fama celebris nostre maiestatis auribus intimavit, quod ad cathedram apostulatus fuistis de communi cardinalis assensu promoti, anima nostra plurimum exultavit,| quoniam qui prius inter amicos amicissimum habebamus, nunc patrem et dominum recogoscimus spiritualem. Nec ob hoc diminuentur amicitie iura, immo favorabile recipient incrementum, quia materialis gladius ita deserviet spirituali, quod tam ecclesia quam imperium spiritualiter et temporaliter triumphabit.*"

exultavit | [\[40v\]](#) A

### 3.1.3 Alia consimilis tenoris pro quolibet rege.

[1] "*Cum apud Tolletum celebraremus curiam generalem, nostre fuit| delatum auribus maiestatis, quod defuncto beate recordationis .I. vos universi cardinales pari voto et unanimi concordia in summum pontificem elegerunt, de quo gaudemus plurimum et letamur, promittentes in omnibus et per omnia nostrum dominationi vestre fideliter obsequium exhibere.*"

fuit | [\[22<sup>ra</sup>\]](#) P

### 3.1.4 Littere iocunditatis laudis et commendationis alicuius ecclesie ad papam promotum.<sup>1</sup>

[1] "*Benedictus dominus deus Isrealis, qui orbi et urbi patrem contulit et pastorem <.... modulamina| ...>.*"

modulami|na [\[27<sup>vb</sup>\]](#) S

[2] "<....> *Tanto ergo patre et domino se Mediolanensis ecclesia devotissime recommendat ...*"

<sup>1</sup> See above, [2.1.1](#). Collate the text of Paris BN lat. 7731 against MARTENE-DURAND **Thesaurus novus anecdotorum** (Paris 1717) 1.852.

### 3.1.5 Alia consimilis tenoris.<sup>1</sup>

[1] "*Beneventana ecclesia ecclesie Romane filia specialis ...*"

<sup>1</sup> See above, [2.1.1](#). Collate the text of Paris BN lat. 7731 against MARTENE-DURAND **Thesaurus novus anecdotorum** (Paris 1717) 1.852.

### 3.1.6 Quomodo aliquis pape consanguineus asservat se de sua promotione letari.<sup>1</sup>

[1] "*Et si mundus totus de vestra promotione congaudet, ego ...Ecce prosapiam de quam contraxi| originem...Demum inter meorum obsequiorum| primitias...*"

contraxi | [\[22<sup>rb</sup>\]](#) P      obsequiorum | [\[28<sup>ra</sup>\]](#) S

<sup>1</sup> See above, [2.5.3](#).

\*\*\*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 3.2

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.2 DE COMMENDATIONIBUS<sup>1</sup> INFERIORUM PERSONARUM AD PAPAM

#### 3.2.1 Littere commendationis imperatoris ad papam.

[1] "*Sedis apostolice sanctitati, que inter Deum et hominem esse noscitur mediatrix, nostram imperialem maiestatem affectuosius commendamus, tenore presentium intimantes, quod secundum cursum rerum temporalium celebri prosperitate potimur et Romanum imperium suffragantibus celsitudinis et sanctitatis vestri meritis utiliter gubernamus, optantes plurimum, quod de vestro et ecclesie Romane statu nos dignemini certiores, ut nichil nobis desit ad plenitudinem gaudiorum.*"

| [\[41v\]](#) A [\[22rb\]](#) P [\[28ra\]](#) S

<sup>1</sup> HANNAH COTTON **Documentary letters of recommendation in Latin from the Roman Empire** (Konigstein/Ts. : Hain, 1981) Beitrage zur klassischen Philologie ; Heft 132.

#### 3.2.2 Notula, in qua doctrina datur, quomodo ipse littere valeant pro quibuslibet variari.

[1] Ubi dicit imperator 'maiestatem imperialem', reges dicant 'nostram regalem maiestatem.'

[2] Et quilibet indifferenter possunt dicere 'nos', et erit communis modis loquendis. Item, si dux fuerit et "*nos*" et 'ducatum nostrum' et sic de ceteris. Si locutio fiat de aliquo singulariter 'me et mea' vel 'me et omnia, que possidere dignoscor.'

[3] Item, ubi dicitur 'celebri', dicatur 'desiderata' vel 'competenti', ut ubi dicitur 'feliciter gubernamus', dicatur 'utiliter custodimus'.

#### 3.2.3 Quomodo papa valeret easdem litteras variare.

[1] "*Imperiali maiestati, que permittente Domino ...*"

#### 3.2.4 Quomodo subditi per variationem possint uti eisdem..

[1] "*Paternitate vestre nos totis affectionibus commendamus ...possibilitatis| modulo| aliter custodimus...*"

possibili|tatis [\[28rb\]](#) S

modulo | [\[41v\]](#) A

### 3.2.5 De illis, qui mittunt dona vel census aut redditos consuetos post commendationem factam.

[1] Illi, qui mittunt ... mittitur.]

mittitur | [\[22<sup>va</sup>\]](#) P

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 3.3

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.3 DE PETITIONIBUS CONFIRMATIONUM

#### 3.3.1 De imperatore electo, qui rogat, ut sua electio confirmetur.

[1] *"Postquam celebris memorie imperator debitum exsolvit, universi principes Alamannie convenerunt, ut de ordinando imperio pertractarent. Habita namque sollempni deliberatione, illi, ad quos spectabat electio, nos Maguntie elegerunt, et alie, ad quos coronatio ex antiqua et approbata consuetudine pertinebat, nos in votiva et in desiderata pace apud Asiam coronarunt. Nunc autem celsitudinem sedis apostolice attentius exoramus, ut quod a principibus est communiter et concorditer inchoatum, litteris apostolicis dignemini roborare, nobis terminum congruum prefigentes, quo ad urbem properemus, ubi a vobis imperialem coronam recipere affectamus."*

| [\[41v\]](#) A [\[22va\]](#) P [\[28rb\]](#) S

#### 3.3.2 De rege, qui rogat, ut sua electio confirmetur.

[1] *"Mors temporalis, que mortalibus finem imponit, fratrem quondam nostrum illustrem regem .R.,<sup>1</sup> .X. Kal. Aprilis<sup>2</sup> ab hac luce subtraxit sicque de terreno regno ad celeste vocante Domino convolavit, post cuius obitum nos<sup>3</sup> universi regni principes in regem concorditer eligerunt, et in proximo Pentecostem<sup>4</sup> regalem assumemus auctore Domino coronam. Verum quia coronatio nostra celebrem| solemnitatem requirit, altitudinem sedis apostolice attentius rogitamus, ut nostram electionem litteris apostolicis roboretis et episcopum Sabinensem<sup>5</sup> in Angliam dirigatis, qui nostre coronationi debeat interesse. Nos autem in presagium pure devotionis et constantie illibate .XX. libras auri et mille marcas argenti scientati vestre per Wicorensem episcopum destinamus."*

celebrem | [\[28va\]](#) S

<sup>1</sup> Richard the Lion-hearted, king of England (1189-6.4.1199).    <sup>2</sup> March 23, 1199.    <sup>3</sup> John, king of England (1199-1216).    <sup>4</sup> 27 May 1199.    <sup>5</sup> Conrad of Wittelsbach, cardinal bishop of Sabina (1166-1200).

#### 3.3.3 Ierosolimitani suffraganei significant, quomodo fuit patriarchalis electio celebrata, et confirmationem electionis petunt.

[1] *"Post decessum felicis memorie .M. sancte resurrectionis ecclesie patrariche suffraganei universi et omnes de capitulo convenerunt, ut de substituendo pastore tractarent. Cum autem in sollempni deliberationes| plures essent a pluribus nominati*

*nec possent de aliquo esse concordēs, de universorum voluntate processit, quod Behelemitanus et Sabastiensis episcopi electorem vocare deberent. Ipsi vero, sicut viri providi et discreti, elegere Tironensem episcopum electorem. Ille autem cum lacrimis misericordiam Ihesu Christi exorans ab oratione surrexit<sup>1</sup> et instinctu sancti spiritus Cesariensem archiepiscopum in patriarcham elegit. Unde in Templo Domini resonuit vox cum iubilo, quoniam omnium et singulorum vota in illum tacite convenerant. Quare ab omnibus rogabuntur, ut eorum votis clementer annuere dignaretur. Ipse vero universorum desideriiis contradicit, asserens quod absque mandato vestro nullum electioni nostre prebebit assensum. Ideoque vestre clementie humiliter supplicamus, quatinus ei firmiter precipere dignemini, quod electioni facte consentiat et vos tamquam pater benignissimus electionem| ipsam velit apostolicis litteris confirmare, procul dubio scientes, quod si nostre petitiones desiderato privarentur effectu, Tironense regnum in hac parte non modicum gravaretur."*

deliberatio|ne [42<sup>r</sup>] A

elec|tionem [22<sup>vb</sup>] P

<sup>1</sup> Cf. Luc. 22.45: Cum surrexisset ab oratione.

### 3.3.4 Cantuariense capitulum confirmationem archiepiscopalis electionis et palium postulat consuetum.

[1] *"Presens epistola nostri memoris et gaudii esse dignoscitur nunciatrix, quoniam per eam decessum felicitis memorie Cantuarensis episcopi et magistri .B.<sup>1</sup> promotionem significare tenemur, in quo consolationem salubrem possumus recipere post dolorem, laudibus cuius insistere possumus et debemus, presertim cum in eo conveniant animi sapientia, morum honestas, liberalitas in usibus cotidianis, et conversatio per omnia fructuosa. Sic enim in eum confluere universe nature dotes, quod sui exterioris hominis actus placent et per interioris exemplum imitantur plurimi ad operam karitatis. Eapropter benignitatem vestram confidentius exorare audemus,| quatinus electionem tam concorditer celebratam litteris dignemini apostolicis confirmare, ipsi electo pallium iuxta consuetudinem destinantes."*

audemus | [28<sup>vb</sup>] S

<sup>1</sup> In the notes to the following letter (3.3.5), the election of Stephan Langton (1205) is assumed as historical basis. Here (3.3.4) the initial B. proposes the election of Thomas Becket (1161) as historical subject, (probably not Baldwin, translated from Worcester in 1184). Thus this fictive correspondence on the election of an archbishop of Canterbury, which also includes 3.18.2 and 3.20.4, combines real aspects of several recent elections. The most recent biography of is FRANK BARLOW **Thomas Becket** (London 1986). See also B. SMALLEY **The Becket Conflict and the Schools. A Study of Intellectuals in Politics** (Oxford 1973). On Beckett's election, see **Letters of John of Salisbury** edd. W.J. MILLOR and C.N.L. BROOKE 2.Ixv-Ixix, 2.156-7 2.530, 760-7 (Oxford 1979), **Gilbert Foliot and his Letters** edd. A. MOREY and C.N.L. BROOKE 149-51, 227-9 (Cambridge 1965) **The Letters and Charters of Gilbert Foliot** edd. A. MOREY and C.N.L. BROOKE 291-3 (Cambridge 1967), For bibliography on 1161 and 1205/6 elections, and on Langton and Beckett: JEDIN **HCH** 4.67-73, 150-151, 655-4, 670-671, add M. MAYR-HARTING **JEH** 16 (1965) 50-52 **Councils and Synods with other Documents Relating to the English Church, II. 1204-??** edd. F.M. POWICKE and C.R. CHENEY (Oxford 1964) **Councils and Synods with other Documents Relating to the English Church, I. 871-1204** edd. D. WHITELOCK, M. BRETT, C.N.L. BROOKE. DAVID KNOWLES has three books on



Becket and "The Canterbury Election of 1205/6" **EHR** 53 (1938) 211-230. Also: F.M. POWICKE **Stephan Langton** (Oxford 1935), **Acta Stephani Langton** ed. K. MAJOR Canterbury and York Society 118 (Oxford 1950), Z.N. BROOKE **The English Church and the Papacy** (Cambridge 1931) and PHYLLIS B. ROBERTS ed. **Selected sermons of Stephen Langton** (Toronto 1980); RICCARDO QUINTO "**Doctor Nominatissimus**" : **Stefano Langton (+1228) e la Tradizione delle sue Opere** (Munster: Aschenforff, 1994) Beiträge zur Geschichte der Philosophie und Theologie des Mittelalters, Neue Folge Bd.39. The key work on the 1205/6 election is C.R.CHENEY **Innocent III and England** Päpste und Papsttum 9 (Stuttgart 1976), IDEM "A Neglected Record of the Canterbury Election of 1205-6" **Bulletin of the Institute of Historical Research** 21 (1948) 233-8. The following letters of Innocent III concern this election: POTTHAST 2620 (**PL** 202.740), 2732-5 (**PL** 202.834-840), 2937-40 (**PL** 202.1043-1049), 3111 (**PL** 202.1327, CHENEY **Selected Letters** 86-90 no. 29), 3126 (WILKINS **Councils** 1.518).

### 3.3.5 De litteris electi cum muneribus pape directis.

[1] "*Cantuarensis<sup>1</sup> ecclesie suffraganei et capitulum me<sup>2</sup> nuper in archiepiscopalis officii sollicitudinem elegerunt, sic vestra sanctitas non ignorat. Verum quia propter imminetia negotia, qua vobis alio tempore latius intimabo, iuxta meum votum Romam venire non possum. Ideo ad vestre sanctitatis pedes transmitto episcopum Noricensem,<sup>3</sup> qui vestre celsitudini mee curabit offerre munera parvitas, in quibus dignabimini respicere solum dirigentis affectum.*"

<sup>1</sup> Hubert Walter, archbishop of Canterbury died 13 July 1205. Canterbury's monastic chapter elected their subprior Reginald, but the suffragen bishops claimed a prescriptive right to take part in the election. Their candidate, Iohannes Grey, bishop of Norwich, was invested by king John, but pope Innocent III annulled both elections December 1206, who had some Canterbury monks visiting Rome elect Stephan Langton. Langton, who may have instructed the future pope while a master of theology at Paris (or a fellow student), had recently been raised to cardinal priest of S. Crisogono. Innocent III consecrated Langton 17 June 1207 and invested him with the archepiscopal pallium, despite royal opposition, which later resulted in interdict and excommunication for England and its king. Boncompagno's letter presents a playful satire addressed to these facts. <sup>2</sup> Stephan Langton (1207-1228). <sup>3</sup> Iohannes Grey, bishop of Norwich (1200-1214).

\*\*\*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 3.4

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.4 DE ELECTIONIBUS DISCORDITER FACTIS

#### 3.4.1 De hiis, qui prius eligunt et plures sunt numero.

[1] *"Defuncto felicis recordationis Neapolitana archiepiscopo, suffraganei sicut moris est cum capitulo convenerunt, ut de substituendo pastore tractarent. Cum autem super ipsa electione quidem per factiones proditorias claudicarent, nos cum maiori parte capituli magistrum .I. Neapolitanum archidiaconum elegimus in pastorem. Eapropter vestram clementiam suppliciter deprecamur, ut electionem ipsam dignemini confirmare."*

| [\[42<sup>r</sup>\]](#) A [\[22<sup>vb</sup>\]](#) P [\[28<sup>vb</sup>\]](#) S confirmare | [\[42<sup>v</sup>\]](#) A

#### 3.4.2 De hiis, qui postmodum eligunt et maiores sunt sapientia et etate.

[1] *"Licet plures fuerint numero ad Neapolitanum archidiaconum eligendum, ex maiori tamen parte sunt iuvenes et canonici iuris ignari. Nam et aliqui sunt inter eos, qui transiere iuenculos annos sed non mores, quia sunt litteratura ac honestorum morum expertes. Unde quasi laici et pueri sensu possent merito numcupari. Isti quidem sicut indiscreti de se turmam fecerunt ac nobis inrequisitis archidiaconum hominem inlitteratum elegere presumpsere, cupientes habere principem et pastorem, qui se illorum inhonestis moribus conformaret."*

[2] *"Nos autem, qui sumus priores tempore et maiores dignitate, etsi dici fas est moribus et scientia graviores, futuram iacturam ecclesie intuentes, elegimus episcopum adversarium, quia per litterature decorem et morum honestatem dignoscatur in domo Domini| velud candelabrum aureum resplendere."*

Domini | [\[23<sup>ra</sup>\]](#) P

[3] *"Hinc autem sanctiti vestre devotissime supplicamus, ut nostram electionem dignemini confirmare, non| inspicientes numerosam eligentium multitudinem, que de sua presumptione confessa, nos dolosis intervallis et proditoriis machinationibus antecessit."*

non | [\[29<sup>ra</sup>\]](#) S confirmare | [\[42<sup>v</sup>\]](#) A

#### 3.4.3 De monachalibus, que postulant electionis confirmationem non obstante appellatione facta.

[1] *"Post mortem felicis memorie abatisse Sancti Germani, triginta sorores ..."*

### 3.4.4 De accusatione contra eligentes et electam.

[1] "*Insperate presumptionis dolositas, que sepius ...eapropter sanctitatem| vestram... audiendam et| sine...*"

sanctitatem | [\[43r\]](#) A et | [\[29rb\]](#) S

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 3.5

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#) -- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.5 DE SUPPLANTIS IN ELECTIONE

#### | 3.5.1 De Bonaguisa,<sup>1</sup> qui in electione Bononienses canonicos supplantavit.

[1] "*Audivere gentes et intellexerunt populi de longe, qualiter nos in electione supplantaverat quidam Bononiensis canonicus nomine Bonaguisa. Porro, cum totius clerus et populus Bononiensis essent in maiori ecclesie congregati et electionem solempniter audire optarent, canonici quidam voluntates ceperunt exquirere singulorum. Nam fere omnium vota in magistrum .L.<anfrancum><sup>2</sup> theologum convenerant et omnes illum in episcopum cupiebant habere, exceptis .IIII. vel tribus, qui contradicere non audebant. Tunc predictus Bonaguisa finxit se aliorum votis penitus consentire et dixit: 'Bonum est propositum vestrum, sed ad vitandum rumorem populi usque in crastinum electionem facere differamus.' Et dixit omnibus altius: 'Placet nobis?' Et responderunt omnes: 'Placet,' Et sicut scriptum fuit, 'Ego autem dabo licentiam universis, ne alicuius materia scandali hodie invalescat', et ascendans pulpitem ait: 'Facile poterat hodie scandalum generari, sed recedere poteritis, quia per Dei gratiam nos bene summus in electione concordem, et in nomine Domini sicut licentiam habeo a fratribus meis, eligo dominum .G.<erardum><sup>3</sup> archidiaconum Bononiensem in episcopum et pastorem.' Fautores autem, qui ad hec fuerant ordinati, eum non cum parvo tumulto possuerunt in sede et pulsatis campanis quidam clerici 'Te Deum laudamus' altius clamaverunt. Nos autem stupore atque ammiratione confuse contradicere ignoravimus. Immo quia inopinabile fuit, unus post alium obedientiam sibi promisit. Nec ob hoc ista referimus, quod in electionem irritare credamus, sed ut de tante supplantationis sophismate modernis et posteris memoria relinquatur."<sup>4</sup>*

| [\[43f\]](#) A [\[23ra\]](#) P [\[29rb\]](#) S | [\[23rb\]](#) P

1 **Regesta di Camaldoli** no. 1470    2 For information on master Lanfrank, who is attested from 1183 as a canon of the cathedral at Bologna, see **Die Register Innocenz III** edd. OTHMAR HAGENEDER, WERNER MALECZEK and ALFRED A. STRNAD (Rome-Vienna 1979) 2.250 (p.477, note 2).    3 Gerardus Ariosti (1198-1213). For Gerard's deposition, *ob ignorantiam*, see **PL** 216.XXX.    4 See **Palma** [7](#). This chapter is edited by SUTTER, p. 31-2.

#### 3.5.2 De Maurino monacho, qui dedit opium electoribus.

[1] "*Maurinus monachus Thesalonicensis in electione sua malitia executi inaudita. Nam, cum inter fratres discordia verteretur, nec possunt de aliquo esse concordem eligendi potestatem, .VIII. monachis contulerunt hac tamen conditione retenta| quod ...| siquidem..."*

retenta | [\[29<sup>va</sup>\]](#) S????? | [\[43<sup>v</sup>\]](#) A

### 3.5.3 De preposito Ansatrino, qui per supplantationem in episcopum filium suum elegit.

[1] "*Prepositus Ansatrinus religiosus ...*"

### 3.5.4 De monacha, que simpliciter elegit Mariam in abbatissam et dolosa Iuliana finxit se intellecti de Maria.

[1] "*In monasterio Sancti Mauri, quod ad ecclesie Romane iurisdictionem nullo mediante cognoscitur pertinere, debebat electio celebrari. Tunc omnes sorores/ cuidam...*"

sorores | [\[23<sup>va</sup>\]](#) P

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 3.6

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.6 DE SUBLIMIBUS PERSONIS, QUE ROGANT PAPAM PRO SUIS DILECTIS

#### | 3.6.1 Rogat imperator et sui consanguinei electio confirmetur et cassetur altera.

[1] "*Celsitudinem sedis apostolice, quam specialius revereri tenemur, duximus attentius deprecandam, ut electione .H. dilecti consanguinei et fidelis nostri confirmare velitis, scientes quod licet maior pars capituli Maguntini .B. prius elegerit, ipsa tamen electio stare non potest, quia contra honorem imperii esse dignoscatur celebrata.*"

| [\[43v\]](#) A [\[23va\]](#) P [\[29va\]](#) S | [\[29vb\]](#) S

#### 3.6.2 Littere comminationis contra illos, qui alium elegerunt et rogatur papa ab imperatore pro eodem.

[1] "*Si non esset pro ecclesie Romane aliquo archiepiscopo ...*"

#### 3.6.3 Rogat imperator papam pro aliquo archiepiscopo.

[1] "*Dilectus consanguineus noster et fidelis imperii archiepiscopus Maguntinus ...pro quibusdam suis agendis accidit pro quo|...*"

quo | [\[23vb\]](#) P

#### 3.6.4 Rogat rex Francie papam pro aliquo archiepiscopo.

[1] "*Pro Remensi archiepiscopo, quem sicut ...adhibere, quod| vestris mandatis omni tempore propensius hoberire velimus.*"

quod | [\[44r\]](#) A

#### 3.6.5 Rogat rex Anglie papam pro aliquo archiepiscopo.

[1] "*Remoforensis episcopus, quem ob sua ...*"

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998





## Boncompagnus 3.7

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.7 DE HIIS, QUI ROGANT PRO UTILITATIBUS ECCLESIARUM PAPAM

#### 3.7.1 De hiis, qui rogant pro servando statu ecclesie Capuane.

[1] "*Sublato de hoc ergastulo carceris felicitis recordationis archiepiscopo Capuano,<sup>1</sup> aliquot| canonici maioris ecclesie de quorundam suffraganorum consensu <.R.><sup>2</sup> filium comitis .P.<sup>3</sup> in archiepiscopum elegerunt,<sup>4</sup> habentes respectum ad secularem potentiam, qua poterit iura ecclesie pretueri. In veritate quidem scitur et fama publica protestatur, quod nundum ad vizesimum annum pervenit,<sup>5</sup> unde illorum electio debet penitus irritari, presertim cum manifeste sit attentata contra sacrorum canonum sanctionem. Preterea pater et fratres eius arcem usurpare sibi satagunt Capuanam, unde ipsa ecclesia statum amitteret et honorem. Pro ecclesie igitur utilitate sanctitatem vestram<sup>6</sup> precamur<sup>7</sup> devotissime, supplicantes quatinus electionem ipsam penitus irritetis, dantes capitulo et suffraganeis firmiter in mandatis, ut aliquem eligere studeant in pastorem, qui merito vite moribus et scientia in archiepiscopali valeat cathedra residere.*"

| [\[44<sup>r</sup>\]](#) A [\[24<sup>ra</sup>\]](#) P [\[29<sup>vb</sup>\]](#) S aliquot | [\[30<sup>ra</sup>\]](#) S

<sup>1</sup> Mattheus (archbishop 1183-1199)      <sup>2</sup> Rainaldus (procurator 1199-1204, elect 1204-1208, archbishop 1208-1212).      <sup>3</sup>Peter, count of Celano, Molise and Civitate.      <sup>4</sup> The election took place 7 December 1199 (as reported in **Capuaner Briefsammlung**, Paris BN lat. 11867 f. 136r, "Quod divinum ei").      <sup>5</sup> According to NORBERT KAMP **Kirche und Monarchie im staufische Konigreich Siziliens** 1.112 n. 37, "etwas ubertrieben".      <sup>6</sup> September 1199 Innocent III ordered the Capuan cathedral chapter not to delay canonically electing a suitable candidate and to send the archbishop-elect to the papal curia, where he could receive royal consent (by the pope, who was acting *vice regia*) and papal confirmation (**Die Register Innocenz III** 2.347 no. 181, **Liber X** 1.6.18). Rainald had been papal subdeacon and chaplain (**Gesta Innocenti III** c. 147, PL 214.ccxiv), thus it is not surprising that Innocent III upheld his election (**Die Register Innocenz III** 2. no. , **Liber X** 1.6.19).      <sup>7</sup> The challenge to Rainaldus was led by Mattheus Constantini, archdeacon of Chieti and later archbishop of Amalfi (1202-1215). Mattheus, who had began his career in the papal curia, quoted **Decretum** D.61 c.13, 16 to prove the election uncanonical.

#### 3.7.2 De hiis, qui rogant pro monasterio Nonantulensi, quod esse dicitur dilapidatum propter multas electionum controversiis.<sup>1</sup>

[1] "*Nonantulensi monasterium, qui de beati Silvestri meritis et largitionibus imperatorum atque principium actenus in Italia reflorabat, propter malitiosorum abbatum excessus ...*"

<sup>1</sup> See GIROLAMO TIRABOSCHI (1731-1794) **Storia dell'augusta Badia di S. Silvestro di Nonantola**,

aggiuntovi il **Codice diplomatico della medesima** (Modena 1784-85) 2 vols.

### 3.7.3 De illis, qui pro cenobio Sancte Marie Magdalene pro controversia electionis.

[1] "*Ea sanctitati vestre de monialibus sancte Marie Magdalene cogimur intimare, que illarum ordinem plurimum dehonestant| et scandalum in populo....salario| conferuntur...et temporalia iura depereunt| et sorores ipse opportunitatem...*"

dehonestant | [\[24<sup>rb</sup>\]](#) P      salario | [\[44<sup>v</sup>\]](#) A      depereunt | [\[30<sup>rb</sup>\]](#) S

### 3.7.4 De Bononensibus, qui rogant pro ecclesie Sancte Marie de Reno, ut restitatur sibi ecclesie Sancte Praxedis.

[1] "*Cum sit ecclesia sancte Marie de Reno civitatis Bononie speculum et lucerna, non est mirum, si eius detrimentum proprium reputamus et de ipsius iactura pariter condolemus. Cardinalis quidem .S.<sup>1</sup> ei abstulit canonicam sancte Praxedis,<sup>2</sup> faciens delictum unius parte in dampnum ecclesie reddundare. Nunc autem sanctitati vestre humiliter supplicamus, ut predictam canonicam ecclesie nostre restitui facians, quia dignum est, quod Bononia, que capud est exercii litteralis, locum in Urbe habeat principalem, ut per hoc Bononienses sunt Romani cives et ecclesie Romane filiis speciales.*"

<sup>1</sup> Soffredus, cardinal priest of S. Prassede 1193-1208/10.      <sup>2</sup> Cardinal Soffredus saw to it that his title church was subjected to the Vallombrosan monks in 1197 (**IP** 1.52 no. 16). This was confirmed by Innocent III on 30 June 1198. See P. FEDELE "Tabularium S. Praxedis" **Archivio della Societa Romana di storia patria** 28 (1905) 41-114 at 79-81, see also 82-84. Other related documents in L.M. HARTMANN and M. MERORES **S. Mariae in Via Lata Tabularium I-III** (Vienna 1895-1913) 3.79ff.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 3.8

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.8 DE EXORDIIS GENERALIBUS AD PAPAM PRO ILLIS, QUI NON POSSUNT ALIBI IUSTITIAM INVENIRE

#### 3.8.1 Exordium generale.

[1] "*Ad fontem vivum cum scitula nostre accedimus parvitas, quia sitimus iustitiam nec possumus alicuibi reperire.*"<sup>1</sup>

| [\[44v\]](#) A [\[24rb\]](#) P [\[30rb\]](#) S

<sup>1</sup> Cf. **Boncompagnus** [1.16.1](#) for this *Unterwürfigkeitsformel*. It is also found transformed in **Boncompagnus** [5.20.1](#) §2: *cum situla karitatis aurire peroptas aquas de fontibus Salvatoris*. For remarks on similar metonymic usage of *parvitas* (also found in **Boncompagnus** [1.16.4](#), [3.3.5](#), [3.10.2](#), [5.1.8](#), [5.4.9](#), **Rhetorica novissima** 5.3.X.X) in other contemporary writers, see MAURIZIO PERUGI "Saggio di un'edizione critica dello'**Ars versificatoria** di Matteo di Vendome" in **Testi e interpretazioni: studi del Seminario di Filologia Romanza dell'Universita di Firenze** (Milan 1978) 669-719 at 677, commenting on **Ars versificatoria** prolog. 1 (*mei parvitatem ingenioli*).

#### 3.8.2 Exordium generale.

[1] "*De turbida tempestate ad vestre clementie pedes tamquam ad portum securissimum recurrentes, evadere speramus iniquorum iudicum factores et apud vos iustitie plenitudinem invenire.*"

#### 3.8.3 Exordium generale.

[1] "*In ratione stabilita et causa valido, iudicium iniquitatis ius merum fecit per quinquenium vacillare, unde singula queque consumpsi. Verumtamen ad hanc supersunt labia circa dentes, quos repercutio plectro lingue, dicens infirus<?> sum in limo profundi, et non est substantia rem immo corruui in altitudine, immo labrinthum tonuarum<??> et tempestas iudicum me demersit, quare fatigatio tediosa me faceret sine dubio desperare, nisi de misericordia sanctitatis vestre sperarem.*"

#### 3.8.4 Exordium generale.

[1] "*Resurrexerunt in me testes iniqui et iudices, quorum dextera muneribus repleta est sinistram sententiam protulerunt, sed tu domine causam meam iudica et meis misereriis secundum multitudinem miserationum tuarum, quoniam inops et pauper sum ego et tu es refugium miserorum. Unde ad te de profundis clamo, supplicans lacrimabiliter ut me non delinquas, quoniam in te speravi.*"

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 3.9

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.9 DE HIIS, QUI PROTECTIONES IMPLORANT

#### | 3.9.1 Littere Tyronensis regis<sup>1</sup> ad papam<sup>2</sup> pro defensione Terre Sancte.

[1] "*Licet omnes reges et cuncta regna Christiane professionis teneamini velut spiritualis pater apostolico munimine defensare, Terram tamen Sanctam, quam Christus eligere atque carnaliter inhabitare dignatus est, tanto debetis cura propensiori tueri quanto vobis, qui estis eius vicarius specialius deputata, ab immundissimis quidem nationibus captiva tenetur, et nisi apostolica sollicitudo in proximo studuerit subvenire, residuum*] occupabitur ab eisdem et nos captivi super flumini Babylonis duceremur illuc perpetuo ploraturi, quia ministri alterius Nabuchonosor in urba non cessabunt prorumpere cautionum."

| [\[44v\]](#) A [\[24rb\]](#) P [\[30rb\]](#) S | [\[24va\]](#) P [\[30va\]](#) S residuum / [\[45r\]](#) A

<sup>1</sup> See below, 4.4.1

#### 3.9.2 Exordium alicuius regis ad papam pro sua et regni commendationem.<sup>1</sup>

[1] "*Cum tale regnum sit ecclesie Romane specialiter commendatum, et nos, qui permittente Domino et de gratie vestre munere ibidem regali dignitate potimur, semper vobis fideles extiterimus et devoti, et non est mirum, si ad vos recurrimus cum fiducia pleniorum.*"

specialiter] spiritualiter X

<sup>1</sup> See JOHANNES FRIED **Das päpstliche Schutz für Laienfuersten.**

#### 3.9.3 Littere alicuius regis ad papam post coronationem.

[1] "*Ex ecclesie Romane munere atque vestra speciali gratia coronatus me paternitati vestre totis affectionibus recomendo, celsitudine sedis apostolice humiliter supplicando, ut filium non deferat, quem creavit, sed illum sue protectionis umbra taliter pretueri dignetur, ut orbis totus manifeste cognoscat, quod ecclesia Romana semper extitit in omnibus triumphatrix.*"

#### 3.9.4 Mediolanum se pape commendat et suadet contra Phylipum .



[1] "*Urbs Mediolanum, que pre cunctis mundi civitatibus in ecclesie Romane obsequiis devotius permanet et permansit, se vobis tamquam patri precipuo recommendat et vestre audet consulere sanctitati, ut reducentes ad memoriam crudelem et nocivam rubri Frederici prolem, in laudabili proposito firmiter persistatis, quia si contingeret prevalere Philippum, repercuteret altera plaga priorem.*"

[2] "*Profecto non degenerat, qui speciem trahit a genere. Nec est credendum, quod dulcescat absinthium, nisi naturalis complexio mutaretur.*"

[3] "*Sane bonum est et a coequalis meriti tramite non discordat, ut inter Alamanos discordia foveatur, quia tempore scismatis Romanam fecerunt ecclesiam diutius vacillare.*"

### **3.9.5 Responsiva| regis, que restituit gratiam alicui ad rogamina pape, in fine regulariter variata.**

[1] "*Vestra sanctitas nos rogavit, ut tali archiepiscopo nostram gratiam ... precedente| ...*"

*rubr.* Responsi|va [\[30vb\]](#) S

precedente | [\[24vb\]](#) P

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#)© Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 3.10

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#) -- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.10 DE NOVIS RUMORIBUS ET VICTORIIS INTIMANDIS

#### 3.10.1 Significatur, quod orta est discordia per ambitione imperii.

[1] "*Post imperatoris .H.<sup>1</sup> decessum, qui regnum Sicilie subiugavit, orta est discordia inter principes qui pro adipiscendo imperio totis viribus elaborant et fere quilibet sibi nititur dominium vendicare. Sic enim ex equalium conversatione provenit contentio dignitatis, quod universi vacillare noscuntur. Unde vacat imperialis tronus, pauperes opprimuntur, iustitia deferitur, iustus et rectus peccant, sola potentia dominatur.*"<sup>2</sup>

| [\[45r\]](#) A [\[24vb\]](#) P [\[30vb\]](#) S

<sup>1</sup>Henry VI, emperor (1190-1197).  
 Filippo da Pistoia, ll. 11-12.

<sup>2</sup>For the same sentence, see below [4.5.9](#) and also the letter to

#### 3.10.2 Intimat pape<sup>1</sup> cardinalis<sup>2</sup> sue legationis eventus.<sup>3</sup>

[1] "*Iuxta mandati vestre tenorem in Franciam properavi, et cupiens iuxta possibilitatem| superimpositum ferre honus archiepiscopos, episcopos et universos ecclesiarum prelatos feci Parisius aggregari, ut litteras apostolicas eis ostendi, quas cum summa reverentia et devotione intellexerunt, apostolatu vestro in prolatione benedictionis apostolice flexis cervicibus inclinantes. Demum ex universorum processit consilio, ut omnes dioceses et magna monasteriorum collegia visitare deberem, erradicando vitia, inserendo virtutes, extirpando proditorias factiones et conventicula vitiosa. Quorum consiliis, prout debui, condescendens, iam quasi totam Franciam circuivi, et in procinctu regressionis persistens, ad vestre celsitudinis pedes in proximo resurrectionis Pasca revertar. Ad hoc in signum perpetue devotionis duos egregios palafredos, flavos cursibiles et mirabiliter ambulantes et ducentas marchas purissimi| argenti paternitati vestre transmitto et supplicans humiliter et devote, ut parvitas muneris gratiam non aufferrat offerenti.*"

possibilitatem | [\[45v\]](#) A pu|rissimi [\[31ra\]](#) S

<sup>1</sup>Innocent III, pope (1198-1216).

<sup>2</sup> On cardinal Guala Bischieri's 1208-1209 legation to France, see WERNER MALECZEK **Papst und Kardinalskolleg von 1191 bis 1216** (Vienna 1984) 142.

<sup>3</sup> See below, XXX

#### 3.10.3 Quod aliquis non debet esse facilis ad recitandum novos rumores.

[1] Nemo debet rumores vel nova recitare libenter, quia multi locuntur ex habundantia cordis et propter amorem aut hodium frequenter corruunt in mendatum labyrinthum.

[2] Item sepe variantur et imitantur audita, unde fides paucissimis adhibetur. Nam si quis vult nova referre, vera vel verisimilia non excedat, et quid audivit, non asserat pro constanti, si dicat se taliter audivisse.

[3] Et si res parit hodium, tutius est silere aut cum dubitatione loqui.

[4] Interrogatus sepe, quis hoc retulerit, et si persona est digna favore et relatis adhibetur quandoque fides. Si vero consueverit esse fumosus recitator novorum, dicitur 'ille quando potuit mentiri, numquam dixit verum' et sic plures mendaces habentur et vani.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#)© Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 3.11

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 3.11 DE CONSULTATIONIBUS

### | 3.11.1 Si puella in multi dolio baptizata debeat rebaptizari.

[1] "*Cum sitis fons canonici iuris ad sanctitatis vestre pedes tamquam ad securissimum portum ...*"

| [\[45v\]](#) A [\[24vb\]](#) P [\[31ra\]](#) S | [\[25ra\]](#) P

### 3.11.2 Si clericus in duas hereses lapsus possit ad sacerdotium promoveri.

[1] "*Decet omnes, que nomine Christiano censeantur a nobis tamquam Christi vicario et magistro catholice fidei super dubitabilibus querere documenta, ne Christiana professio| videatur...leonitas| non permittit...*"

professio | [\[46r\]](#) A leonitas | [\[31rb\]](#) S

### 3.11.3 Si infami et in criminoso electo propter infamiam debeat confirmatio denegari.

[1] "*Scardonensis, dum esset electus abbas, thori cui consanguinei violavit et quandam abatissam rapuit de monasterio, de qua tres filios dicitur procreasse. Nunc autem a sanctitate vestra litteras impetravit, quibus nobis iubetur, ut electionem ipsius dilatione postposita confirmemus. Quare clementiam vestram humiliter exoramus, ut nobis litteris apostolicis intimetis. Unde propter infamiam sit confirmatio deneganda, ex quo accusatores desunt in criminibus manifestis.*"

### 3.11.4 Si tres medici, qui tribus mortis causam dedisse viderentur, possunt ad aliquos ordines ecclesiasticos promoveri.

[1] "*Sedis apostolice magnitudo, que dubitationem removet de mentibus singulorum, meis consultationibus respondere dignetur. Tres enim iuvenes de episcopatu michi commisso pariter ad phisicam accesserunt, et post triennium redeunt, diversimode ceperunt phisicale officium exercere.*"

[2] "*Sane unus quidam sanum homine propriis manibus flebotomavit. Secundus cuidam egrotanti laxativam exhibuit medicinam et tertius quendam calculosum incidit.*"

[3] "*Sicque illa tres tribus mortis causam dedisse videntur, sicut fama publica*

*protestatur."*

[4] *"Nunc autem instanter petunt ad ecclesiasticos ordines promoveri, dicentes quod in predictis conscientia non delinquit. Eapropter sanctitatem vestram exoro, ut me apostolicis dignemini litteris edocere, utrum isti sint in homicidarum numero computandi, et si propter hec vel consimilia crimina minores hiis vel| aliis debeant ordines denegari."*

vel | [\[25<sup>rb</sup>\]](#) P

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 3.12

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.12 DE RENUNCIATIONIBUS

#### | 3.12.1 De illis, qui propter senectutem et senium renuntiant dignitati.

[1] "*Etatis decrepitate fragilitas et senium, quod| terminos vite metitur, absque intercessore suadent, ut iugum episcopale deponam et renuntiem coram sanctitate vestre honori ...providere.*"|

| [\[46v\]](#) A [\[25rb\]](#) P [\[31rb\]](#) S quod | [\[31va\]](#) S providere | [\[46v\]](#) A

#### 3.12.2 Alia de consimili materia.

[1] "*Succumbens honeri duri renuntiare honori, quia est michi collum ...*"

#### 3.12.3 De illis, qui renuntiant propter morbum.

[1] "*Qui iudicat usque in tertiam et quartam generationem in filios peccata parentum ...*"

#### 3.12.4 De illis, qui renuntiant propter simoniam vel alia crimina.

[1] "*Beatus conscientie me accusat et fama publica protestatur, quod ...*"

#### 3.12.5 De illis, qui renuntiant propter mala, que fieri fecerunt.

[1] "*Scio quia peccavi et me salva conscientia excusare ...*"

#### 3.12.6 De illis, qui renuntiant, ex eo quod non possunt ecclesie iura tueri.

[1] "*Natus de prosapia rusticana, ecclesie iura tueri non ...religionis assumant.*"|

assumant | [\[31vb\]](#) S

#### 3.12.7 De illis, qui renuntiant, ut habitus religiosi assumant.

[1] "*Cum sit omnis vite presentis gloria fugitiva et honor atque dignitas|...*"

dignitas | [\[25va\]](#) P



### **3.12.8 De illis, qui renuntiant propter guerram.**

[1] "*Expectans expectavi pacem et non venit ...*"

### **3.12.9 De illis, qui renuntiant propter paupertatem.**

[1] "*Predecessores mei omnes possessiones ecclesie obligaverunt ...*"

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 3.13

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.13 DE ACCUSATIONIBUS LEGATORUM

#### 3.13.1 De accusationibus legatorum et de vitiis legati.

[1] "*Ad accusandum inducit nos exactio cardinalis ...numcupare/ ...plenam inducere, / novit excusationes omnimodas in peccatis.*"

| [\[46r\]](#) A [\[25va\]](#) P [\[31vb\]](#) S numcupare | [\[47r\]](#) A inducere | [\[31vb\]](#) S

#### 3.13.2 De consanguinitate.

[1] "*Inclite recordationis .G.<sup>1</sup> rex Portugalensium, de cuius lumbis fuimus propagati, nobis tempore adolescentie nostre .A.<sup>2</sup> filiam regis Aragonensi tradidit in uxorem ... Quapropter sanctitatem/ apostolicam...*"

sanctitatem | [\[25vb\]](#) P

#### 3.13.3 De consanguinorum matrimonio illicito.

[1] "*Miratur mundus cunctaque mortalium corda stupescunt, quod ecclesia Romana delictorum omnium refrenatrix sustinet Tyronensis regis<sup>1</sup> excessum, quod exemplo mortifero multorum Christianorum animos labefactat et dat plurimis materiam delinquendi, quia filiam principis Antiochie<sup>2</sup>, que, sicut multi noverunt et fama publica protestatur, sibi est in tertio consanguinitatis gradu adiuncta, retinet pro uxore. Ceterum ipse in hoc delinquere non videtur, set culpa in ecclesiarum matrem refunditur, que cum iam deberet apponere vulnere medicinam notorium sicut in ore omnium iam plebescit timore vel inhonestis intercessionibus pertransit auribus semiclausis. Ecce Christiane religionis cultores, qui Terram Sanctam visitant, per tanti excessus exemplaria terreuntur et dum illius terre principem iudaizare intelligunt, per orbem terrarum detestabilem famam reportant et barbaram nationes plurimum conlectantur, quod regem Terre Sancte habuit in incestu consortem. Quare sedis apostolice clementiam rogitamus, ut tam illicitum non differat matrimonium separare.*"

notorium AS] votorum P intelligunt] intelliguntur et A conlectantur S]  
 conletantur P colletantur A Sancte om. A

<sup>1</sup> See above, [2.2.2](#), below, [3.14.2](#). and **Oliva** 37 [note 291](#). 2

#### 3.13.4 De simonia.

[1] "*Corrupte propaginis labes posteritatem morbificans, de symonia sem<??> inficit capitulum Tarantinum, quia multiplicatis intercessoribus et pravitate simonica preeunte, quoddam in archiepiscopum eligere non expavit, de cuius conversatione tutius est silere quam loqui. Sane toti provincie constat illum fuisse bigamum diversisque criminibus <??> et de servili conditione creatum. Nos autem qui ...*"

### 3.13.5 De perditione et periurio. |

[1] "*Coloniensis<sup>1</sup> archiepiscopus, qui nuper a vobis confirmationem electionis sue proditoriis blanditionibus| impetravit, contra inhibitionem nostram<sup>2</sup> Philippo<sup>3</sup> consilium exhibet et iuvamen. Sic enim confirmatus pacta defirmat, composita decomponit et solvens iuramenti vinculum regem Ottonem<sup>4</sup> offendere non veretur.*"<sup>5</sup>

rubr. periurio | [\[32<sup>ra</sup>\]](#) S

blandi|tionibus [\[47<sup>v</sup>\]](#) A

<sup>1</sup> Adolf I. v. Altena, archbishop of Cologne (1193-1205). deposed 19 June 1205.

<sup>2</sup> Innocent III,

pope (1198-1216).

<sup>3</sup> Philipp of Schwaben ().

<sup>4</sup> Otto IV of Braunschweig().

<sup>5</sup>See below, 3.

XXX.

### 3.13.6 De homicidio.

[1] "*Quamquam dehonore videamur ordinem monachalem, vestre tamen sanctitati cogimur intimare, quod abbas Lemovicensis<sup>1</sup> ebrietate fedatus quendam hominem interfecit nec propter ea desinit sacra tractare.*"

Lemovicensis] Lemocinensis X, Lemoniensis B

<sup>1</sup> Limoges. ()

### 3.13.7 De homicidio furto et sacrilegio.

[1] "*Iohannes monachus Tudertinus<sup>1</sup> de media nocte strangulavit monachum dormientem et ecclesie thesauro sublato aufugit et Ancone dicitur latitare.*"

Tudertinus] Graguriensis X, -raguriensis B

<sup>1</sup> Trau, in Dalmatia.

### 3.13.8 De adulterio.

[1] "*Abbas de Marmoreto quendam suum ministerialem incarcerari precipit et uxorem eius detinet manifeste. Unde vituperatur ministerium monachorum et scandalum in populo non modicum generatur.*"

### 3.13.9 De vana gloria.

[1] "*Callensis*<sup>1</sup> presul admodum regis falleratus incedit et dimissa tonsura deferre habitum non desinit militarem."

Callensis X] Pallensis M, Tallensis B, Fallensis P

<sup>1</sup>Cagli, in the Kirchenstaat.

### 3.13.10 De fornicatione.

[1] "*Istriensis episcopus femineo generi non parcat, sed cum quolibet vult aliquid excercere.*"|

exercere | [\[26<sup>ra</sup>\]](#) P

### 3.13.11 De avaritia.

[1] "*Traguriensis*<sup>1</sup> presul ita est avaritie lepra corruptus, quod panem, quam prius iubet pauperibus exhiberi, exponi facit postmodum ad vendendum."

### 3.13.12 De usuris.

[1] "*Rerum humanarum ambitio sic traxit plures clericos in laqueum deceptivum, quod suam peccuniam ad usuras exponere non formidant.*"

### 3.13.13 De celere sodomistico.

[1] "*Abhorrendum et detestabile crimen instigante diabolo invasit animos plurimorum, profect plures immo infiniti sunt, qui iura nature corrumpunt et semina in extraordinarios campos mittere non formidant.*"

### 3.13.14 De incestu.

[1] "*Regnum Ungarie iam novit plenius et per diversas mundi partes crimimnosa fama volavit, quod episcopus cum sua sorore ultra debitum conversatur, quia secum iacet in lecto et ipsa episcopalem cameram frequenter dicitur visitare. Ceterum, si non esset formosa immo formosior formosis, tanta suspicio de conversatione illa minime orietur. Preterea ultra debitum monachalem familiaritatem requiret et sic errorem errori adiungens, plurimis tribuit materiam delinquendi.*"

### 3.13.15 De dilapidatione.

[1] "*Decanus et canonici ecclesie Spalatensis ...*"

### 3.13.16 De incendiis predis et rapinis. |

[1] "*Camnus monachus domos nuper infinitas combussit, multos negotiatores est in strata depredatus et centum vaccas rapuit Claravallensibus de armento.*"

rubr. rapinis | [\[32<sup>va</sup>\]](#) S

Camnus] Pamnus B, -amnus M, Camnus PX,

### 3.13.17 De falsaris.

[1] "*Infelix abbas de Marmoreto<sup>1</sup> bullas Romane curie cum subtili subula perforabat, et cum acu subtilissima filis adulterinos immitens, cum ligneo malleo interposito filtro planificavit. Bullas, quas| falsis litteris imprimibat, fecit etiam cineritium de cuius artificio tutius est silere, quia per ipsum bullas papales, monetas omnes et sigilla quelibet faciebat et non inveniebatur in uno puncto delictum.*"<sup>2</sup>

quas | [\[47<sup>v</sup>\]](#) A

### 3.13.18 De sophistication depositi.

[1] "*Samnus monachus, antequam esset pirata, religionem fictitiam simulabat. In claustro nempe, in quo habitum monachalem recipit, sublato alphabeto communi, mille marcharum depositum cum stagno sophistico alteravit et abbati facinus totum ascripsit et elapso tempore illam peccuniam et thesauros ecclesie asportavit.*"

<sup>1</sup> For another accusation of Samnus Daliniensis, see below **Boncompagnus** [3.19.10](#).

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#)© Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 3.14

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.14 DE EXCUSATIONIBUS

#### 3.14.1 Excusatio cardinalis,<sup>1</sup> qui fuit in legatione transmissus.

[1] *"Quare fremuerunt et accusaverunt me prelati et subditi regni Ungarie, sanctitati vestre teneor intimare,| ne presumptione sua deportent favorem. Intravi siquidem terram, que iam erat fidei catholice robore destituta, quoniam ipsi archiepiscopi, presules et abbates<?> ea committere non timebant, que laci facere aborrent. Namque presbyteri et levite tonsuras dimiserat et habitum regularem et admodum pedonum arinatum iaculis deferebant. Cunctas autem ecclesias ita reperit desolatas, quod nulla erant altaria ornamenta. Porro, cum quidam excretus sacerdos me presente missarum presentia solempnia celebraret, duo filii eius et una puella petebant ei bibere, cum sanguinem reciperet consecrarum, et ille sub quadam speciem solatii calicem porrigebat eisdem. Ego autem videns hos enormes excessus, domini regis auxilium imploravi, cuius potentia et favore in camo| et freno maxillas eorum constrinxi, quia cum perversis me perverse agere oportebat,<sup>2</sup> et quod hoc fuit absque omni mandato vera, in regalibus apicibus poteritis evidentius intueri."*

| [\[48r\]](#) A    [\[26ra\]](#) P    [\[32va\]](#) S                    intimare | [\[26rb\]](#) P                    chamo | [\[32vb\]](#) S

<sup>1</sup> Leo Brancaleni, cardinal priest of S. Croce in Gerusalemme (1202-1224). On his legation to Bulgaria (by way of Hungary) in 1204, see **Boncompagnus 1.13.1** note 5 and JAMES ROSS SWEENEY "Innocent III, Hungary and the Bulgarian Coronation: A Study in Medieval Papal Diplomacy" **Church History** XXX (19XXX) 320-334 at XXXX.    <sup>2</sup> Psal. 17.27. See **Boncompagnus 1.25.11**. §22, also **Epistola mandativa ad comites palatinos §15**. Cf. Isai. 1.15.

#### 3.14.2 Excusatur rex per aliquem suum fidelem.

[1] *"Falsi regis accusatores timore atque inhonestis precibus inducuntur, unde possunt falsis presbiteris similari, qui Susanam in pomerio de falso crimine accusarunt.<sup>1</sup> Sed vestrum dominus rex<sup>2</sup> per ministerium meum<sup>3</sup> precatur suppliciter sanctitatem, ut ad partes regni Tyronensi<sup>4</sup> cardinalem aliquem<sup>5</sup> dirigatis, qui de matrimonii causa cognoscat et non differat iudicare."*

inhonestis] falsis P<sup>3</sup>

<sup>1</sup> See above, [2.2.2](#), [3.13.3](#).                    <sup>2</sup>                    <sup>3</sup>                    <sup>4</sup>                    <sup>5</sup>

#### 3.14.3 Excusatio illius, qui accusatur de simonia, bigamia et simili



## conditione.

[1] "*Labe symoniaca sordidati me de symonie crimine accusare ...*"

### 3.14.4 Excusatio illius,<sup>1</sup> qui contra honorem pape<sup>2</sup> dicebatur favere Philippo.<sup>3</sup> |

[1] "*Contristatus sum et conturbatus a voce inimici, qui lingua dolosa et sermonibus odii meam innocentiam coram sanctitate vestra culpabilem et nocentem falso esse hostendit, asserens me contra inhibitionem vestram duci Philippo exhibuisse consilium et iuvamen et regem Ottonem<sup>4</sup> solvendo iuramenti vinculum offendisse. Unde ad excusationem meam Dominum et conscientiam meam testes induco, quod numquam in cor meum ascendit servare Philippo, postquam confirmationis<sup>5</sup> munus auram merui clementia impetrare. Sane in omnibus accusatorem meum dico fuisse mentitum et sicut manifeste patebit, quando coram sanctitatis vestre presentia reus efficietur ordine transitivo. Ego autem, quamcitiuis potero, me vestro apostolatui presentabo, et si de aliquo supradictorum me arguere poterit inimicus, apostolica sanctitas in me canonicam exercent disciplinam, rigore cum severitate ostendat necque dispensare velit ulterius cum convicto.*"

rubr. Philippo | [\[48v\]](#) A

confirmationis] consecrationis B

<sup>1</sup> Adolf v. Altena, archbishop of Cologne (see above XXX).      <sup>2</sup>      <sup>3</sup>      <sup>4</sup>      <sup>5</sup> Date of Otto's papal confirmation. XXX.

### 3.14.5 Excusatio artificiosa<sup>1</sup> Aquilegensis<sup>2</sup> patriarche ad papam.<sup>3</sup>

Wolfger, patriarch of Aquileia (1204-1218) and imperial legate in Italy (1208-1212), sends a letter of excuse to pope Innocent III (1198-1216), who had written a letter [**Registrum** 12.78] asking him to temper the rigor of his legation. Using the figure of the bow introduced in the papal letter, he portrays himself as torn between his duties to the church and to the empire ([§1](#)). Continuing this figure, he points out that the pope had himself persuaded Wolfger [**RNI** 167, 1208] to swear fealty to the emperor Otto IV, and if the patriarch cannot persuade the emperor to restore the duchy of Spoleto, the march of Ancona and Mathildine lands to the Roman church, the pope--who at one time had a plentitude of power over Otto--should not blame Wolfger for this ([§2](#)). [Date: ca. July-August 1209]

<sup>1</sup> On artistic ordering of words, see **Boncompagnus** [1.1.1-2](#), [1.1.11-12](#), [1.25.1](#).      <sup>2</sup> Wolfger von Erla, patriarch of Aquileia (1204-1218). For a short biography: WERNER GOETZ **Gestalten des Hochmittelalters** (1983) 293-314 and 402f. BÖHMER-FICKER **Acta imperii** no. 1138; WINKELMANN **Philipp von Schwaben und Otto IV** 2.178. Wolfger's activity as an imperial legate (1208-1212) is detailed in **Regesta Imperii** 4.12336a-12346a, as a patron of the arts (including Walther von der Vogelweide) in HEDWIG HEGER ed. **Das Lebenszeugnis Walthers von der Vogelweide. Die Reiserechnungen des Passauer Bischofs Wolfger von Erla** (Munich 1970)      <sup>3</sup> Innocent III. For his relationship with Wolfger, see **RNI** 154, 167, **PL** 216.81. In **Rhetorica novissima** [9.2.7](#) (GAUDENZI ed. 281) Boncompagno reports: *Idem vero papa [scil. Innocentius III] Aquileiensem patriarcham qui super continentia clericorum in concilio sibi contradicere attentabat, Panuntium appellavit*. The patriarch of Aquileia's contradiction of the stringent attack on clerical incontinence in IV Lat. 14 probably pertains to its final clause, which sanctions a greater penalty for a priest married according to the eastern rite if

he falls into the sin of incontinence (*Qui autem secundum religionis sue morem non abdicarunt copulam coniugalem, si lapsi fuerint, gravius puniantur, cum legitimo matrimonio possint uti*). According to MICHELE MACCARRONE "Cura animarum e parochialis sacerdos nelle costituzioni del IV concilio lateranense (1215). Applicazioni in Italia nel sec. XIII" in **Pievi e Parrocchie in Italia medioevo (sec. XIII-XV)** Italia Sacra 35 (Rome 1984) 81-195 at 139-140, "*La clausula, che non si riscontra in altri concili occidentali, probabilmente fu intradotta su richiesta dei vescovi latini in Oriente, che dovevano affrontare questo problema nei rapporti con il clero di rito orientale, e forse venne sollecitata anche dai vescovi dell'Italia meridionale, che si trovavano in simile situazione. Essa costituisce un esplicito riconoscimento, fatto dal IV concilio lateranense, della legittimità delle consuetudini canoniche orientali, divergenti da quelle occidentali su questo punto importante, d'altra parte rappresenta un'implicita presa di posizione di fronte all'opinione, difesa anche da Ugucione, che l'obbligo del celibato fosse inscindibile dall'ordinazione sacerdotale.*" For the canonistic background, see F. LIOTTA **La continenza dei chierici nel pensiero canonistico classico. Da Graziano a Gregorio IX** (Milan 1971). Cf. Matthaëus of Vendome **Ars versificatoria** pr. 7 (Rome 1988) ed. FRANCO MUNARI **Mathei Vindocinensis Opera** 3.43.

[1] "*Dum nexus astringitis mandatorum, quibus nec legari valeo nec dissolvi, anxior et suspiro, quia hinc preceptum imperiale<sup>1</sup> me cogit, inde apostolicum me coartat. Unde non possum distinguere, quid sit Deo vel Cesari in hac parte reddendum.<sup>2</sup> Intimastis nempe michi sub quodam velamine figurato, quod in mee legationis officio rigorem debeo temperare, maxime 'cum et arcus,<sup>3</sup> ne vires| ammittat, non semper debeat esse tensus.<sup>4</sup> Scio nempe, quod in obsequiis imperii pharetrum pure fidelitatis et arcum servitii deportavi, neminem in occulto sagittans. Sed arcus meus viribus iam privatur, quia colle bitumine disoluto capitella mollescunt, que cordam tensam in suo robore detinebant, et propter senectam et senium<sup>5</sup> debilitata sunt brachia sagittantis.*"

vires | [\[33ra\]](#) S

<sup>1</sup>Cf. **BF** 4.485. Such rigor was exhibited by Wolfger in the penalty of 10,000 silver marks which he imposed on Florence in 1209 for delaying to cede back imperial properties on the occasion of Otto IV's *Romzug*. Boncompagno alludes to this episode in **Boncompagnus** 4.5.7. See ROBERT L. BENSON "Libertas in Italy (1152-1226)" in **La notion de liberte au Moyen Age Islam, Byzance, Occident** ed. GEORGE MAKDISI (Paris 1985) 191-213 at 204, citing EDUARD WINCKELMANN **Philipp von Schwaben und Otto IV. von Braunschweig** Jahrbücher der deutschen Geschichte (Leipzig 1873-78) 2.174-76 and ROBERT DAVIDSOHN **Geschichte von Florenz** (Berlin 1896) 1.657-58. <sup>2</sup>Mat. 22.21, Marc. 12.17, Luc. 20.25. <sup>3</sup>Psalm 10.3, 63.3. <sup>4</sup>**Registrum Innocenti III** 12.78, **PL** 216.216.83A (11 July 1209) **Po.** 3778. <sup>5</sup>Letters in the **Boncompagnus** dealing with old age: [1.24.2-3](#), [1.24.6](#), [1.25.6](#), [1.25.11](#) §4, [1.25.13](#), [3.12.1](#), [3.14.5](#), [3.15.2](#), [5.1.27-30](#), [5.4.16](#), [5.6.32-33](#), [5.8.3](#), [5.26.5](#), [5.9.4](#), [6.2.18](#), [6.2.34](#), [6.10.18](#). For Boncompagno's ideas about the stages in man's life, see **Boncompagnus** [5.20.1](#)

[2] "*Sed arcus legationis huius non est meus, sed est arcus imperii, quem non tendo neque relaxo, sed ipsum tensum cum summa sollicitudine conservare laboro, timens ne decurtentur penne in ligno, quod sagittam continet equitatis. Hunc siquidem arcum me apprehendere suasistis, quoniam precepto vestro coactus illustri .O.<sup>1</sup> imperatori fidelitatem iuravi et in hoc fuistis causa efficiens et materia inductiva. Demum, si non possum eum inducere ad restituendum ecclesie Romane ducatum Spoleti, marchiam Anconitanam et comitatum comitisse Matildis,<sup>2</sup> vobis est non michi sine dubio implicandum, quia quandoque super ipsum habuistis plenitudinem potestatis,<sup>3</sup> sed*

*defero pondus officii, quod pendet ex arbitrio alieno."*

<sup>1</sup> RNI 167 (18 Nov. 1208).

<sup>2</sup> Matilda, countess of Tuscany (1046-115).

<sup>3</sup> See **Oliva** [1.8](#).

### 3.14.6 Excusatio generalis.

[1] "*Si aures apostolice forent patule ad credendum ...*"

### 3.14.7 Excusatio generalis.

[1] "*Utinam appenderentur peccata mea cum criminibus accusantis ...*"

### 3.14.8 Excusatio generalis.

[1] "*Livore dampnabilis invidie toxicatus, hos cuius| amaritudine plenum est et innumerabilibus maledictis sub cuius labiis aspidum venenum consistit, me de tam nephario crimine accusavit, quod antequam illud cogitare nedum perficere attemptarem mallere, quod terra vivum cum Dathan et Abiron pariter deglutiret. Quicquid tamen dixerit, me apud Deum conscientia non accusat et ego paratus sum meam innocentiam expurgere.*"

cuius | [\[49<sup>r</sup>\]](#) A

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#)© Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 3.15

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 3.15 DE IMPEDIMENTIS EVIDENTIBUS

### | 3.15.1 De egritudine.

[1] "*Patarenorum heresis cancerosa de civitate repellerat episcopum Vicentinum,<sup>1</sup> quare sedis apostolice sanctitas michi nuper iniunxit, ut totam marchiam circumirem hereticos et eorum fautores excommunicationis gladio feriendo. Ego vero mora postposita colla iugo precepti submissi, et dum in progressu itineris laborarem, egritudo me repentina invasit. Unde apostolicum prosequi mandatum nequivi, sicut idem episcopus et quamplures veritati possunt testimonium perhibere.*"

| [49<sup>r</sup>] A [33<sup>ra</sup>] S | [33<sup>rb</sup>] S Patarenorum: Catarenorum S repellerat:  
 repulerat A Berlin Vincentinum A Berlin circumirem] suppon~em interdicto *add.*  
 A excommunicationis] et communicationis Berlin mandatum apostolicum  
 prosequi *tr.* A

A = [49<sup>r</sup>]; Berlin = 66<sup>v</sup>; Bern = 130<sup>ra</sup>; M = 23<sup>vb</sup>; P = 26<sup>rb</sup>-26<sup>va</sup>; S = [33<sup>ra</sup>]

<sup>1</sup> On heresy in Vicenza, see also above [1.23.3](#), below [3.18.1](#), [5.22.1](#). See also PAOLO MARANGON **II pensiero ereticale nella Marca Trevigniana e a Venezia dal 1200 al 1350** (Padua 1984) 9 note 14.

### 3.15.2 De senectute.<sup>1</sup>

[1] "*Innosa senectus et dispositio imbecillis etatis ...*"

<sup>1</sup>With regard to **Boncompagnus** 3.15.2-3, see **Po.** 4994 a response by pope Innocent III to a written request by Patriarch Wolfger of Aquileia. In that letter, Wolfger sought to be released from obligation to attend IV Lateran council, because of his own *senectus* and the poverty of his church. See also **Rhetorica novissima** 9.2.7. For another letter of excuse by Wolfger, **Boncompagnus**[3.14.5](#).

### 3.15.3 De paupertate.

[1] "*Paupertas eximia, que actionem reddit inanem a vestri mandati vinculo nos absolvit, quia nedum reddere valeamus debitum postulatum, sed vix habere possumus radices et silicas de quibus corpora famelica foveantur.*"

### 3.15.4 De timore.

[1] "*Quanta sit regis Francorum potentia orbis totus manifeste cognoscit et vestra*

*sanctitas non ignorat. Ipse quidem nobis regalibus litteris intimavit, quod si comitem Flandrensem excommunicationis gladio feriremus, nos mitti faceret in caminum ignis ardentis. Unde si regis animus mitigari non posset, mandatum apostolicum prosequi pertimemus."*

### 3.15.5 De difficultate itineris.

[1] *"In festo Nativitatis venissemus ad Urbem, sed yemps fortius solito invalescens ..."*

### 3.15.6 De guerra.

[1] *"Cum Rotomagensis ecclesia in divisione regnorum consistat et occasione guerre, que vertitur inter reges possessiones ammiserit universas, non est mirum, si sedem apostolicam visitare nequimus<sup>1</sup> et vobis tamquam patri precipuo debita obsequia exhibere."*

<sup>1</sup>Robert Pullan, archbishop of Rouen (1208-1222) or Walter of Coutances (1184-1207).

### 3.15.7 De brevitare.

[1] *"Tolletanus archiepiscopus, qui de fronte capillata occasionem calvam requirit cum ... Nos autem intuentes ...brevitate fuimus| admiratione confusi, quoniam Yspani non Britones quam Arturum vivere profitent. Sanctitati vestre igitur supplicamus, ut non prosit ei dolosa citatio."*

fuius | [\[33<sup>va</sup>\]](#) S

### 3.15.8 De paucitate.

[1] *"Post Constantinopolitane urbis captationem ...molitur| ..."*

molitur | [\[49<sup>v</sup>\]](#) A

### 3.15.9 De multitudine.

[1] *"Numerosa populi multitudo, que sibi frena verecundie non imponit, nostrum propositum taliter impedivit, quod mandatum apostolicum super facto regni Apulie nequivimus executioni mandare. Nam, cum venissemus Neapolim, Capuam et Salernum, sub poena excommunicationis firmiter inhibentes, ne cives ipsi aliquod auxilium Tibuldo<sup>1</sup> preberent et comitem de Breno deberent pro viribus adiuvere, cum gladiis et fustibus in nos plebeia caterva surrexit, a cuius favore vix nos liberavit archiepiscopus Capuanus."<sup>2</sup>*

<sup>1</sup>See NORBERT KAMP art "Dipoldo di Schweinspeunt" **DBI** 40 (1991) 257-261      <sup>2</sup> Päpstliche Delegierte melden, dass sie ihrem Auftrage, die Unterstutzung Dipolds gegen den Grafen von Brienne

*bei Strafe des Bannes zu verbieten, nicht nachkommen können. (ca. 1201, Juli) [see WINCKELMANN, 519, 40]*

### 3.15.10 De aeris intemperie.

[1] "*Cum estivum tempus et autumnus principum ipsi Romane*<sup>1</sup> ..."

<sup>1</sup>Cf. PL 214.293.

### 3.15.11 De calore.

[1] "*Quia cum carvosus et habitare in zona frigida, consuevi* ..."

### 3.15.12 De frigore.

[1] "*Vernale tempus, quod valde meo corpori est nocivum* ..."

### 3.15.13 De transitu maris.

[1] "*Pridie Kalendas Aprilis*<sup>1</sup> *de portu collavimus Acconensi*<sup>1</sup> *et flante austro navigavimus usque Cyprium*<sup>2</sup> *et postmodum versus in Ytaliam. Iuxta mandati vestri tenorem navigare vellemus et ecce ventus validus, qui a nautis 'circius'*<sup>3</sup> *appellatur, ultraquam dici possit, invaluit, cuius valitudine tamen inter diem et noctem retrocessimus, quantum in septem diebus et totidem noctibus veneramus, sic enim difficilis nos maris transitus impedivit, quod mandatis vestris nequivimus obedire.*"

ap|pellatur [\[33vb\]](#) S

<sup>1</sup> 31 March      <sup>2</sup>      <sup>3</sup>

### 3.15.14 De igne.

[1] "*Sorrensis*<sup>1</sup> *episcopus vobis aportavit, in quibus dedistis nobis firmiter in mandatis, ut acceptis decem milibus, quos Turrensis*<sup>2</sup> *archiepiscopus* ..."

Sorrensis: Sortensis X Socrensis P Torrensis M Corcensis B

<sup>1</sup> Sorres      <sup>2</sup> Torres

### 3.15.15 De aquarum inundatione.

[1] "*Ecclesie Romane agros coluimus diligenter, et plusquam ducenta iugera seminantes, nichil propter aquarum inundationem recolligemus. Unde nobis non*



*possumus nec debemus consuetam frumenti reddere quantitatem. Nam si| Dominus Deus benignitatem non dederit, terra suum fructum non poterit exhibere."*

si | [\[50<sup>r</sup>\]](#) A

### 3.15.16 De fragilitate sexus.

[1] "*Si mandatum apostolicum exequi valeremus, gauderemus utique, quoniam ad nostrum commodum redundaret. Iniunxistis equidem nobis, ut non permittimus iura monasterii deperire, quod per fragilitate sexus facere non valemus. Nam princeps et potentes nostras possessiones invadunt, et quia moniales sumus pariter et abiecte, nullum adiutorem possumus invenire."*

### 3.15.17 De conditione.

[1] "*Iohannes canonicus Parentinus<sup>1</sup> a vestra sanctitate ..."*

<sup>1</sup> Parenzo (Porec). See **IP** 7.2.229-232, **PL** 200.1101, no. 1276. Patriarch Wolfger of Aquileia, granted the monastery of SS. Maria et Michaelis to the Camaldolese.

### 3.15.18 De statuto.

[1] "*Vestra sanctitas non ignorat, qualiter Italie civitates specialia statuta componunt, quibus propter iuramenti vinculum non audet aliquis contraire. Quare frumentum, quod dari iussatis Ferrarie peregrinis, non potui Venecias destinare."*

### 3.15.19 De edicto.

[1] "*Rex Portugalensium,<sup>1</sup> qui a Sarracenis compellitur iugiter dimicare, promulgavit edictum, ut omnes clerici sui regni sint ad arma perati, et cum necessitas postulaverit, prelientur. Ceterum sanctitas vestra nuper nobis inunxit, quod nulli clerico in sacris ordinibus constituto arma sumere| permittamus, quod si facere auderemus, severitas regia in nos acuis vendicaret."*

a: cum/con X

sumere | [\[34<sup>ra</sup>\]](#) S

1

\*\*\*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 3.16

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.16 DE OPPRESSIONIBUS ET GRAVAMINIBUS

#### 3.16.1 De oppressionibus ecclesie Ravennatis.<sup>1</sup>

[1] "*Fecunda filia Syon plorat in montibus et in convallibus lacrimatur, quia venit ad contradictionis aquas et vestire compellitur devellere Gedeonis sicque sparsis crinibus et scissis paniculis laniata super carbonibus denigratur. Sed licet sit nigra, non est formosa, quia decoravit eam intollerabilis oppressio laicorum. Quare calamitosa clamitat ad pedes Simonis Barione, qui Apollinari noscitur ex maioris dilectionis prerogativa dixisse, 'Surge, accipe Spiritus Sanctum simulque pontificatum et perge ad urbem, que vocatur Ravenna'. Unde 'secunda sedes' meruit appellari.<sup>2</sup> Sed nunc ultima et finalis est facta, quoniam civitates miserunt manum ad omnia desiderabilia| sua. Nec est, qui defensionis amminiculum sibi velit in aliquo exhibere. Quare succumbit presidii orphanata. Nam Auximani ausi fuere destruere Montem Cerni et Faventini usurpavere penitus Oriolum. Et, ut dolor et iactura duplicius geminentur, tenebravit nunc Ferraria oculum ecclesie Ravennatis et ei coronam abstulit de lapide pretioso, Argentam videlicet argentatam, de qua plene plenius argentum habebat et sustentationem in omnibus temporalem.| Succurrat ergo sacrosancta Romana ecclesia Ravennati, feriat excommunicationis gladio excedentes, ut in consueto decore sedeat iterum filia iuxta matrem, que sibi dixit, 'A primordio gratie renovate, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ad scabellum pedum tuorum.'"*

| [\[50<sup>r</sup>\]](#) A [\[34<sup>ra</sup>\]](#) S

desiderabilia | [\[50<sup>v</sup>\]](#) A

temporalem | [\[34<sup>rb</sup>\]](#) S

<sup>1</sup> Date 1198-25.IX.1200 (WINCKELMANN 546).

<sup>2</sup>See [Oliva 10.12](#).

#### 3.16.2 De clericis, qui exulant propter collectas impositas.

[1] "*Ad vos clamitat ecclesia Placentina,<sup>1</sup> cuius conditio deterior est quam Israelitici populi, qui Pharaoni servire in luto et latere cogebantur. Procripsit enim nos Placentinorum communitas in angariis parangariis, taliis, datis, collectis, albergariis, lapidibus et arena. Non prodest admonitio, interdictum non valet, excommunicationis sententia non timetur. Compellimur igitur exulare atque per diversas mundi partes suffragia querere mendicata, quoniam de possessionibus ecclesiarum nullam sustentationem habere valemus.*"

<sup>1</sup>Although Boncompagno may refer here to a later case of the commune of Piacenza financially oppressing its congregation of clerics, the events of 1190 provide a striking parallel ([IP 5.515](#) no. 36, ed. [PL 204.1455](#), no. 138). See below, [3.16.4](#).

[2] "*Vestre igitur sanctitati lacrimabiliter supplicamus, quatinus nobis, qui pro ecclesiae*

*affligimur libertate, dignemini taliter providere, quod ecclesia non succumbat, quia si nos desiderare contingerit, defectus noster per exempli similitudinem in ruinam veniet plurimorum."*

### 3.16.3 De laicis, qui per interdictum vel excommunicationem se dicunt esse gravatos.<sup>1</sup>

[1] "*Si propter Argentam subicimur interdicto, non possumus non dolere, quia nulla est nobis colluctatio contra archiepiscopum Ravennatum,<sup>2</sup> sed cum civibus Ravennatibus, quibus pro argento distraxit Argentam, sicut per scripturam publicam ostendimus. Si enim vendere vel donare nichil est aliud quam de proprio facere alienum, quid repetit archipresul? Credimus nempe, quod sub tali pretextu velit Ravennatibus suffragari, cum quibus semper inimicitiam habuimus capitalem. Sed cum vulpe litus arabit, quia volucres pennate<sup>3</sup> retiacula fugiunt, cum tenduntur. Ceterum si pro Ravennatibus duxistis nobis inferre gravamen, retrogradus efficitur ordo nature, quia non est bonum, summere panem filiorum et mittere canibus ad edendum. Nos autem sumus ecclesie Romane filii speciales et Ferrariensis civitas ad ecclesie Romane iurisdictionem nullo mediante cognoscitur pertinere. Non ergo heredes esse debent filii ancille cum filiis libere, qua libertate a spirituali dominio ecclesie Ravennatis nos Romana ecclesia liberavit."*

<sup>1</sup> Edited in E. WINCKELMANN **Friedrich II** Jahrbucher der Deutschen Geschichte, 547, Leipzig 1878. <sup>2</sup> IP 5.70 no. \*254, 5.73 no. \*269. <sup>3</sup>Cf. Psalm 148.10.

### 3.16.4 Alie de tenore consimili.

[1] "*Si Placentini episcopi et cleri<sup>1</sup> sibi commissi dolositates et machinationes vestre sanctitati essent per ordinem patefacte, ipsorum frivolis querimoniis fidem apostolica providentia nullatenus adhiberet, sed potius illos redargueret| de avaritia, quia cum deberent spiritualibus filiis paternaliter providere, de solis micis, que de ipsorum mensis cadebant, noluerunt famelicis impertiri."*

illos om. PX

redargueret | [34<sup>va</sup>] S

deberent MB: deberet XP

<sup>1</sup>IP 5.484

[2] "*Ecce diverse provincie orbis manifeste cognoscunt, qualiter pro burgo Sancti Donnini guerram sustinuimus vehementer, quot et quanta expenderimus pro redemptionibus captivorum. Nec| fuit aliqua ecclesia in episcopatum, que nobis vellet in aliquo misereri. Petivimus enim episcopo et clericis solo intuitu elymosine suffragia karitatis, sed ipsi super ollas carniarum residentes, in nos repente interdicti sententiam promulgarunt, a vobis postmodum generales litteras impetrantes, quod ubique per Italiam nostrum tamquam excommunicatorum consortium ab omnibus cautius evitetur. Unde videmur plurimum contra rationem gravari.*

Nec | [51<sup>l</sup>] A

[3] *Vestram igitur pietatem attentius deprecamur, ut nos ab excommunicationis vinculo absolventes, episcopo atque clericis iniungatis, ut nobiscum pacisci procurent. Alioquin teneant sibi spiritualia, quia temporalia non erunt sibi hoc tempore fructuosa.*"

### 3.16.5 Alie de tenore consimili et fit conquestio, quod salutatio denegatur.<sup>1</sup>

[1] *"Non est mirum, si stupore atque ammirationis vehementia conturbamur, quia nobis a sede apostolica salutationis alloquium denegatur, cuius salutem et honorem pre ceteris Italie civibus studuimus omni tempore conservare. Sane tempore scismatis, quo etiam, qui debebant esse firmi et stabiles, claudicarunt, contra imperatorem Fredericum arma summentes, partem confovimus Alexandri et illum, qui ab heresiarcha fuerat iam intrusus, de nostris finibus reiecimus violenter. Cur ergo pro ecclesiis et hominibus de Summo Fonti, qui Octavianum Ostiensem et Veletrensem episcopum cepere atque multos ecclesie Romane nuntios spoliaverunt, nos excommunicaverit cardinalis, penitus ignoramus, et maxime cum appellationem premisimus ante gravamen. Contra rationem gravati ad vos recurrimus confidenter, supplicantes attentius et devote, ut nos ab excommunicationis vinculo taliter absolvatis, quod Florentia in ecclesie Romane servitio cunctis possit temporibus refluere."*

<sup>1</sup> Cf. **Palma** [17.34-8](#). Date 1190-1206 (WINCKELMANN 556).

### 3.16.6 Alie de tenore consimili et fit mentio de variatione salutationis.

[1] *"Sanioris consilii spiritum spirituale pater, consiliarius summus et medicus delictorum nobis<sup>1</sup> loco salutationis transmisit, epistole titulo variato. Et licet propter Belunensem<sup>2</sup> episcopum, qui vestram contra nos indignationem promovit, gravemur, nichilominus tamen credimus, quod tunc salutationis alloquium geminatur, cum sanum consilium filiis exhibetur. Vos autem eidem episcopo dare dignabimini firmiter in mandatis, | ut nos ab excommunicationis vinculo absolvere non postponat."*

mandatis | [\[34vb\]](#) S

<sup>1</sup> Podesta William and the people of Treviso.      <sup>2</sup> Belluno. See **IP** 7.1.93 no. \*6 and **IP** 7.1.114-115 nos. \*5, \*6; also **Die Register Innocenz III** 2.37-42 no. 2.27 and **PL** 214.922-926.

### 3.16.7 De illis, qui privantur officio.

[1] *"Pietati vestre, que contra rationem gravatis existit refugium singulare, presentibus litteris intimamus, quod episcopus Narniensis<sup>1</sup> spretis sacrorum canonum sanctionibus post appellationem ad sedem apostolicam promulgatam, nos presumpsit officio privare divino. Eapropter vestre clementie humiliter supplicamus, quatinus Tudertino<sup>2</sup> episcopo detis firmiter in mandatis, quod si post appellationem id facere attemptavit,*

*nos de auctoritate sedi apostolice ab interdicto nullius appellatione obstante absolvat."*

<sup>1</sup> Narni.    <sup>2</sup>Todi.

### 3.16.8 De illis, qui privantur beneficio.

[1] "*In quadam egritudine votum emisi, quod infra certum tempus post liberationem limina beati Iacobi apostoli vistarem. Episcopus<sup>1</sup> autem vocatus a rege, inerat in regione longinquam. Ego autem accessi ad decanum et capitulum Sipotinum et impetrata licentia votum adimplevi promissum. Post reversionem autem meam episcopus me beneficio ecclesiastico privavit, asserens quod sine ipsius licentia id facere non debebam. Vestre igitur clementie duxi humiliter supplicandum, quatinus firmiter iniungatis archiepiscopo Malfitano, quod si me taliter esse constiterit spoliatum, michi restitutionis beneficium nullius appellatione| obstante indulgere procuret."*

asserens] desserens X    appellatione] | [\[51v\]](#) A appellationis X

<sup>1</sup>Archbishop of Sipontino Hugo de Troia (1195-1210) or Rogerius de Anglone (1219-1256).

### 3.16.9 De illis, qui privantur utroque.

[1] "*Spoletanus<sup>1</sup> episcopus labe pollutus velut arbor fatua et vilissimus idiota, post appellationem ad vos factam, nos ausu temerario ecclesiasticis privavit officiis et beneficiis spoliavit. Eapropter vestram clementiam humiliter exoramus, quatinus Perusino<sup>2</sup> episcopo iniungatis, quod si post appellationem factam nos esse constiterit spoliatos, de auctoritate sedis apostolice nos ab interdicto absolvat et nobis nullius appellatione obstante beneficium restituere non postponat."*

<sup>1</sup> Spoleto (or Split?)    <sup>2</sup>Perugia

### 3.16.10 De illis, quibus decime auferuntur.

[1] "*Clementie vestre, ad quam contra rationem gravati velud ad securissimam portum recurrunt, tenore presentium intimamus, quod Nonantulensis<sup>1</sup> abbas et eiusdem ecclesie fratres decimas ad nostram ecclesiam pertinentes per violentiam abstulerunt"* vel "*decimas, quas de iure Bundeni<sup>2</sup> habemus, sibi dolosis machinationibus usurparunt*" vel "*decimas, quas per centum annorum spatium ecclesia nostra possedit, nuper occasione temporalis dominii sibi vindicare nituntur. Eapropter etc."*

Bundeni MB] Bondreni P Ponderi X

<sup>1</sup> See GIROLAMO TIRABOSCHI (1731-1794) **Storia dell'augusta Badia di S. Silvestro di Nonantola, aggiuntovi il Codice diplomatico della medesima** (Modena 1784-85) 2 vols.    <sup>2</sup>S. Maria de Bondeno. According to KEHR (**IP** 5.363), this church was granted to the abbey of Nonantola by



Charlemagne and belonged to it until the twelfth century, thereafter to the diocese of Ferrara. For another case of this abbey usurping tithes owed to the Bolognese house of S. Victor, see **JL** 10673.

### 3.16.11 De illis, qui decimas de suis laboribus et novalibus dare compelluntur.

[1] "*Vobis, qui vice Petri faciente Domino in apostolatus cathedra residetis, lacrimabiliter lamentamur de archiepiscopo Maguntino,<sup>1</sup> qui sua potentia et nulla rationabili causa confisus nobis abstulit decimas consuetas*" vel "*qui sue magnitudinis mole| nos premens iussit auferri decimas ad nostram ecclesiam pertinentes*" vel "*qui nobis inrequisitis iussit alteri ecclesie decimas exhiberi, quas nostri antecessores absque omni contradictione per centum annorum spatium habuerunt.*"

mole | [\[35<sup>ra</sup>\]](#) S

<sup>1</sup> Mainz.

[2] "*Eapropter vestre sanctitati hummilter supplicamus, quatinus ei firmiter iniungatis, ut subtracta restituat et nos in hiis vel aliis molestare ulterius non attemptet*" vel "*quatinus Constantiensi<sup>1</sup> episcopo detis firmiter in mandatis, ut utramque partem ante suam presentiam convocet et auditis, que hinc inde proposita fuerint, causam ipsam canonico fine decidat*" vel "*quatinus episcopo Herbipolensi<sup>2</sup> iniungere dignemini, quod si rem ita esse invenerit, nobis subtracta in integrum restitui faciat et postmodum convocatis partibus audiat queque singula, prout ordo canonicus postulabit.*"

<sup>1</sup>Constance.      <sup>2</sup>Würzburg.

### 3.16.12 De Claravellensium conquestione, qui dare decimas compelluntur.

[1] "*Sanguis fratrum Claravellensium<sup>1</sup> clamat ad vos de terra, quoniam de terra, quam propriis manibus colimus, per Treverensem<sup>2</sup> episcopum compellimur decimas exhibere, et maxime cum ab ecclesia Romana sit nobis cunctisque nostris obedientiis specialiter indultum, ne de terris nostris vel novalibus teneamur decimas impertiri. Cuius rei causa vestram suppliciter clementiam exoramus, quatinus ei firmiter iniungatis, ne nos super hiis ulterius molestare presumat.*"

<sup>1</sup> S.Maria di Sanavalle (Follina). See **IP** 7.1.85 no. 1 (ed. **PL** 201.1318 no. 189).      <sup>2</sup>Treviso (although the spelling indicates Trier).

### 3.16.13 De illis, quibus sepulture vel parrochie subtrahuntur.

[1] "*Ad vos reverende patre fuis lacrimis clamitamus, de archidiacono et canonicis Bononiensibus conquerentes, qui sepulturas ad nostram ecclesiam ex approbata et antiqua consuetudine pertinentes, sibi machinationibus dolosis usurpant. Quare*



*sanctitati vestre cogimur supplicare, quatinus causam ipsam Ferrariensi episcopo commutatis, qui audiat, que hinc in ordine iudiciario proponentur, et postmodum sublato appellationis diffugio illam non differat fine canonico terminare."*

Ferrariensi] Paduane X

[2] Ubi dixi 'sepulturas' dicas 'parrochias' vel 'decimas' et erit in his tribus epistola generalis.

### 3.16.14 De illis, qui usurorum exactionibus pergravantur. |

[1] "*Aborrende memorie Cuminellus,<sup>1</sup> dum essem Bononie in studio litterarum, michi ducentas marcas argenti prestitit sub usuris, de quibus ante suum decessum preter sortem sibi octuaginta marcas persolvi. Verum quia non eram Bononie, cum ipsius orribilis anima de corpore nefandissimo exalavit et recepta est a diabolo et angelis eius in fornace flaminoma, libros, quos in manibus alterius angeli Sathane, Thebaldi scilicet usurarii, causa illius debiti obligaveram, rehabere non possum. Quapropter clementiam vestram supplici prece desposco, quatinus Bononiensi| episcopo detis firmiter in mandatis, ut si probatum fuerit me soluisse debitum et usuras, ipsum Thebald., appellatione remota ecclesiastica censura compellat restituere michi libros, quos occasione dicti debeti detinet obligatos."*

rubr. pergravantur | [52r] A

Bono|niensi [35rb] S

prece] voce P

<sup>1</sup>Cuminellus was a notary. **Chartularium Studii Bononiensis** 3.159 no. 138 (23 November 1199).

### 3.16.15 De mulieribus, que a viris absque iudicio ecclesie reliquuntur.

[1] "*In oppinati doloris anxietas me compellit exordium nobis proponere dolorosum ..."*

### 3.16.16 De universitate scolarium, que cum a cardinali semel gravaretur, domino pape suum gravamen intimavit.

[1] "*Exordiri probabiliter invitamur et narrationem trahere a litteris, quas dominus Wido,<sup>1</sup> tituli sancte Marie Transtiberim presbyter cardinalis, apostolice sedis legatis nostre universitati direxit, necessario compellimur, quia cum honus importabile superponitur, quies queritur indesinenter, ne mole magnitudinis unum premat et alterum peareat sicque fiat duplex ammissio in utroque."*

<sup>1</sup>Guido de Papa, cardinal priest of S. Maria in Trastevere (1195-1206). The legatine mandate to Bologna took place in the spring of 1200. See WERNER MALECZEK **Papst und Kardinalskolleg von 1191 bis 1216** (Wien 1984) 100

[2] "*Nam dum nuper Bononie studeremus, prefatus cardinalis nobis litteras destinavit, in quibus civitatem ipsam et cives non modicum exasperavit, nobis sub excommunicationis pena firmiter iniungendo, ne hospitia per anno futuro ibi conducere*

*auderemus necque prepararemus nos aliquatenus ad studendum."*

prepararemus] preparemus MB

[3] "*Nos autem ob sedis apostolice reverentiam litteras audientes, quicquid magister/ Obertus Mediolanenses<sup>1</sup> in medio nostrum proposuit, intelleximus diligenter: 'Ceterum Bononienses non accusamus nec excusamus, | sed ubi res nostra evidenter agitur, clamamus, quia tacere nequimus. Profecto, cum simus ecclesie filii et heredes et non habemus alium protectorem nisi vos, qui faciente Domino in apostolatus cathedrali residetis, miramur, quod in primo mandato et maxime sub pena excommunicationis iubemur absque causa rationabile exulare.'"*

magister | [\[35va\]](#) S

excusamus | [\[52v\]](#) A

residetis] residens P

<sup>1</sup>Perhaps a descendant of Obertus de Orto, the famous Milanese feudist whose son studied in Bologna.

[4] "*'Ordo quippe scolasticus est ecclesie speculum, hereticorum repagulum, organe sapientie et candelabrum in altissimis residens, cuius splendore mundus totus et universa, que subsistunt sub celi habitu, illustrantur. Ab ipso quidem trahuntur omnia principalia et secundaria ecclesie membra, et quantacumque polleant dignitate, scolastica esse non desunt. Videretur ergo res in alteram verti naturam, si viri scolastici ab ecclesia non diligerentur, et maxime cum ex ipsis et in ipsis consistere videatur. Unde, licet quidam sint in partem sollicitudinis evocati, ab illo regi specialiter volumus, qui habet plenitudinem potestatis. Videmus etiam, quod studium non posset extra Bononiam hoc tempore ordinari, quod iuris periti propter iuramentum, quod fecerunt, civitatem egredi non possunt et scolares plurimi non parvo debitorum onere pregravantur, qui non possunt exire nisi solverint nec his temporibus sunt solvendo.'"*

[5] "*Petitionem igitur nostram, tamquam speciales immo specialiores et specialissimi ecclesie Romane filii, vobis, qui pre cunctis vitam scolasticam dilexistis et diligitis, secure offerimus, vestram clementiam humiliter deposcentes, ut cardinalis commodius mandatum relaxetis. Dignetur itaque paternitas vestra benedictionis apostolice nobis dirigere litteras, in quibus certam remorandi licentiam conferatis. Nos autem rogabimus assidue Cunctipotentem, ut vos faciat vivere cum gloria et honore in longitudinem dierum detque vobis, ut urbi et orbi preesse possitis in omni plenitudine gaudiorum.'"*<sup>1</sup>

<sup>1</sup>Translation in MAP2.TUC.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 3.17

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.17 DE RESPONSIONIBUS IUDICUM DELEGATORUM

#### | 3.17.1 De illis, qui respondent antequam causa commissa terminetur, pro eo quod litigantes desistunt.

[1] "*Quamquam sumus inscientes et canonici iuris ignari, sedis tamen apostolice iugum suave nobis videtur et onus ad ferendum leve.*"

| [\[52v\]](#) A [\[35va\]](#) S [\[28vb\]](#) P | [\[35vb\]](#) S tamen om. P nobis] vobis P

[2] "*Vestra siquidem sanctitas nobis iniunxit, ut causam, que inter .P. Calleritanum electum ex una parte et decanum et quosdam canonicos ex alia vertebatur super facto archiepiscopalis electionis, audiremus et fine deberemus canonico terminare.*"

.P.] .R. P Calertranum P

[3] "*Nos autem apostolicum mandatum prosequi cupientes utramque partem ante nostram presentiam convocavimus, et in tantum fuit in causa processum, quod lix est ordine iudiciario contestata. Demum utraque pars nec venit nec responsalem transmisit ad terminum constitutum. Cum vero postmodum actorem et reum propensius citaremus, ita respondebant acsi numquam nobis causa commissa fuisset.*"

autem om. P in tantum] tantum?/tamen? P lis] lix P nec] non P actorem]  
auctorem P nobis] vobis P

[4] "*Hec autem ideo sanctitati vestre duximus referenda, ne in prosecutione mandati apostolici esse desides videamur.*" |

duximus] diximus P videamur | [\[53r\]](#) A [\[29ra\]](#) P

#### 3.17.2 De illis, qui deferunt appellationi, cum in commissionibus non fit mentio de appellatione.

[1] "*Causam, que vertitur inter cenobium de Franeto<sup>1</sup> et hospitale de Larola super facto acqueductus, nobis vestra sanctitas audiendam commisit.*"

Farneto P nobis] vobis P

<sup>1</sup>Pharneto

[2] *"Cum autem iam esset in tantum processum, quod lix contestari debebat, pars cenobii sedem apostolicam appellavit."*

lix] lis P

[3] *"Cui appellationi detulimus, sicut facere debebamus, quoniam littere ipse cum appellationis remedio fuerant impetrate."*

detullimus P

### 3.17.3 De illis, qui deferunt appellationi, cum super accessorio appellatur.

[1] *"Cum in causa, que vertitur inter canonicos Aretinos<sup>1</sup> et abbatem Sancte Flore super facto abbacie, in qua de novo constituta ecclesia est cathedralis, iuxta mandatum vestrum procederemus et post contestationem litis et multas allegationes testes introduci deberent, pars abbatis fratres et speciales amicos ad testificandum inducere conabatur."*

Flore] cum *add.* P      est ecclesia *tr.* P      litis *om.* P      multa P      testificande P

<sup>1</sup> Arezzo

[2] *"Unde, ne illos reciperemus, canonici sedem apostolicam appellarunt, allegantes quod non licebat abbati pugnare domesticis testimoniis."*

[3] *"Quare appellationi detulimus et utramque partem ad vestre sanctitatis pedes remittimus absolutam."*

### 3.17.4 De illis, qui non deferunt appellationi, cum super| accessorio appellatur.

[1] *"Vestre dominationis immensitas nobis causam matrimonii, que vertebatur inter ducem Burgundie et filiam comites de Sabadia, audiendam commisit et fine canonico terminandum."*

*rubr. super* | [\[36<sup>ra</sup>\]](#) S      P

[2] *"Unde, cum in tantum iam esset processum, quod utraque pars allegationibus et attestationibus renunciaverat, et nos de utriusque consensu proferre deberemus sententiam finitivam, allegavit dux, quod mater sua graviter egrotabat et recedere cogebatur. Et super hoc accessorio appellavit."*

sententiam] sentiat P      et recedere] et *om.* P

[3] *"Nos vero--tum quia sublatum erat in litteris commissionis appellationis remedium,*

*tum quia frivolum, super quo appellabat, omnibus videbatur--de sapientum consilio partem ducis condempnavimus, adiudicantes quod illam retineat pro uxore sibi que reddat in omnibus debitum maritale."*

partem] parte P

### **3.17.5 De duobus iudicibus, quorum unus suspectus habetur, unde non fit in causa processus.**

[1] *"Controversiam, que vertitur inter .H. plebanum de Lindavia ex una parte et eiusdem ecclesie capitulum ex alia super electione ab ipso celebrata, sanctitas vestra nobis audiendam commisit et fine debito terminandum."*

Controversiam] E prem. rubr. P      capitulum] .C. P      ipso] .C. add. P

[2] *"Nos autem iuxta mandati vestri tenorem utramque partem ad nostram presentiam convocavimus et cum parati essemus in facto procedere, pars capituli firmiter asserebat, quod alter nostrum, prepositus videlicet Constantiensis, plebano est consanguinitatis proxima linea copulatus. Unde appellavit, quod in causa procedere minime deberemus."*

ad] ante P      nostram rep. P      convocavimus] vocavimus P      capituli] .C. P  
proxima consanguinitatis tr. P      procedere] pro eodem P

[3] *"Quare a cause prosecutione destitimus, quia idem prepositus hoc inficiari nequibat."*

### **3.17.6 De duobus iudicibus, quorum unus moritur ante litis contestationem.**

[1] *"A sedis apostolice sanctitate causa, que vertitur inter Perusinum et Urbevetanum episcopos super divisione diocesum, michi et episcopo Narniensi fuit sine remedio appellationis commissa."*

A om. rubr. P      vertitur] vertebatur P      Parusinum P      Urbevetanum P

[2] *"Cum autem ambo iuxta mandati vestri tenorem procedere parati essemus, condelegatum repentina febris invasit. Unde post triduum temporalis mortis legata persolvit."*

sententiam] sentiat P      et recedere] et om. P

[3] *"Ego vero solus in causa procedere non debeo, quia non continebatur in litteris, quod absque coniudice aliquid audire deberem."*

[4] *"Unde utramque partem ad sanctitatis vestre pedes remitto." |*

remitto | [\[29rb\]](#) P

### 3.17.7 De iudiciis, quibus non sit iniunctum, ut sententiam ferant, sed allegationes et attestaciones tenentur summo pontifici destinare.

[1] "*Elapso iam unius anni spatio, vestra michi sanctitas causam audiendam commisit, que vertitur inter episcopum Tridentinum et eiusdem ecclesie capitulum super facto renuntiationis episcopatus, ex eo quod idem episcopus in renuntiatione ipsa dicebatur| emisisse votum et recipisse| habitum monachalem.*"

Tridentinum] tridem tamen P      capitulum] .C. P      diceba|tur [\[36rb\]](#) S  
recepisse [\[53v\]](#) A

[2] "*Arduum erat negotium et prefati magnitudine atque difficultate itineris differendum. Demum licet cum labore non modico allegationes et attestaciones utriusque partis audivi, quas iuxta mandati vestri tenorem vobis meo sigillo impressas transmittito.*"

mandati] mandatum P      impressas] impressa P

### 3.17.8 De inceptiis pro simplicibus dictatoribus.

[1] Preterea simplices dictatores hanc inceptiionem possunt facere generalem:

[2] "*Placuit sanctitati vestre committere nobis causam, que vertitur*"--si non est finita; si vero finita--"*que vertebatur inter tales,*" positis nominibus litigantium, "*super facto decimarum*" vel "*sepulture*" vel "*super facto electionis*" et sic de ceteris controversiis. Et erit illa inceptio pro universis et singulis generalis.

[3] Vel aliter: "*Sedis apostolice sanctitas, que ius canonicum et civile palmo concludit*" vel "*que ligandi et solvendi optinet potestatem*" vel "*que freno rectitudinis excedentium protervitates compescit*" vel "*que cuilibet propria iura conservat*" vel "*que urbi et orbi presidet universo*" vel "*que litigantium controversias rectitudinis falce praececidit, causam que vertebatur inter tales nobis audiendam commisit et fine debito terminandum.*" Et erit ista regula generalis, specificatis nominibus litigantium et causarum.

freno P      erectitudinis P      compescit P      urbi et] urbis P      inter tales om. P  
ista] iam P      generalis] in add. P

\*\*\*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999



## Boncompagnus 3.18

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 3.18 DE SENTENTIIS DATIS

#### 3.18.1 De illis, qui ferunt sententiam in contumaces.

[1] "*Cum inter episcopum Vicentinum<sup>1</sup> ex una parte et eiusdem ecclesie prepositum et capitulum ex altera de quibusdam prediis et decimis controversia verteretur, michi summus pontifex causam ipsam absque appellationis remedio audiendam commisit et fine canonico terminandum.*"

| [\[53v\]](#) A [\[36rb\]](#) S capitulum et prepositum tr. S canonico] debito S

<sup>1</sup>Vicenza.

[2] "*Cum autem utramque partem, prout ordo canonicus postulat, convocassem, pars episcopi non venit nec responsalem transmisit. Iterato quidem eidem episcopo terminum XV. dierum prefixi. Ad quem venit et dedit cautionem iudicio sisti. Postmodum vere bis et ter et uno peremptorio citatus edicto non venit nec responsalem transmisit.*"

autem om. S .XV.] quindecim S vere] vero S

[3] "*Unde ipsum episcopum de plurimorum sapientum consilio tamquam contumacem condempno et prepositum atque canonicus ab eius impetitione de auctoritate apostolice sedis absolvo.*"

#### 3.18.2 De illis, qui post litis contestationem, post allegationes et examinationes| attestationum non recipiendo exceptiones neque deferendo appellatori sententiam proferunt finitivam.

[1] "*Nos .S.<sup>1</sup> Remensis et .H.<sup>2</sup> Rotomagensis archiepiscopi super causa, que vertebatur inter Cantuariensem electum<sup>3</sup> ex una parte et eiusdem ecclesie capitulum de electione ab ipso capitulo celebrata, iudices delegati processimus iuxta mandati vestri tenorem sicut presens narratio demonstrabit.*"

rubr. examina|tiones [\[36va\]](#) S rubr. attestationum S] ad testimonium A  
 Rothomagensis S capitulum] ex altera add. A precessimus S narratio]  
 variatio S

<sup>1</sup>Samson de Mauvoisin, archbishop of Rheims (1140-21 Sept. 1161).  
 archbishop of Rouen (1130-1164).

<sup>2</sup>Hugo d'Amiens,

<sup>3</sup>Thomas Becket, archbishop of Canterbury (elected ?-? 1161,

consecrated 27 May 1162, murdered 29 December 1170).

[2] "*Imprimis enim utramque partem ante nostram presentiam convocavimus et receptis, prout ordo iudiciarius postulat, cautionibus iudicio sisti audivimus, que hinc inde fuerunt proposita diligenter. Pars quidem electi firmiter asserebat, quod sine alicuius contradictione fuerat electus, et ex hoc testes .XI. introduxit, qui satis uniformiter queque singula dicere videbantur. Capitulum namque instantissime allegebat, quod quidam ex eis ante electionem appellationis vocem emisserant, pro eo quod suffraganei| contra consuetudinem ecclesie se numero elegantium aggregabant. Super quo novem fuerunt introducti testes, qui diversimode referre omnia cernebantur.*"

In primis S nostram] vestram A S satis uniformiter queque singula] satis iiii  
 queque singula firmiter A dicere tr. S ante queque pro eo om. AS suf|  
 fraganei [54<sup>r</sup>] A novem] .ix. A fuerunt] fuere S qui] quod S cernebant S

[3] "*Fuere siquidem post contestationem litis exceptiones plurime ab utraque parte inaniter allegate, quas non admisimus, ex eo quod veritatis radicem non habebant. Et ex parte capituli fuit bis et ter super frivolis accessoriis appellatum, quibus appellationibus non detulimus, videntes quod per eas subterfugia querebantur.*"

litis contestationem tr. A allegate] elegate S radicem] iudicem AS Et ex  
 parte--subterfugia querebantur S] om. A

[4] "*Auditis demum allegationibus utriusque partis et examinatis acutius attestationibus in purgatorio veritatis, auctoritate apostolica, que nos in hac causa in partem sollicitudinis evocavit, Cantuariense capitulum condempnamus, electum ab omnium impetitionibus absolventes.*"

acutius] accutius A causa] parte A

[5] "*Et ut hec sententia robur suscipiat et canonicum firmamentum, ipsius paginam nostrorum sigillorum munimine roboramus.*"<sup>1</sup>

<sup>1</sup>See above, [3.3.4-5](#) and below, [3.20.4](#).

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 3.19

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 3.19 DE CRIMINIBUS ABORRENDIS

### | 3.19.1 De illo, qui uxorem pregnantem interfecit.

[1] "*Lator presentium .H. illustrius Andegavenses comes<sup>1</sup> cum ...*"

| [\[54r\]](#) A [\[36va\]](#) S | [\[36vb\]](#) S

<sup>1</sup> John Lackland was judicially deprived of Anjou in 1203 and militarily in 1204. Philipp Augustus presented the county to Arthur of Brittany, who was however murdered by John in 1203, although his death was not known until 1206, and its cause until 1206. Both John and his successor Henry III continued to affect the titles but Anjou was thereafter in the hands of the French monarchs. The latter was not married until 1236. The ferocity of the house of Anjou was legendary: see W.L. WARREN **King John** (Los Angeles 1978) 2-3 citing **Giraldi Cambrensis Opera** 8.201-2, 309. some years later.  
 Literature: JACQUES BOUSSARD **Le comte d'Anjou sous Henri Plantegenet et ses fils : 1151-1204** (Paris: Honore Champion, 1938); FRANCOIS DORNIC **Histoire de l'Anjou** (Paris, Presses universitaires de France, 1971); LOUIS HALPHEN ed. **Chroniques des comtes d'Anjou et des seigneurs d'Amboise** (Paris, A. Picard, 1913)

### 3.19.2 De illo, qui in servitio domini sui multa vitia perpetravit.

[1] "*Portitor presentium .R. miles regis Aragonensis ...*"

### 3.19.3 De illo, qui filium suum causa correctionis occidit.

[1] "*Quamquam harum baiulus sit plusquam penitentes et contritus ...nimio| consepultus ...*"

nimio | [\[54v\]](#) A

### 3.19.4 De illo, qui patrem instigante diabolo interfecit..

[1] "*Presumpuosa latoris presentium manus genitorem, qui eum causa correctionis acriter verberat, cooperante diabolo interfecit. Quare ipsum ad vestre sanctitatis pedes transmitto, ut filio dignemini consulere penitenti.*"

### 3.19.5 De illo, qui matrem verberavit.

[1] "*Si maledictus est ille, qui patrem exasperavit ...accedit.*" |

accedit | [\[37<sup>ra</sup>\]](#) S

### 3.19.6 De illo, qui fratrem carnalem interfecit.

[1] "*Non sine dolorem latoris presentium crimen referimus ...*"

### 3.19.7 De illo, qui causa ebrietatis in die sancta Veneris carnes comedit.

[1] "*Dum lator presentium in mensa die sancta Veneris resideret, in contemptum abstinentium vinum meracissimum repotavit. Qui cum esset ebrietate, que nullum vitum excusat, infectus carnes coxit et ex eis rugientem ventrem implevit, referens circumstantibus quod ieiunium non erat anime profectivum, quoniam anima in separatione corporis deperibat. Nunc vero suum recognoscens excessum, medullitus ingemiscit et lacrimabiliter querit a vobis penitentiam de commissis.*"

### 3.19.8 De monacho, qui strangulavit abbatem et interfecit monachum dormientem.

[1] "*Super talentum plumbi sedet iniquitas et super monacho isto cuncta malitia demoratur. Hic enim quadam nocte cellam vinariam ingrediens, cum quodam terebello universas monasterii vegetes perforavit et, singulis vinorum generibus degustatis, in claustrum rediit plenissime debachatus. Et ecce abbas ad pulsationem horologii surrexerat et more solito monasterium ingredi cupiebat. Ille vero apprehendens cuculle capucium, cepit eum fortissime regirare. Abbas autem cepit dicere "De profundis". Et ille inquit: "Et ego in profundum putei te demergam." Quid plura? Sic regirando strangulavit abbatem et corpus in puteum claustrum proiecit. Postea vero ingrediens dormitorium, quendam interfecit monachum dormientem. Ego quidem, licet de sua salute desperem, propter alia innumerabilia crimina et quia in ipsius ore numquam veritas est inventa, has tamen ei litteras dubitanter concessi, quibus se vestro apostolatui presentaret ..."*

### 3.19.9 De monacho, qui toxicavit abbatem.

[1] "*Monachus iste immo demonachus ambitione dominum ...*"

### 3.19.10 De Samno<sup>1</sup> monacho et innumerabilibus iniquitatibus eius.

[1] "*Samnus Dalinensis, qui has litteras compunctionis monachus fuit habitu et in monasterio per terminum demorando, multa scelera perpetravit. Postmodum vero| cum galeis...ut bruta| animalia...*"

has] in presagium add. S

vero | [\[37<sup>tb</sup>\]](#) S

bruta | [\[55<sup>r</sup>\]](#) A

<sup>1</sup>For the crimes of Samnus Daliniensis , see [3.13.18](#).

### 3.19.11 De plebano, qui virum cuius uxorem cognoverat exoculavit.

[1] "*Plebanus hic, qui vobis carmen sui doloris apportat ...*"

### **3.19.12 De sacerdote, qui execrabilia facinora perpetravit.**

[1] "*Presentium portitor .H., dum indigne sacerdotii ...*"

### **3.19.13 De illo, qui presbyterum interfecit super altare.**

[1] "*Sicostratus, natione Sardus et officio faber lignarius, cum ad silvam cum securi et ascia summo diluculo properaret, ecce quidem neptis eius altis ipsum vocibus clamitabat, dicens: 'Revertere, revertere, quia sacerdos tuam cognoscit uxorem.' Ille vero festinans de sacerdote quesivit. Tunc quidam ex vicinis eius ait: 'Modo recessit et iam incipit missarum solemniam celebrare.' Ipse quidem cucurrit festinantius et elevata securi sacerdotem super altare mactavit. Post naufragium denique ad tabulam secundum cucurrit et optat abolere per penam, quod commisit per culpam.*"

Sicostratus] Licostratus Schönbach ed

### **3.19.14 De illo, qui violentas manus iniecit in clericum.**

[1] "*Hermanus presentium lator manus in quendam clericum ...*"

### **3.19.15 De illo, qui sodomiticum facinus perpetravit.**

[1] "*Hic homo de humo immo de limo in luto sodomitici sceleris se fedavit|. Unde...*"

fedavit | [\[37<sup>va</sup>\]](#) S

### **3.19.16 De illo, qui cognovit diversa genera bestiarum.**

[1] "*Contremiscit stilus perorantis, lingua pavescit dum ...*"

### **3.19.17 De monacha, que cum monacho aufugit.<sup>1</sup>**

[1] "*Monialis hec demonosa quidam monachum demoniachum ...*"

<sup>1</sup>See JEAN LECLERCQ "Documents sur les fugitifs" *Analecta monastica* 7 (1965) = **Studia Anselmiana**.

### **3.19.18 De muliere, que post adulterium accepit habitum monachalem et iterum commisit incestum.**

[1] "*Latrix presentium .B. postquam a viro fuit per ....|*"

### **3.19.19 De muliere, que de cella exivit et cum sacerdote aufugit.**

[1] "*Latrrix presentium .A., cum per octo annorum spatium ...*"

### **3.19.20 De muliere, que corpus lenocinio proscripsit.**

[1] "*Mulier, que vobis hanc paginam sigillatam presentat ...*"

### **3.19.21 De muliere, que virum suum pro quodam adultero toxicavit.**

[1] "*Latrrix presentium .B. virum suum pro quodam adultero toxicavit. Quare illam ad apostolice sedis clementiam destinamus, supplicantes attentius ut defectum nostre scientie in exhibitione penitentie suppleatis.*"

### **3.19.22 De muliere, que virum suum causa cuiusdam adulteri interfecit.**

[1] "*Filia Babilonis misera, que cryographum criminis aborendi ostendit, causa cuiusdam adulteri virum proprium interfecit. Unde se vestre pietati presentat, penitencie remedium postulando.*"

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999



# Boncompagnus 3.20

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title \(4.1\)](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 3.20 DE PETITIONIBUS

### 3.20.1 Quid sit petitio.

[1] Petitio est brevis et expressus dicendi modus, qui principalia tangit et accessoria non omittit. Vel petitio| est quedam verborum congeries, que affectum breviter exprimit petitionis. Vel petitio est quedam cedula<sup>1</sup> memorialis, que breviter propositum petitionis declarat.

| [\[55v\]](#) A [\[37vb\]](#) S | [\[38ra\]](#) S      petitio | [\[56r\]](#) A

1

Perhaps the reading should be *cellula*: see **Rhetorica novissima** [8.1.17](#). At the very least Boncompagno intends a pun here

### 3.20.2 Unde dicatur.

[1] Petitio dicitur a petitore. Vel dicitur petitio, quoniam hoc verbum poni "*petit*" frequentius in petitionibus consuevit.

### 3.20.3 Quare per tertiam personam fiat petitio.

[1] Per tertiam personam petitiones ideo fiunt, quoniam illi, qui eas offerri faciunt, ex maiori parte sunt absentes, unde rationabilius per tertiam personam allegare videretur. Si autem illi, qui sunt presentes, per tertiam personam illas offerunt, vestigia plurium imitantur. Vel potest dici, quod quedam species verecundie removetur, cum per tertiam personam aliquid de aliquo allegatur. Vel potest dici, quod per hoc vitatur prolixitas et observatur commoditas brevitatis.

### 3.20.4 De electionibus.

[1] "*Vestre significant sanctitati suffraganei Cantuariensis archiepiscopatus, quod--cum Remensis<sup>1</sup> archiepiscopus causam, que verititur inter eos ex una parte et archidiaconum et capitulum ex alia super electionem factam de Lugdonensi<sup>2</sup> episcopo, qui fuit in archiepiscopum electus, iuxta mandati vestri tenorem procedere vellet et parati essent probare, quod electio non fuerat secundum ius et approbatam consuetudinem celebrata--pars capituli sedem apostolicam appellavit. Archiepiscopus autem appellationi differens, dedit illis apostolos,<sup>3</sup> cum quibus ante vestram presentiam accesserunt. Illi vero tunc ad vos direxerunt episcopum Xenofontensem,<sup>4</sup>*

*qui cum eis diutius litigavit, quia non poterant esse in iudicibus concordēs. Demum sanctitas vestra Rotomagensi archiepiscopo causam appellatione sublata comisit, coram quo dum lix contestari deberet, contra ipsum frivolam suspicionis causam invenientes, iterum appellarunt. Tunc archiepiscopus illis reluctantibus appellationi detulit, eis apostolos exhibens, cum quibus ad vos venire deberent. Ipsi vero ad sanctitatis vestre pedes remiserunt Xenofontensem et tunc de communi condordia Eboracensem<sup>5</sup> archiepiscopum et abbatem Claravalensum iudices elegerunt, qui sicut viri providi et discreti| utramque partem ante suam presentiam convocarunt et ceperunt de facto audire. Sed post contestationem litis quidam monachi Cantuarienses ad sedem apostolicam accesserunt, qui per subreptionem et veritate tacita impetravere litteras, in quibus continebatur, quod Parisiensis<sup>6</sup> episcopus deberet esse in eadem causa tertius iudex, ut sic subterfugendi materiam invenirent. Priores vero delegati nichilominus in causa procedere volentes, ipsos duobus peremptoriis citavere, qui vix ad tertium citati venerunt, exceptiones frivolās proponentes. Sed cum suffraganei de suis episcopatibus quosdam religiosas prelatos vellent producere testes, ipsi ex adverso dixerunt, quod non licebat eis pugnare domesticis testimoniis, et super hoc accessorio appellarunt. Quare iudices dubitantes et trepidantes, ubi non erant timor, appellationi detulerunt. Eapropter petunt a sanctitate vestra, ut utramque partem ante vestram presentiam convocetis, quoniam causa ipsa non poterit alibi terminari."*

Lugdolensi X Lugdonensi BPM. essent] erunt X tunc] nunc X vos] duos P  
 Xenofontensem] Tarvisinum (ie Trevisio) X Xenofontensem B Xenofontensem M  
 Xenofontensem P (Saintes/Xaintes) lix] lis Xenofontensem] Paduanum X  
 Xenofontensem P Xenofontensem M Xenofontsem B discre|ti [38<sup>rb</sup>] S vix ad:  
 iuxta M non om. B

<sup>1</sup> Samson de Mauvoisin (1140-21.9-1161), Henricus de France (tr. 14.1.1162-1175), Guilielmus de Champagne (tr. 1176-7-9.1202), Guido Pare (1205-30.7.1206), Alberic de Hautvillers (1.7.1207-1218). The **Boncompagnus** contains a interlocking set of fictive letters disputed elections to the see of Canterbury. See [3.3.4-5](#), [3.18.2](#). It is not yet clear whether the historical matter at play is the election of Thomas Beckett (1161) or of Stephan Langton (1205-6), or a mixture of both. <sup>2</sup> Lyon (the correct spelling) is excluded here, because it is an archiepiscopal see, leaving Laon or London. Although London is most distant orthographically, it is probably the best choice. Laon: Gualtier de Mortagne (1155-1174) or Renaud Surdelle (1201-1210). London: Richard de Beaumes II (1152-4.5.1162), Guillelmus of St. Mary's Church (1199-1221). <sup>3</sup> For this phrase, see **Digestum** 49.6, 50.16.106 and **Oliva** [54.3](#). <sup>4</sup> Either Bernard (1141-1166) or Henricus (1189-1219). <sup>5</sup> Roger du Pont l'Eveque (1154-1181) or Geoffrey Plantagenet (1191-1212). <sup>6</sup> Maritius de Sully (1160-1196) or Odo de Sully (1196-1208).

### 3.20.5 De restitutionibus.

[1] "*Sanctitati vestre significat archidiaconus Tridentinus,<sup>1</sup> quod Aquilegensis patriarcha eum officio et beneficio ecclesiastico privavit, non deferens appellationi, quam ad apostolicam sedem premisit, qua repetit a clementia nostra, quatinus alicui discreto viro fimiter iniungatis, quod si rem ita esse invenerit, ipsum in officio et beneficio nullius appellatione obstante restituere non postponat."*

<sup>1</sup> Trient was a suffragan of the archbishop of Salzburg. Perhaps Triest (*Trigentina*) is meant, which was subject to Aquileja. Is this wordplay or a mistake? Or perhaps the patriarch was acting under legatine

authority (cf. Wolfger of Aquileia's imperial legation).

### 3.20.6 De decimis et primiciis. |

[1] "*Significat sanctitati vestre, .I.<sup>1</sup> abbas de Beligna, quod decanus<sup>2</sup> Aquilegensis et capitulum eum super quibusdam novalium decimis contra iustitiam non desinunt infestare. Unde petit iudices ...*"

rubr. primitiis | [\[56v\]](#) A

<sup>1</sup> IP 7.1.56 no. 1 (1174) names an abbot Richerius, no. 2-3 (1186-87) an abbot Willimarus. Cf. P. PASCHINI art. in **Mem. stor. Forogiul.** 9 (1913) 341 ff. <sup>2</sup> The archdeacon of Aquilia in 1184-85 was Pelegrinus, who later became patriarch (1195-1204).

### 3.20.7 De parrochiis.

[1] "*Clementie vestre significat prior Sancti Barbatiani, quod abbas monachi Sancti Proculi magnam partem ipsius parrochie invadentes, contra iustitiam detinere presumunt. Unde petit iudices ...*"

### 3.20.8 De sepulturis.

[1] "*Celsitudini sedis apostolice prior Sancte Marie de Reno et eiusdam ecclesie fratres significant, quod archidiaconus et canonici ecclesie Bononiensis sepulturas, que suis ecclesiis ex consuetudine antiqua debentur, per dolosas machinationes illis subtrahere non desistunt. Unde petunt iudices ...*"

### 3.20.9 De matrimoniis.

[1] "*Sanctitati vestre significat .B. mulier, quod cum .G. nobili Bononiensi civi fuisset matrimonii vinculo copulata, vir ipse coram episcopo Bononiensi per falsos testes esset probare paratus, quod in quarto et in quinto consanguinitatis gradu sibi esset coniuncta, ut eam suis dotibus defraudaret, mulier ipsa sedem apostolicam appellavit.*"

[2] "*Quapropter petit a sanctitate vestra, quatinus aliquibus discretis viris causam| committere dignemini, qui tales testes admittant, qui suspicione careant et personas et consanguinitatis originem non ignorent. Nam et ante cause decisionem res mulieris taliter faciant custodiri, quod si divortium fuerit, prout ordo canonicus postulat, celebratum, sibi dotes nullius appellatione obstante in integrum resignentur.*"

causam | [\[38va\]](#) S

### 3.20.10 De usuris.

[1] "*Intimat sanctitati vestre .I. Turonensis archidiaconus, quod cum Bononiensis<sup>1</sup>*

*episcopus a felicis memorie Celestino<sup>2</sup> receperit in mandatis, ut parrochianos suos, quibus usuras exsolverat, ad reddendum eas debita pena compelleret et quibus fideiussores vel pignera obligarat sua sorte faceret manere contentos, super quibus adhuc nullum commodum de mandato apostolico reportavit."*

<sup>1</sup> Gerardus Ghiselli, bishop of Bologna (1187-1198).

<sup>2</sup>Pope Celestine III (1191-1198).

[2] "*Cuius rei causa petit a sanctitate vestra, ut eidem episcopo firmiter iniungatis, quod mandatum apostolicum sublato appellationis remedio prosequatur."*

### 3.20.11 De simonia.

[1] "*Sanctitati vestre significat Sorrensis<sup>1</sup> et Ansutrinus<sup>2</sup> episcopi, quod cum bone memorie .C. Turrensis<sup>3</sup> archiepiscopus etc. non mutatis aliquibus de hiis que in commissionis litteris superius continentur usque ad postmodum."*

<sup>1</sup> Sorres.      <sup>2</sup>Ampurias.      <sup>3</sup> Torres: Christophorus (1090-1112). There are numerous large gaps in GAMS' list.

[2] "*Eapropter a clementia vestra petunt, quatenus Calleritano<sup>1</sup> et Arbonensi<sup>2</sup> archiepiscopis firmiter iniungatis, ut convocatis partibus causam audiant, et si per vicinie famam et idoneos testes electionem taliter factam fuisse constiterit, appellatione remota in eum depositionis sententiam non differant promulgare."*

<sup>1</sup> Cagliari      <sup>2</sup> Oristano

### 3.20.12 De possessionibus.

[1] "*Vestre conqueritur sanctitati presbyter .I. ecclesie Sancti Georgii<sup>1</sup> capellanus, quod abbas et monachi de Sesto<sup>2</sup> Lucensis diocesis quascum possessiones ad suam ecclesiam pertinentes usurparunt et detinent usurpatas. Unde petit iudices ..."*

<sup>1</sup> See **IP** 3.441      <sup>2</sup>SS. Salvatoris et Salmiani de Sesto (**IP** 3.456-461).

### 3.20.13 De litteris rogatoriis impedimentis.

[1] "*Petit a sanctitate vestra magister .R.,<sup>1</sup> qui multis temporibus in scolastica militia desudavit, ut archidiacono et capitulo Tolletano rogare dignemini, quod sibi locum et prebendam assignare procurent."*

<sup>1</sup>This and the following letters ([3.20.13-16](#)) concern the attempt to secure a prebend from Toledo for master R.

### 3.20.14 De litteris mandatoriis.

[1] "*Significat sanctitati vestre magister .R., qui cum semel ...*"

### 3.20.15 De litteris preceptoriiis.

[1] "*Significat sanctitati vestre magister .R., qui cum semel ...firmiter in| mandatis... litteris apostlicis reportavit. | Quapropter petit a sanctitate vestri, ut eis principem dignemini, quod mandatum apostolicum prosequantur.*"

in | [\[57<sup>l</sup>\]](#) A re|portavit [\[38<sup>vb</sup>\]](#) S

### 3.20.16 De litteris executoriis.

[1] "*Significat sanctitati vestre magister .R., cum semel ...*"

### 3.20.17 De illis, qui petunt prebendam vacantem.

[1] "*Iohannes vestre sanctitatis nepos a vestra petit clementia, ut Coloniensi archiepiscopo iniugatis, quod prebendam trecentarum marcharum, que in ecclesia sua vacare dignoscitur, sibi ob reverentiam sedis apostolice assignare procuret.*"

[2] Et est notandum et supernotandum quod sanctitas papalis et cardinalium karitas ordinata nepotum suorum petitionibus facilem prebent assensum.

### 3.20.18 De illis, qui petunt prebenda, que vacabit.

[1] "*Petit a sanctitate vestra .I. clericus, ut rogare dignemini prepositum et canonicos Aretinos, ut sibi primam vacantem assignent.*"

### 3.20.19 De illis, qui conqueruntur, quod non habuerunt prebendam vacantem.

[1] "*Licet sanctitas vestra rogaverit prepositum et canonicos Aretinos, ut .I. clerico assignarent primam vacantem, ipsi nichilominus illam assignare alii presumpserunt.*"

[2] "*Quapropter petit a sanctitate vestra, quatinus eis precipere dignemini, ut electionem per eos recepti cassata iam predictam prebendam sibi non differant assignare.*"

### 3.20.20 De prebendis annualibus.

[1] "*Petit a sanctitate vestra Romanus clericus, ut abbati Sancti Cecilie de Corvaria dare dignemini firmiter in mandatis, quod sibi studenti Bononie in duodecim corbis frumenti et totidem vini debeat usque ad decennium providere.*"

[2] "*Si abbas non fecerit, tu consule Romanos, qui sciunt omnes processus talium litterarum et trahere contradicentes ad metam.*"

### 3.20.21 De illis, qui petunt confirmationem electionis.

[1] "*Petit a sanctitate vestra .P.<sup>1</sup> Mutinensis electus, ut electionem de ipso factam a capitulo Mutinensi litteris dignemini apostolicis confirmare.*"

<sup>1</sup>Modena. GAMS **Series episcoporum ecclesiae catholicae**, lists no bishop P. for 12th and 13th century Modena until Philipp Boschetti, 1287-1290. Elections took place in 1179 (Ardizius), 1195 (Aegidius Garzoni), 1207 (Martinus), 1221 (Guilielmus de Sabuadia), 1234 (Albertus Boschetti). See also GIROLAMO TIRABOSCHI (1731-1794) **Memorie storiche modenesi col codice diplomatico** (Modena 1793) 3 vols

### 3.20.22 De illis, qui petunt renovationem privilegiorum.

[1] "*Petit a sanctitate vestra patriarcha Gradensis,<sup>1</sup> ut privilegia, que vestri predecessores suis misericorditer concesserunt, | dignemini renovare.*"

conscenserunt | [\[39<sup>ra</sup>\]](#) S

<sup>1</sup>Grado. Clement III granted 20 May 1190 a confirmation of Grado's patriarchal privilege (**IP** 7.2.70 no. 142) to Iohannes Signolo (1188-??). **Chron. Danduli** 10.2, p. 21 refers to it: *Huic (Henrico Dandulo) Ioannes Signolo subrogatur, cui Clemens papa pallium misit et privilegium ecclesie apud Lateranum innovavit* (Muratori **Script.** 12.313). This privilege, whose text is known only from an insert in a bull of Eugene IV (ed. FLAMINIUS CORNELIUS **Ecclesiae Venetae antiquis monumentis**, Venice 1749, 3.133) was renewed by Innocent III on 2 August 1213 (**Po.** 4785, ed. UGHELLI **Italia Sacra** 5.1135). The patriarch at that time was Angelus Barozzi (1207-1238). However, an intervening patriarch, such as Benedictus Falier (ca. 1201-1207), may also have asked for a renewal of this privilege.

### 3.20.23 De illis, qui petunt confirmationem sententiae.

[1] "*Petit a sanctitate vestra canonici Vulterani,<sup>1</sup> ut sententiam de auctoritate vestra latam per episcopum Florentinum<sup>2</sup> contra episcopum Vulteranum super facto electionis canonicorum litteris dignemini apostolicis confirmare.*"

<sup>1</sup>Volterra.

<sup>2</sup>Florence.

### 3.20.24 De illis, qui petunt commendari principibus.

[1] "*Petit a sanctitate vestra magister .A. Ultrasilvanus<sup>1</sup> canonicus, ut eum dignemini litteris apostolicis illustri regi Ungarie commendare, rogantes ut ob vestram reverantiam ipsum de caro cariore velit habere.*"

<sup>1</sup>Siegenburg/Transylvania (archbishop is Colocza/Bács).



### 3.20.25 De illis, qui petunt a vinculo excommunicationis exsolvi.

[1] "*Norvicensus*<sup>1</sup> *episcopus magistrum .W. absque causa rationabili excommunicationis laqueo innodaverit. Unde idem magister petit a clementia vestra suppliciter, quatinus episcopo firmiter iniungatis, quod eum ab excommunicationis vinculo absolvere non postponat.*"

<sup>1</sup>Norwich or Novara?

### 3.20.26 De illis, qui petunt auctoritatem corrigendi subditos nullius appellatione obstante.

[1] "*Petit a sanctitate vestra prior sancti Archangeli,*<sup>1</sup> *ut sibi dignemini litteris apostolicis auctoritatem conferre, quod suos subditos corrigere possit nullius appellatione obstante.*"

1

### 3.20.27 De illis, qui petunt licentia transfretandi.

[1] "*Petit a sanctitate vestra .B.*<sup>1</sup> *Nonantulensis abbas, ut sibi dare dignemini licentiam sepulchrum Dominicum visitandi.*"

<sup>1</sup>See GIROLAMO TIRABOSCHI (1731-1794) **Storia dell'augusta Badia di S. Silvestro di Nonantola, aggiuntovi il Codice diplomatico della medesima** (Modena 1784-85) 2 vols.

### 3.20.28 De illis, qui petunt litteras remissionis pro hedificandis pontibus.

[1] "*Significant sanctitati vestre .I. et .A. Wienienses cives, quod iuxta Leonam pontem super| Rodanum ubi rapiditate fluminis iam sunt plurimi suffocati, per communi utilitate Christianorum iam edificare ceperunt. Verum quia sine fidelium Dei suffragio inchoatum opus nequeunt consumare, petunt a sanctitati vestre, ut eis generales litteras concedatis, in quibus contineatur certa remissio peccatorum.*"

super | [\[57v\]](#) A

### 3.20.29 De illis, qui fuerunt capti a Sarracenis et petunt litteris remissionis.

[1] "*Significat sanctitati vestre Bal. miles Flandrensis, quod cum pro recuperatione Terre Sancte maneret in partibus ultramarinis, inter Iordanem et Iericho captus fuit a Saracenis, et ita in Babilonia fuit annis duodecim incarceratus. Demum .A. nobilis Pisanus civis eum pro mille bizantiis redimit, quos ipse reddere iuramenti vinculo*

*compromisit. Verum quoniam ad hec per solvenda sibi proprie non suppetunt facultates, petit a sanctitate vestra, ut ei divine pietatis intuitu litteras concedatis, quibus fidelium animi ad conferenda sibi elemosinarum suffragia invitentur."*

### **3.20.30 De illis, qui petunt litteras remissionis pro ecclesiis combustis.**

[1] *"Vestre intimant sanctitati .G. Camaldulensis prior et omnes, qui cum eo sunt fratres, quod Pridie Iulii<sup>1</sup> circa medietatem noctis inopinatus ignis domos eorum ita repente consumpsit, quo sequenti die de omnibus, que remanserant prandium facere nequiverunt, sicque plus quam trecenti inter monachos et conversos mendicare coguntur."*

Camaldulensis: Gamaldugensis X

<sup>1</sup>(date is incomplete)

[2] *"Eapropter petunt a clementia vestra, ut per totam Italiam eis litteris concedatis in remissione peccatorum, inungentes Christi fidelibus, ut illis caritativa studeant subsidia ministrare."*

in | [\[39rb\]](#) S

### **3.20.31 De illis, qui vergunt ad inopiam et petunt litteris remissionis.**

[1] *"Vestre intimat sanctitati .I. procer de Monteforti, quod causa guerre, quam facit pro defensionibus ecclesiarum, in quibus ius patronatus habebat, perditit omnes possessiones, unde ad inopiam vergit. Cuius rei causa petit a sanctitate vestra, ut sibi per totam Lombardiam litteras dignemini concedere, in quibus contineatur, quod Christi fideles divine pietatis intuitu ei debeant subvenire."*

### **3.20.32 De manumissis, qui petunt litteras remissionis.**

[1] *"Propter dire servitutis vinculum, quo .H. miles duci Austrie tenebatur astrictus, ei centum marchas argenti dare pollicitus est. Quare dux illum postea manumisit. Verum quia de propriis non potest adimplere promissum, petit a sanctitate vestra, ut ei per totam Alamaniam dignemini concedere litteras, quibus Christifideles ad conferenda sibi karativa suffragia exhortentur."*

### **3.20.33 De leprosis, qui petunt litteras remissionis.**

[1] *"Pauperes ecclesie Sancti Lazari<sup>1</sup> Bononiensi, qui a Domino sunt insanabili morbo percussi, petunt a clementia vestra, ut eis litteras remissionem aliquam continentes per archiepiscopatum Ravennatem<sup>2</sup> concedere dignemini, quibus Christi fideles ad conferendum illis elemosinas invitentur."*

<sup>1</sup> S. Lazzaro di Savena.      <sup>2</sup>Ravenna.

### 3.20.34 De canonicis regularibus, qui licentia implorant accipiendi habitum monachalem.

[1] "*Petit a sanctitate vestra .G. Sancti Fridiani<sup>1</sup> canonicus regularis, ut sibi dare dignemini licentia, quod in heremo Camaldulensi habitum recipiat monachalem.*"

<sup>1</sup>S. Fridiani di Lucca

### 3.20.35 De monacho fugitivo, qui petit, ut in monasterio recipiatur.<sup>1</sup>

[1] "*Vestre significat santitati .W.<sup>2</sup> monachus, quod in primordio iuventutis in congregatione Claravallenisum recipit habitum monachalem, sed post quadriennium diabolo suadente claustrum exivit. Sicque velud girovagus per septennium exulavit. Nunc autem prima ductus ad monasterium redire peroptat ibique agere penitentiam de commissis. Quapropter petit a/ clementia vestra, ut abbati et fratribus Claravallensium scribatis, rogantes quatinus eum divine pietatis intuitu recipere non postponant.*"

a | [\[58<sup>f</sup>\]](#) A

<sup>1</sup> See JEAN LECLERCQ "Documents sur les fugitifs" **Analecta monastica** 7 (1965) = **Studia Anselmiana**.<sup>2</sup>

### 3.20.36 De monacha, que cum sacerdote aufugit et nunc petit incarcerari.<sup>1</sup>

[1] "*Vestre clementie intimat Magtilda peccatrix monacha, quod cum in monasterio Lindaugiensi recepisset in primo iuventutis flore habitum monachalem, post biennium antiqui serpentis persuasione decepta cum quodam sacerdote/ claustram exivit sicque ut girovaga et vagabunda per septennium exulavit. Nunc vero miseratione adducta divina ad ovile dominicum redire affectat et iuxta monaterium, de quo exivit, hermiticam incarcerare vult ducere vitam. Petit igitur a sanctitate vestra, ut abatisse Lindaugiensi et sororibus iniungatis, quod filiam velint recipere penitentem.*"

Magtilda] Magtilla X Magtilda PBM      sacerdote | [\[39<sup>va</sup>\]](#) S

<sup>1</sup> See JEAN LECLERCQ "Documents sur les fugitifs" **Analecta monastica** 7 (1965) = **Studia Anselmiana**.<sup>2</sup>Lindau

### 3.20.37 De uxore leprosi, qui petit habitum monachalem.

[1] "*Henricus Spalatensis<sup>1</sup> civis causa negotiationis ivit in regionem longinquam. Postmodum vero ad quandam habuit meretricem accessum, quam coierat cum*

*leproso. Rediit demum infectus et volebat uxore abiti. Illa vero fieri nulla ratione permisit, quia totius rei seriem intellexerat manifeste. Nunc autem mulier ipsa petit a sanctitate vestra, ut firmiter iniungatis archiepiscopo Spalatensi, quod si probari poterit virum taliter fuisse infectus, .B. uxori eius de auctoritate vestra nullius appellatione obstante licentiam conferat, quod alii possit matrimonio copulari."*

<sup>1</sup> Split (Spalato).

### **3.20.38 De muliere, que a viro suo petit propter heresim separari.**

[1] "*Berndardus Cremonensis<sup>1</sup> civis Catharorum labe infectus, uxorem suam .M. compellit hereticus obsequium exhibere, inferendo sibi assidue minas mortis, nisi crediderit heresi Catharorum. Quare petit a sanctitate vestra, quatinus Cremonensi episcopo firmiter iniungatis, ut si rem ita esse invenerit, eidem mulieri licentiam conferat, quod appellatione remota nubere possit."*

<sup>1</sup> Cremona

### **3.20.39 De muliere, que propter paupertatem membri virilis petit a viro suo separari.**

[1] "*Berta mulier conquestione lacrimosa vestre sanctitati remota verecundie patefacit, quod cum nuper quendam Fesulanum<sup>1</sup> recepisset in virum, et eam postea secundum ius et consuetudinem traduxisset. Nocte sequenti vir ille accedit ad thorum. Immo non vir, quia parum discrepabat a genere feminino, propter parvitatem membri virilis, quo vix poterat nature hostia propulsare. Quare petit a sanctitate vestra, ut causam Fesulano episcopo committatis, sibi districtius iniungentes, ut cultellum respiciat et vaginam, et si propter ospitis parvitatem rugarium<sup>2</sup> vacuum esse cernatur, nubendi licentiam conferat mulieri."*

rugarium B] rugurium MX tugurgium P

<sup>1</sup> Fiesole      <sup>2</sup>(derived from *ruga*, wrinkle or small fold?)

### **3.20.40 De muliere, que propter consanguinitatem petit separari a viro.**

[1] "*Comes Pictaviensis causa cuiusdam compositionis filiam suam .I., que non erat in etate nubili, cuidam suo consanguineo scienter tradidit in uxorem. Quare nunc mulier ipsa petit a sanctitate vestra, ut causam Rotomagensi archiepiscopo committatis, et si probari poterit, quod prenominato viro sit in tertio et quarto consanguinitatis gradu adiuncta, divortii sententiam appellatione remota non differat promulgare."*

pro|bari [39vb] S

### **3.20.41 De muliere, que repetit virum qui accepit habitum monachalem.**

[1] "*Robertus Parisiensis in verba cum uxore sua Toseta prorupit. Unde illa| tunc ipsum crudeliter verberavit. Quare idem vir ob verecundiam in abbatia Cistrensi recipit habitum monachalem. Nunc autem predicta mulier petit a sanctitate vestra, quatinus abbati Cistrensi et capitulo detis firmiter in mandatis, ut virum prefatum dimittant et iniungere dignemini Parisiensi episcopo, quod eundem per ecclesiasticam censuram appellatione remota redire ad uxorem compellat.*"

Toseta B] Tosita X Toserta M Toscicata P illa | [58v] A

### 3.20.42 De muliere, cuius vir captus fuit a Sarracenis et de ipsius vita dubitatur, unde ipsa petit nubere.

[1] "*Irmingarda mulier de Saona iam elapso quinquennio fuit Arnaldo Ianiensi<sup>1</sup> civi legitime desponsata. Ivit ille postmodum in terram Saracenorum, ubi captus fuit et fortiter vulneratus. Ceterum quia de vita ipsius ab omnibus dubitatur, idcirco a vestra petit clementia, ut sibi dignemini licentiam exhibere, quod alii nubere possit.*"<sup>2</sup>

Irmingarda] Irmingarda MB Ermingarda X Armingarda P

<sup>1</sup> Genoa      <sup>2</sup>Cf. **The Crusader's Wife** (by J. BRUNDAGE or A. KELLEY)

### 3.20.43 Petitio Boncompagni pro libertate scholarium.<sup>1</sup>

Boncompagno petitions the pope for the freedom of scholars. A fester of foul heresy threatens the liberality which has cutomarily flowered in the scholastic discipline (§1). Knowledge has been offered for sale in the market, scholars are bought and sold, and the lectures of teachers with no money to loan are despised (§2). Moreover, many conspire, who ordain rectors so that they might entice by illicit oaths an audience of scholars to the lectures of 'special friends' or others who would supply to them the defects of their wallets (§3). Boncompagno beseeches the pope, that he make a perpetual decretal excommunicating those who presume to purchase students (§4). [Undatable]

<sup>1</sup> For a petition of the university of scholars to pope Innocent III in the spring of 1200: **Boncompagnus** 3.16.16. In that petition the scholars seek respite from a mandate of cardinal legate Guido de Papa, (cardinal priest of S. Maria in Trastevere, 1195-1206) which had ordered, "under penalty of excommunication, that we must not dare to rent any lodging there for the coming year nor should we prepare ourselves in any way for our studies." Apparently it had been the papal legate's intention to move the *studium* to another place, but the scholars complained "that the *studium* cannot be established outside Bologna at this time, that the jurisprudents cannot leave the city because of the oath they have sworn, and many scholars have been burdened with no small weight of debts, which they must pay if they are to leave, but they should not be paid in these times." For Guido's legation, see WERNER MALECZEK **Papst und Kardinalskolleg von 1191 bis 1216** (Vienna 1984) 100. Also: PETER LANDAU "Papst Lucius III. und das Mietrecht in Bologna" in STEFAN KUTTNER ed. **Proceedings of the Fourth International Congress of Medieval Canon Law, Toronto August 21-25 1972** (Vatican City 1976) 511-522.

[1] "*Impetigo heresis<sup>1</sup> aborrende in scolastica militia iam excrevit, que si propagine radicata fuerit successiva, peribit liberalitas, que in scolasticis disciplinis consueverat virtutum meritis refluere.*"

<sup>1</sup> Heresy is treated in the **Boncompagnus** at 5.22.1-4 and touched on in its prologue (*Imfamit de heresi Priscianum*), 1.22.3, 2.1.1, 2.1.3, 3.11.2, 3.15.1, 3.16.5-6, 3.20.1, 3.20.43, 5.20.1, 5.23.1, 6.2.26, 6.10.18. For the university as a hereticorum repagulum, **Boncompagnus** 3.16.16.24-25. However, at 5.22.1.47-48 it is suggested that the university might be a potential target for heresiarchs. For a linguistic 'heresy', the use of the cursus, see **Tractatus virtutum** 292, 329. In the **Liber X tabule**, prol., he criticizes the *falsam et supersticiosam Aurelianensium doctrinam artis dictaminis*; **Boncompagnus** 1.18.1.2ff. proclaims the doctrine of Orleans dictators a heresy.

[2] "*Exponitur in foro scientia, res incomparabilis fit venalis et--quod est dicere pro pudor--solaris quilibet traditur ad vendendum. Nam et doctor, qui non habet ad exhibendum, audiri contempnitur et cui desunt munera et auditores.*"<sup>1</sup>

<sup>1</sup> See **Boncompagnus** 4.6.7 ('*De statuto contra doctores qui scolares appreciantur*').

[3] "*Ceterum quod erat ab initio et ante secula inauditum, iam conspiravent plures, qui rectores dolosis machinationibus ordinarunt, ut per illicita iuramenta scolares pertrahant ad audiendum speciales amicos vel alios, qui supplent eis burse defectum.*"<sup>1</sup>

<sup>1</sup> On usury, see **Boncompagnus** 1.23.3. Boncompagno demonstrates compassion for his poor students in **Palma** 45. Cf. H.V. SHONNER "Les 'Bursarii Ovidianorum' de Guillaume d'Orleans" **Mediaeval Studies** 43 (1981) 405-24.

[4] "*Supplicat vobis igitur Boncompagnus, ut pro libertate scolastica facere dignemini perpetuam decretalem, sub excommunicationis pena districtius inhibentes, quod nulli persone aut pseudoapostolos scolares appreciari vel rogare presumant, sed libere ad illos in qualibet facultate<sup>1</sup> ire permittant, qui re ac nomine possunt et debent merito magistrari.*"

<sup>1</sup> For the meaning of *facultas*, see **Boncompagnus** 1.23.5.

### **3.20.44 De permixto genere hominum, qui in curia Romana petitiones componunt.**

[1] Quidam alienigene de permixto genere hominum per curiam Romanam transcurrunt, qui petitionarii nominantur. Nec est nomen officii, sed donec sunt in actu ex re nomen habent. Multos namque litteratos viros evidens quandoque necessitas ad exercendum illud opusculum paupertatis inducunt. | Isti siquidem propter consuetudinem sciunt abbreviare prolixa et petitiones componere sub congrua brevitate.

inducunt | [\[40<sup>ra</sup>\]](#) S

### **3.20.45 De septem principalibus causis, pro quibus petitiones non admittuntur.**

[1] Septem sunt principales cause, pro quibus petitiones non admittuntur.



[2] Prima est, quia frequenter petuntur iniusta.

[3] Secunda, quia votis petentium illi, a quibus petuntur condescendere non dignantur.

[4] Tertia, quoniam aliqui propter infamiam, aliqui per odium et quidam propter suasiones invidorum.

[5] Quarta, quoniam petitores aliquando sunt prolixi, et aliquando propter verborum lepiditatem et concinantiam tediosi.

[6] Quinta, quoniam aliquando fit dilatio, aut quod concessa dare cum discretionis pondere videantur vel quod in spe productiori magis recipientis animus gratuletur, quia cum quis diffidit et postmodum assequitur, quasi victoriosus gloriari videtur.

dare] dari M

[7] Sexta, quoniam plures quandoque in curiis detinentur, ut de multorum presentia fama laudum accrescat.

[8] Septima, quia interdum non merentur petitiones absque porrectione munerum exaudire.<sup>1</sup>

<sup>1</sup>See **Aurea Gemma** <Gallica> [86-93](#), [463-471](#).

## EXPLICIT LIBER TERTIUS

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 4.1

[Table of Contents](#) -- [Previous title \(3.20\)](#) -- [Next title-- Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | INCIPIT LIBER QUARTUS

### | 4.1 DE SUBLIMIBUS PERSONIS, QUE SIBI INVICEM IOCUNDA INTIMANT

#### 4.1.1 De litteris, quibus Romanorum rex suam generaliter significat promotionem.

[1] *"Sicut Romanum imperium Domino disponente orbi universo noscitur preeminere, ita generaliter nostre celsitudinis promotionem universo intimare tenemur, de qua gentes exultent et regna et singule provincie conletentur. In Epiphania siquidem preterita de comuni consensu et auctoritate omnium principum Alamanie, nos in regem Romanorum elegit archiepiscopus Maguntinus, | et in prima dominica Quadragesime primam coronam et signa imperialia recepimus a Coloniensi archipresule Aquisgrani, ubi omnes principes nobis fidelitatem solitam iuraverunt. Nam et in proximo Pascha Mediolanum cum viginti exercitui veniemus, sicque post receptionem secunde corone disposuimus propere ad urbem, ubi a summo pontifice in Pentecosten imperiali duximus coronari corona."*

| [\[59r\]](#) A [\[32ra\]](#) P [\[40ra\]](#) S preeminere] preminere PBM tenemur] tenentur  
M Magnuntinus | [\[40rb\]](#) S Pascha] Pentecostem M

#### 4.1.2 De responsiva generali.

[1] *"Generales imperialis throni apices, quos per universum orbem maiestas regalis transmisit, gentes et regnas, nationes et populos exultare fecerunt, et quamquam fuissent generaliter promulgati, sic in speciem transivere, quod illos omnes et singuli sibi reputant speciales, celebria rerum omnium Moderatori laudum preconia referentes, quod vobis postestatem contulit gladii temporalis, per quos pax in terris vigebit et plenitudines iustitie servabuntur."*

imperialis] imperiales PBac

#### 4.1.3 Variatio regularis.

[1] *"Exultat ecclesia, imperium conletatur, gaudent regna et reges terrarum, iocundantur plurimi et universe humani generis nationes, iuvenes et virgines, senes cum iunioribus gratulantur, quia de stirpe florida coronatur, qui monarchiam urbis et orbis potentie sue dextera optinebit. Iam sedet cum principibus et solium glorie tenet, qui de| lumbis imperialibus per successionis ramos procedens,<sup>1</sup> in iustitia et equitate*

*Romanum imperium gubernabit."*

de| [\[32<sup>rb</sup>\]](#) P

<sup>1</sup>The reference to imperial forebears might suggest that this letter congratulates Frederick II on his imperial coronation in 1220. If this were so, this would be one of the latest letters in the **Boncompagnus**. However, like [2.1.3](#) above, this letter seems rather to speak generically about any Roman emperor. See below [6.11.1](#).

[2] Hec autem epistola esse potest pro universis et singulis generalis. Sed si taliter addideris, erit pro quolibet speciali, dummodo singula regulariter varientur.

[3] *"Et licet excellentie vestre augmentum corda gratificet plurimorum, ego tanto ferventius gaudeo et exulto, quanto pre ceteris Romano teneor subesse imperio, a quo specialiter coronam et regnum Dacie recognosco." Si fuerit dux: "a quo ducatum", si fuerit comes: "a quo comitatum", si prelatus vel miles vel subditus: "a quo cuncta, que habeo, recognosco." Si fuerit civitas dictatur: "Et licet de augmento vestro gaudeant singule civitates, Cremona tamen, que semper velud| murus inexpugnabilis pro imperii honore permansit, cum iubilo sollempnius organizat, quoniam ille regnat et imperat, qui compescet effrenos et dom<ina>abit superbias singulorum. Nos autem personas, et quecumque habere videmur, vestre offerimus maiestati regalem celsitudinem, subicibiliter exorantes ut nobis, in quibuscumque placet, dignemini precipere in signum gratie plenioris."*

vel|ut [\[59<sup>v</sup>\]](#) A

#### 4.1.4 De captatione benivolentie imperatoris ad regem. |

[1] *"Regalem celsitudinem dilectionis brachiis amplectentes, honori vestro super intendere affectamus, credentes quod ex amicitie vestra copula Romanum imperium celebre recipiet incrementum, et regnum Francie, quod in manu potetenti et extento brachio gubernatis, robur suscipiet ac favorem."*

rubr. regem | [\[40<sup>va</sup>\]](#) S

#### 4.1.5 De responsiva regis.

[1] *"Regalis dignitas ab imperiali celsitudine ad amicitie federam invitata preter solitam colletatur, et nos, qui regno Francie presidemus uberius iocundamur, quod imperatoria maiestas honore nostro sponte superintendere compromisit et nobis vinculo dilectionis uniri peroptat. Unde serenitati vestre obsequia grata et gratiora spondemus."*

#### 4.1.6 De rege, qui vult filio alterius regis filiam suam tradere in uxorem.

[1] *"Excellentie vestre fama, que de gentibus in gentes et de regnis ad populos alteros convolvit, nos inducit plurimum et hortatur, ut vobis indissolubili amicitie vinculo colligemur, quod a multis retro temporibus desideravimus, volentes ex augmento*

*magnitudinis et glorie vestre celebre recipere incrementum. Cur autem hoc premiserimus, intelligat studiosius magnificentia vestra, quoniam in fide purissima loquimur et in sinceritate cordis nostrum vestre celsitudini propositum aperimus. Filiam siquidem habemus reginam videlicet .A., de cuius sapientia et pulchritudine pauca duximus enarrare, ne videamur ex paternitatis amore veris aut verissimilibus contraire. Ceterum ex testimonio conscientie dicere possimus et communis opinio nobis apparentem favorem prebere videtur, quod animi sapientia decoratur et corporea forma refulget. Nos vero, qui eam sicut alteram nostri corporis partem amoris brachiis amplexamur, tota mentis et animi affectione optamus, ut vestro filio regi .I. matrimoniali federe copuletur, quia per hoc speramus vestre altitudini speciali dilectionis privilegio taliter conformari, quod quicquid nostre vires optinere valebunt, ad vestri honoris augmentum omni tempore procurabatis exercere."*

#### 4.1.7 De responsiva regis.

[1] *"Serenitatis vestre littere sententiarum ponderibus exornate nos fecere plurimum iocundari, quia in eis intelleximus,| quod vere sapientie radiis prepollens et nobis, qui vestram celsitudinem sincere dilectionis brachiis amplexamur, volebatis per matrimonii copulam sincerius copulari, quod duceremus libentissime ad effectum, sed filius noster nuper filiam regis Portugalenisum desponsavit."*

intelleximus | [\[32<sup>va</sup>\]](#) P

#### 4.1.8 De captatione benivolentiae regine ad imperatorem.

[1] *"Non videmur solatiabili iocunditate potiri, cum de vestro statu certitudinem non habemus, quia dominabili persone| vestre ita sumus amicitie vinculo copulate, quod nichil absque vestra gratia posset esse iocundum. Statum siquidem nostrum vestre imperiali celsitudini esse prosperum intimamus, quia per Dei gratiam corporea fruimur sanitate, et licet rex frequenter Ungariam silvosam regiret, communem tamen thorum non desinit visitare, nobis amplexus gratissimos conferendo, et--quod est dulcororius-- terram nostri pomerii vomere saporifero ternario| sepe bino resulcat, unde omnis nostra iocunditas reflorescit. Ad augmentum igitur nostri solatii poscimus, ut de vestra continentia nos reddere dignemini vestris litteris certiores."*

persone | [\[40<sup>vb</sup>\]](#) S

ternario | [\[60<sup>f</sup>\]](#) A

#### 4.1.9 De responsiva, in qua est iocunda transumptio.

[1] *"Suspirandi modum nobis vestre littere attulerunt et earum significata geminavere dolorem, qui de imperatoris absentia iam erat in mente conceptus. Videmus enim, quod plus est vobis regnum quam nobis imperium fructuosum, quia iam elapso deno dierum numero nescivimus, quid fuerit summum bonum in vita. Et tunc semiplene atque solito remissius imperialis virga surrexit, quoniam in aliarum pomeriis fuerat ab aura dulcedinis forius agitata. In aliis siquidem satis essent nobis omnia prospera et iocunda, sed absque hoc in hoc universa iocunditas evanscit. Sed in Christo proximo debet imperator Maguntie habere curiam generalem et tunc sibi litteras duximus transmittendas, quibus celsitudini sue totum nostrum infortunium exponemus."*

#### 4.1.10 De litteris, que fiunt pro imperatore vel rege ad convocandam curiam generalem.

[1] "*Volentes in festo beati Gregorii celebrare Maguntie curiam generalem, tenore presentium universitati vestre districte precipiendo mandamus, ut ibidem conveniatis prout expedit preparati.*"

#### 4.1.11 Littere, quibus imperatrix imperatorem revocare intendit.

[1] "*Inclinati sunt colles mundi ab itineribus imperialis maiestatis et celebrata est Maguntie curia. Unde vos audeo confidentius deprecari, ut illam revidere curetis, que pro vestri absentia moritur, et utinam moreretur, quia forte requiem inveniret. Scimus enim, quod desiderium nostrum possident aliene et plurimis grana dilectionis et fructus assidue conferuntur et nos amoris vestri paleam ventilamus.*"<sup>1</sup>

<sup>1</sup>Cf. **Rota Veneris** [13.2](#) (ed. BAETHGEN) 22.

#### 4.1.12 De responsione, qua reverti promittat.

[1] "*Propter varia imperii negotia vos diebus istis nequivimus revidere, sed cum in proximo thorum visitabimus coniugalem, absinthium vestrum in dulcedinem convertetur.*"

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 4.2

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#) -- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 4.2 DE VICTORIIS INTIMANDIS

#### | 4.2.1 Rex Francie significat regi Aragonie victoriam, quam habuit de rege Anglie.

[1] "*Quamquam orbem universe scire credamus victoriam, quam nuper habuimus de rege Anglorum, tamen ut serenitas vestra plenius intelligat, principalia duximus enarrare. In primis quidem cepimus Gisore et Leon et preter civitatem Rotomagensem totam devicimus Normandiam et insuper universam Pictaviam et Andegandensem comitatum sine diminutione aliqua optinemus.*"

| [\[60r\]](#) A [\[32va\]](#) P [\[40vb\]](#) S | [\[32vb\]](#) P [\[41ra\]](#) S

#### 4.2.2 Responsio.

[1] "*Fama perambula vestram nobis victoriam insinuaverat ac triumphum, unde plurimum letebamur. Sed nunc est nobis letitia geminata, quia per triumphatorem triumpho et victorie rerumque gestarum notitiam iam habemus, unde Aragonense regnum exultat et nos alacritate multiplici gloriamur, quoniam in triumpho vestro glorius triumphamus.*"

#### 4.2.3 Comes Flandrensis, dux Venetiarum et marchio Montisferrati significant regibus et populis Christianis, quod urbis Constantinopolitana capta est a Latinis.

[1] "*Triumphum et victoriam ab initio et ante secula inauditum vestre celsitudini, totius orbis populis et nationibus universis volumus enarrare, ut modernis et posteris memoria relinquatur. Sed cum celi mirentur, pavescat terre situs, colles montium inclinentur, maria fugiant, retrorsum flumina convertantur, elementa etiam pre magnitudine contremiscant, volucres celi consuetum restringant volatum, pisces ordine retrogrado per semitas aquarum transcurrant, fere silvarum oves et boves universa pecora campi stupescant, non est mirum, si de captione urbis Constantinopolitane rerum gestarum ordinem prosequi non valemus, quoniam ad referendum singula stili deficerent poetarum.*"

et | [\[60v\]](#) A

[2] "*Generalia igitur generaliter nuntiantes, breviter intimamus, quod urbem Constantinopolitam tradidit Dominus in manibus Latinorum, centuplicans unicuique vires, quibus unus persequebatur centum et decem infinitos prosternebant. Hic aperitur visio Danielis, hic renovantur troni Jeremie, quia infinita Grecorum cadavera in*



*plateis iacebant. Nec erat, qui sepelliret. Hic reservantur claustra virginum violanter uxoriales thorum, corrumpitur castitas viduarum et monialium ordines incestuoso consortio polluuntur. Auferuntur aurea et| argentea vasa, palia et lapides preciosi de famosissimo Sophie Templo, cuius pulchritudo celum empyreum transcendebat. Duodecim apostolorum basilica virgilotum et pantopophiti pantocratio a victoribus spoliatur et plusquam duo milia ecclesiarum thesauros manus de vicentium rapientur. Invasimus imperialia palatia Blacerherniam videlicet ac Boccaleon, que coronis aureis renitebant, etiam in quibus inextimabiles sunt reperti thesauri."*

et| [\[41<sup>rb</sup>\]](#) S

[3] *"Ceterum quis posset numerare aureorum multitudinem, infinita Grecorum spolia, pallia deaurata, coronas gemmatas et preciosas muremulas dominarum? Quid plura? Margaritis porte nitebant, muri erant undique deaurati| et paliis ac tapetis cohoperiebantur universa pavimenta domorum. Fecerant sibi Greci omnes apparatus aureos et argenteos usque ad laternas et crebrum. Ipsi namque bubulci et agrorum cultores, coccobistincto et purpura se ornabant vomeres lignones et etiam bovum cornua deaurates. Piscatores autem cristas aureas et pelves argenteas fieri faciebant nec retibus dignabantur apponere plumbum, sed loco plumbum aurum etiam funiculis ponderabat. Tabernarii quidem vinum in vasis aureis propinabant, ducentos pro nichilo facere chachabos argenteos, in quibus cibaria coquebantur."*

undique de|aurati [\[33<sup>ra</sup>\]](#) P

[4] *"Omnes ordines cunctique sexus non poterant pre multitudine numerari et vix erat aliquis inter eos, qui paupertatis honore gravaretur. Post hoc cepimus regnum Thesalonicensum et Romaniam totam, a Durachio usque Permam et devincimus Cretam insulam, et insuper Philadelphiam et Turchiam. Sed Blacchos et Cumanos adhuc ex toto non potuimus superare, tamen ipsum regem Blaccorum in civitate Andrinopoli obsidemus. Exurgat ergo latinitas veniat et non tardet, ad possidendum terram lacte et melle manente, clerus properet, quia vacant ecclesie cathedrales. Festinet militia, ut presit provinciis et civitatibus universis, acceleret populus, ut collat predia fructuosa, et ita imperium et regna valebimus in perpetuum possidere, que alitissimi providentia subiecit potentie Latinorum."*

Latinorum | [\[61<sup>r</sup>\]](#) A

#### **4.2.4 Rex Blacorum significat eisdem, quod cepit Constantinopolitanum imperatorem, et mala, que Latinis intulit et inferre minatur.**

[1] *"Confusa trium principum trinitas, que falso trinum et unum Deum deludere cogitavit, confusione trina confunditur, quia dum crucem crucifixi Ihesu pro recuperatione Terre Sancte fictitie baiularent, cruces et aras velud raptores imperii spoliarunt, sue fortitudini ascribentes imbecillitates et miserias Grecolorum, qui a feminis solo sexu discrepare noscuntur. Non igitur pugnantium fortitudo sed effeminata Grecorum pusillanimitas Latinos fecit| esse victores. De trium siquidem numero Flandrensis arrogans coronatur, sed corona ipsa nubit viduata marito, quia dum in nos presumpsit calcaneum elevare, in campestri bello coronatum cepimus et coronam et*

*plusquam centum ipsius principes. Coram illo subire sententiam iussimus capitalem absque numerosa reliquorum multitudine, que sub equorum calcibus periere. Decoronatum vero membrati fecimus dividi et corpus totum particulariter mutilari. Postmodum vero, cum fugarem per nemora machinationem, interiit sagita percussus et nudus in potestate nostra remansit."*

fecit | [\[41va\]](#) S

#### 4.2.5 Significat rex Castelle<sup>1</sup> victoriam,<sup>2</sup> quam habuit de Miramominin.<sup>3</sup>

[1] "*Miramomini, qui latine dicitur Massamutus, de maxima urbe Maroch, que olim dicebatur Cartago, progrediens strictum Sibile pertransivit cum exercitu infinito. Et non solum Yspaniam invadere minabatur, verum etiam omnes provincias usque Romam volebat suo dominio subiugare, cuius potentie cum paucis respectu sue multitudinis obviavimus, et invocato Christi nomine in ipsius exercitum agressum fecimus generalem. Sicque initum fuit prelium, in quo plusquam .XXX. milia Maurorum sub Christianorum gladiis perierunt, quam victoriam| ascribimus Ihesu Christo, quia nullus fuit, qui crederet vel speraret, quod de ipsorum valeremus manibus liberari, maxime cum solummodo illi, qui tubas cornua et cimbala propulsabant, numerari pre multitudine non valerent."*

Miramomin A    Miramomenim/min? S    Masamutus S    dicitur latine tr. S  
 Marroch A    cum paucis ABMS: causa pacis P    exercitum] exercitu S    initium]  
 victum S    sub] seu P om. S    victoriam| [\[33rb\]](#) P    ipsorum] illorum S

<sup>1</sup> Alfonso VII, king of Castile (1158-1214) .    <sup>2</sup> Battle of Las Navas de Tolosa, 16 July 1212. I. GARCIA RAMILA "Innocencio III y la crusada de las Navas de Tolosa" **Rivista de archivos, bibliotecas y museos** 41 (1927) 455-464; AMBROSIO HUICI MIRANDA **Estudio sobre la campana de las Navas de Tolosa** (Valencia, Vives Mora, 1916).    <sup>3</sup> The emir of Morocco, Abu 'Abd Allah Muhammad al-Nasir, Emir al-Mu'minin, was fourth ruler of the Almohaden dynasty in North Africa and Spain. He ruled from 25 January 1199 to 25 December 1213. See **Oliva** [19.26](#), note 241, **Boncompagnus** [4.4.3](#), **Palma** [45](#). KARL-ERNST LUPPRIAN **Die Beziehungen der Päpste zu islamischen und mongolischen Herrschern im 13. Jahrhundert anhand ihres Briefwechsels** (Citta del Vaticano, Biblioteca apostolica vaticana, 1981) Studi e testi, 291. I have not seen two recent studies by M. ALVIRA CABRER (Universidad Complutense de Madrid): "La imagen del Miramamolín al-Nasir (1199-1213) en las fuentes cristianas del siglo XIII." **Anuario de estudios medievales** 26 (1996) 1003-1028 and "El desafio del Miramamolín antes de la batalla de Las Navas de Tolosa (1212). Fuentes, datación y posibles orígenes" **Al-Qantara** 18 (1997) 463-490.

#### 4.2.6 Invectiva<sup>1</sup> Phylipi<sup>2</sup> contra Ottonem.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> For another example of invective in the **Boncompagnus**, see [1.1.12](#), *Invectiva oratorum contra scriptores*. Invectives are more thoroughly covered in **Boncompagnus** [1.9](#) and **Rethorica novissima** [10.1](#).    <sup>2</sup> See also **Boncompagnus** [3.10.1](#) and **Oliva** XXX. This letter is edited in BÖHMER **Acta** 762 and listed in BÖHMER-FICKER **Regesta imperii** 5.\*89 (p.30) as the final entry for 1204: "*meldet dem Herzog Otto (dem Gegenkönige) die Unterwerfung des Erzbischofs von Köln, welcher denselben mit dem Bischofe von Palestrina auf Befehl des Papstes krönte, erwähnt die Unterwerfung dessen Bruders (des Pfalzgrafen Heinrich), erinnert ihn daran, wie einst seinem Vater wegen dessen Hochmuth und Untreue*

ganz Sachsen ausser Braunschweig genommen wurde, und fordert ihn Verzeihung versprechend zum Abstehen vom Reich auf. *Ambitiosa dominandi--sustentare*. BÖHMER **Acta** 762 aus **Boncompagni Boncompagnus**. Zweifellos erdichtet, aber mit der antwort Ottos dem Stande der Dinge in dieser Zeit genau entsprechend und wohl sehr bald nach der Ereignissen selbst im Umlauf gesetzt, da sonst kaum irgenwelche erwähnung der Krönung Philipps zu Achen fehlen wurde." <sup>3</sup> Philipp v. Schwaben und Otto IV. Phillip's invective and Otto's reponse are modeled on the letter exchange of Darius and Alexander (**Historia de preliis** 36ff., **Epitome Valeri Iulii** 38). This letter exchange is explicitly quoted from in **Oliva** [9.23](#), where Boncompagno's source seems to be Walter of Chatillon's **Alexandreis** 2.35-44. In addition, see the discussion of irony in [1.4.2](#)

[1] "*Ambitiosa dominandi protervitas, que multorum irrepit animis velud improba sanguisuga, traxit te dux Otto in laqueum deceptivum. Unde futura gravamina et iacturas non potes providentie oculis intueri. Sed utinam saperes et intellegeres, quomodo papa,<sup>1</sup> cives Coloniensis<sup>2</sup> et exiles fautores tui te sicut signum posuerunt ad sagittam, promittendo tibi munusculum, si aureum vellus cursitaveris ad habendum. Quare tua conditio puerilis esse videtur. Puer enim de harundine facit equum et de salice calcaria et ita currendo clamitat 'Equitemus.'*"<sup>3</sup>

Otonem Berlin A] Otonem Bern M S            irrepit Berlin P A] ireepit M derepit X irrepit  
S            traxit] taxit Berlin            Otto] Oto S            oculis providentie tr. A            intellegeres]  
intelligens? A            posuerunt MX] posuerint Berlin posuerit P            vellus] velum  
S            harundine] arundine P S Berlin

1            2            3

[2] "*Considerasti quidem vultum nativitatis tue in speculo et Romano pontifici credidisti, qui te fraterculum gigantum esse putabat. Ecce, archipresul Coloniensis,<sup>1</sup> qui te Aquisgran<sup>2</sup> cum Prenestino episcopo<sup>3</sup> de mandato pape Nocentii<sup>4</sup> coronavit, ad mandatum nostrum sponte devenit et prostratus pedum nostrorum scabello.<sup>5</sup> De tanto excessu veniam postulavit frater nempe tuus, qui prior est sapientia et etate sibi providit cautius in futurum. Unde ad pedes nostre maiestatis accessit| et nobis non desinit iugiter deservire, preconsiderans quod aliter non evadere poterat iudicium ultionis.*"

gigantum] gignatum Berlin            Colloniensis P            Prenestino] Prestino S            Nocentii]  
Inocentii S            providit] et add. Berlin            maiestatis] magestatis S            ac|cessit  
[\[41vb\]](#) S            non tr. post evadere A P Berlin

<sup>1</sup> XXXXX.    <sup>2</sup> Aachen. For another view of the double election, see **Boncompagnus** [3.3.1](#). For Boncompagno's portrayal of a normal election of the king of Germany, see **Boncompagnus** [4.1.1-3](#).  
<sup>3</sup> XXXXX.    <sup>4</sup> FRIEDRICH KRÄMER "Ueber die Anfänge und Beweggründe der Papstnamenänderungen im Mittelalter" **Römische Quartalschrift** 51 (1956) 148-188. See **Boncompagnus** [2.1.1](#), and the **Poetria nova** XXX.    <sup>5</sup> See below, [3.14.4](#).

[3] "*Memento igitur dierum antiquorum, cogita genealogias antecedentium et interroga patrem tuum, cuius vestigia propter inaudite presumptionis excessus presumptuosis passibus imitaris, et dicet tibi, quomodo propter arogantiam et infidelitatem suam*

*punierit eum pater noster victorissimus Fredericus et abstulerit ei totam Saxoniam excepto Brunsvich, | ubi tu quandoque velud in singulari tugurio requiescis."*

imitaris] inmittaris P      victorissimus] victorio siscimus P      Fredericus] Federicus  
S      Brunsvich | [\[61v\]](#) A P<sup>PC</sup>

[4] *"Deponas ergo cornua et mitram, quam tibi papa concessit, et studeas penitere, dum presto est benignitas remittentis, quoniam ex gratia consanguinitatis adhuc tui dignabimur misereri, conferendo insufficientie tue subsidia oportuna, quibus vitam possis inopem sustentare."*<sup>1</sup>

et<sup>2</sup>om. A      presto] presta A      quibus--sustentare om. A

<sup>1</sup> A = 61r-61v; Berlin = 86r-86v; Bern = 83ra-83rb; M = 29vb-30ra; P = ; S = 46ra-46rb<BR> Edition of this and following letter perhaps found in WINCKELMANN

#### 4.2.7 Responsiva Ottonis contra Philippum.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> This letter is edited in BÖHMER **Acta** 763 and listed in BÖHMER-FICKER **Regesta imperii** 5.\*235 (p.71): *"antwortet dem Philipp, welchen ihn höhnisch an dessen frühere Bestimmung zum Geistlichen erinnert, auf dessen Aufforderung vom Reiche abzustehen: er vertraue dem Papst der ihm das Kaiserthum versprochen, und dem nicht zu widerstehen sei, wie ja auch zu Venedig Papst Alexander seinen Fuss auf den Rücken des Vaters Philipps setzte; nicht der abgesetzte Erzbischof von Köln habe ihn zu Achen gekrönt, sondern der apostolischen Legat im Auftrage des Papstes; sein schwächlicher Bruder werde sich zu Philipp gewandt haben, um in dessen Kirche eine Pfründe zu erhalten; sein Vater habe Sachsen verloren wegen der Untreue seiner Deinstmannen, wie ähnlich ja auch Philipps Schwiegervater und Schwager das Reich von Constantinopel und das Leben verloren; sein Vater habe ihn aufgefordert, das ihm geschehene Unrecht zu rächen, und das unbezwingliche Braunschweig in guter Hut zu halten; halte Philipp ihm seine geringen Mittel vor, so sei es um so weniger ehrenvoll für denselben, von ihm so oft beseigt zu sein. Cavillosum exordium--superasse. Böhmer **Acta** 763 aus **Boncompagni Boncompagnus**. Erdichtet, aber wohl gleich in dieser Zeit in Umlauf gesetzt; vergl. bei Phil. nr. 89."*

[1] *"Cavillosum exordium, que in tue 'invective' initio posuisti, Philippe, 'contra' te potest verisimiliter allegari, quoniam 'protervam et voracem dominandi ambitionem' habere videris, ex quo contra Deum et apostolorum vicarium, qui te cum omnibus fautoribus tuis excommunicationis vinculo innodavit,<sup>1</sup> volens quod inperare non debeat aliquis de genere viperarum,<sup>3</sup> tibi Romanum imperium usurpare moliris.<sup>2</sup> Incepisti postmodum ab 'utinam' optativo, Deum tamquam levita misticus rogitando, credens Herbipolis remorari, ubi preposituram vacantem habebas."*

Ottonis] Otonis Bern A S      innodavit] inodavit M S      imperare] inperare  
Berlin      Romanum] humanum A      vacantem] vaccantem M

<sup>1</sup> Date and article.      <sup>2</sup> **RNI** XXXXX.      <sup>3</sup>See **Boncompagnus** [2.2.1](#) (*Excommunicat papa imperatorem propter usurpationem*).

[2] *"Nos enim absque oratione tua 'sapimus et intelligimus, quod vicarius Christi,*



**cives Colonienses et magni fautores nostri** dederunt nobis pharetram et arcum, ut in victoria **'signum'** infigamus tibi ultionis dire **'sagittam'**. Sicque **'munusculum'** idest imperiale sceptrum nobis libere **'promiserunt'**, scientes quod **'aureum vellus'**, idest Romanum imperium optinebimus preliando. Unde **'nostraconditio| puerilis'** idest pura **'esse videtur'**. **'Pueri'** enim sumus, idest in militia pura et in diris preliis tamquam aurum in fornace probati,<sup>1</sup> quare **'de arundine'** facimus **'equum'**, quia te quasi arundinem reputamus in bello et idcirco fecimus **'calcaria de salice'**, ut inimicorum organa in salicibus suspendamus."

pharetram] pharetra Berlin	dire ultionis tr. A	idest om. Berlin	vellus]
velum S	nostra om. A	conditio  [33 <sup>va</sup> ] P	idest] et Berlin
om. A	<b>pura S] puri M Berlin pueri Bern</b>	probat] probata S	Pueri--diris
arundinem om. quasi per homoileuton S			facimus--

<sup>1</sup>Prov. 27.21, Sap. 3.6

[3] "**'Consideravimus quidem vultum nativitatis nostre in speculo'** idest in Romana ecclesia, que speculum est omnium et lucerna, spem nostram posuimus **'credentes Romano pontifici, qui non ab re putat nos esse fratrem Gigantum.'** Unde ipse velud Gigans egressus est ad resistendum presumptioni tue. Nec est, qui se abscondere possit a calore indignatione eius, quoniam Alexander tertius Venetiis dorsum patris tui calcavit, dicens: **'Ambulo super aspidem et basiliscum.'**<sup>1</sup> Si autem super lignum viride hoc fecit, in sicco quid faciet, patet procul dubio universis."

nostre S] vestre A M Bern Berlin	nostram om. S	ab re putat] abreputat
M	esse nos tr. A	Gigantum] gignatum Berlin
basiliscum] basilicum A S	sicco] sico M	Gigas] Gigans S

1

[4] "**'Coloniensis quidem non archiepiscopus sed depositus nos apud Aquisgranum| minime coronavit.'** Immo **'Prenestinus episcopus'** apostolice sedis legatus, **'de mandato et auctoritate domini pape Innocentii,'** de cuius consecrati nominis initio prepositionem temere subtraxisti, regalem posuit super capud nostrum coronam, signa imperialia conferendo cum celebritate solempni. **'Frater nempe meus eger est pedibus'** et viribus corporeis enervatus et idcirco tibi appetit **'deservire,'** ut in ecclesia tua sibi aliquam prebendam assignes. Ceterum videre potes, quod ex una radice plante sepe plures consurgunt et illarum aliqua efficitur sterilis et morbosa."<sup>1</sup>

Aquis S   [42 <sup>ra</sup> ] S	minime] munere S	consecrati nominis] consecrationis
Berlin consensu S	initio] initium S	corporeis] corporis Berlin
aliquando M	consurgunt A S M Bern]	aliquam]
	consurgunt codd.	

1

[5] "**'Preterea dierum antiquorum meminimus et interrogavimus patrem meum'**

*et dixit nobis, quod ei non 'abstulit Saxoniam Fredericus,' sed fuit quasi causa inductiva et cooperatrix ad inducendum ministeriales<sup>1</sup> et servos suos contra eum, quoniam domestici et familiares facile valent statum subvertere dominorum, sicut in socero tuo et cognato potes per similitudinem intueri, quorum unus per carnalem fratrem et alter per consobrinum Constantinopolitanum imperium et vitam amisit.<sup>2</sup> Pater insuper noster nos fuit plurimum exortatus, quod suam iniuriam vindicemus. Inquit enim: 'Non debet iura hereditaria possidere, qui patris iniuriam non nititur vindicare.' Iniunxit etiam nobis, ut 'Brunsuich' faciamus omni tempore diligentius custodiri, quia civitas inexpugnabilis est et inexpugnabiles principes conservavit. Unde ipsam in odium alicuius non debes 'tuguriam', sed urbem regiam appellare."*

meum] vestrum Berlin      Fredericus A Bern] **Fridericus** Berlin Federicus S M  
quasi *om.* A      cooperatrix Bern] cohoperatrix A S M corporatrix Berlin  
inducendum] ducendum S      facile] facile M      socero] socio Berlin      exortatus]  
exhortatus Bern Berlin      vindicemus] vendicemus A      Inquit] Inquid Bern  
enim *om.* Berlin      vindicare] iudicare S vendicare Bern      nobis etiam | *tr.* [62]  
A      Brunsuich] Brusuich Bern S Berlin      faciamus] etiam *add.* Berlin      non  
*repat.* Berlin      tuguriam] tugurium A M      urbem] civitatem A

<sup>1</sup> For ministeriales [6.5.1-5](#).

2

[6] "*Demum non 'deponemus cornua,' sed apponemus imperialem coronam, quam nobis dominus papa donabit, in nomine cuius exaltabuntur cornua nostra, quoniam erexit cornu progeniei nostre, nos in regem exultationis oleo perungendo.*"

deponemus] deponimus S

[7] "**Penitentiam** adhuc exhibere non potes neque **remissionem** facere delictorum, quia non dum es in episcopum consecratus. Sed ridiculosum pro certo esse videtur, quod illi **misereri** promittis, a quo miseracordiam implorare deberes, quoniam Romanum tibi abstulit imperium et super dorsum tuum non desinit fabricare."

non dum] nundum M      deberes] debes Berlin

[8] "*Super eo vero, quod nos 'inopes' appellasti, erubescere deberes admodum et stupere, quia tunc honori tuo detrahis manifeste, cum illos appellas 'inopes', qui te superabiliter diris guerris et diuturnis fatigant. Nemo umquam sane mentis gloriatur se devicisse formicam, sed ille gloriam de sua virtute reportat, qui leonem vel ursum dicitur superasse.*"<sup>1</sup> |

inopes nos *tr.* M      illos] illas A      diris] duris Berlin      guerris] gueris M werris  
S      superasse| [33<sup>vb</sup>] P

<sup>1</sup> A = 61v-62r; Berlin = 86v-87v; Bern = 83rb-83va; M = 30ra-30rb; P = S = (46rb)-(45va)

\*\*\*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998





## Boncompagnus 4.3

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 4.3 DE ROGAMINIBUS, QUE PORRIGUNT IMPERATORES ET REGES INFERIORIBUS, ET DE RESPONSIONIBUS INFERIORUM

#### | 4.3.1 Quando imperator vel rex rogat prelatum vel subditum, ut sua debeat negotia protractare.

[1] "*De tue dilectionis et fidelitatis industria confidentes volumus et rogamus, ut imperii negotia studiosius tractare procures, sciens quod personam vestram sincere diligimus honori et profectu tuo superintere cupientes.*"

| [\[33vb\]](#) P    [\[42ra\]](#) S            | [\[42rb\]](#) S

#### 4.3.2 Responsiva prelati seu subditi.

[1] "*Imperialis maiestatis litteras intuens, plurimum exultavi, quia dignati fuistis mee parvitati excelsa imperii negotia committere ad tractandum, referendo pariter quod me sincere diligitis et profectui meo superintendere affectatis. Super quibus celsitudini vestre subicibiles refero grates, promittens firmiter quod cuncta michi commissa negotia fideliter tractare curabo.*"

#### 4.3.3 Rogat imperator aliquam cardinalem, ut Maguntino archiepiscopo exhibeat consilium et favorem.

[1] "*De tue sinceritatis perseverantia confidentes, industriam tuam attentius rogitamus, ut dilecto imperii fideli archiepiscopo Maguntino consilium exhibeas et favorem.*"

#### 4.3.4 Responsiva cardinalis.

[1] "*Rogamina, que pro archiepiscopo Maguntino imperialis celsitudo porrexit, loco mandatorum suscepi, unde sibi coram summo pontifice consilium et iuvamen studui taliter exhibere, quod cuncta que postulavit se impetrasse letatur.*"

#### 4.3.5 Rogat imperator cardinalem, ut sibi novos rumores et occulta pape negotia significat.

[1] "*Tue sinceritatis constantiam dilectionis brachiis amplectentes, tuam confidentius amicitiam deprecamur, ut novos rumores et occulta pape negotia maiestati nostre non differas intimare.*"

#### 4.3.6 Responsiva cardinalis.

[1] "*De novis rumoribus et occultis domini pape negotiis maiestatem vestram sic reddo litteris presentibus certiore, quoniam summus pontifex, in quibuscumque potest honorem vestram annullare molitur et regnum Sicilie sibi usurpare anhelat, congregans regni| barones per diverticula eis promissionibus et muneribus suadendo, ut in vos debeant unanimiter conspirare.*"

regni | [\[42<sup>va</sup>\]](#) S

#### **4.3.7 Rogat rex<sup>1</sup> aliquem archiepiscopum,<sup>2</sup> ut cuidam suo clerico<sup>3</sup> debeat assignare prebendam.<sup>4</sup>**

[1] "*Latorem presentium .H. clericum, qui nobis iam per quinquennium deservivit, tue industrie commendamus, rogantes quatinus ob reverentiam nostram sibi locum et prebendam in ecclesia Strigonensi assignare procures.*" |

procures | [\[34<sup>ra</sup>\]](#) P

<sup>1</sup>            <sup>2</sup>            <sup>3</sup>            <sup>4</sup> Sweeney ""

#### **4.3.8 Responsiva archiepiscopi, quod facere non potest.**

[1] "*Regalis maiestas michi nuper iniunxit, quod .H. clerico vestro assignarem in ecclesia Strigonensi prebendam, quod ob vestram et regni reverentiam ducerem libentissime ad effectum, sed manifestum est, quod in maiori ecclesia non possum alicui beneficium assignare.*"

#### **4.3.9 Littere indignationis et cominationis contra eundem archiepiscopum.**

[1] "*Non possumus non mirari, quod semper mandata nostra contempsisti et voluntati nostre niteris obviare, sed firmiter scias et nullatenus dubites, quod regalis gladius culpam quandoque feriet excedentis.*"

#### **4.3.10 Responsiva archiepiscopi cum timore.**

[1] "*Comminationis vestre littere me, ultra quam credi valeat, terruerunt, quia licet sim innocens, nocentia<sup>1</sup> nichilominus me accusat, et ubi culpa non est, queritur ultio pro delicto. Sed ex quo videro, quod regalis indignatio contra me fortius invalescit, vobis archiepiscopalem sedem relinquam.*"

<sup>1</sup> Cf. Geoffrey de Vinsauf **Poetria nova** prol.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 4.4

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 4.4 DE MAGNIS CORONATORUM NEGOTIIS INTER SE ET AD INFERIORES ET DE INFERIORIBUS AD EOSDEM PRO GRAVAMINIBUS ILLATIS

#### | 4.4.1 Rogat et supplicat rex Tironensis imperatori, ut Terre Sancte succurrere dignetur, sibi regni gravamina per ordinem intimando.

[1] *"Tironsense regnum, cui membra principalia sunt recissa, postulat a Domino dominantium omniumque terrenorum principe reparari et per illius querit potentiam iugum reicere barbarorum, per quem reges regnant et iustitia conservatur in terris, cui serviunt nationes et tribus, quem universe orbis provincie pertimescunt."*

| [\[34ra\]](#) P [\[42va\]](#) S | [\[34rb\]](#) P [\[42vb\]](#) S

[2] *"Ego enim appellatione larga rex dictus per diminutionem regni et facti evidentiam possum 'regulus' appellari, qui vix regeo circa maris litora quedam menia civitatum. Pharaon quidem cum exercitu suo Ierusalem optinet, sacerdotium extirpavit, sepulcrum Christi conculcat et in templo domini extolluntur preconia Machometti. Item Cesariam detinet, Jopem inhabitat, Bethleem possidet, Tabariam usurpat, Craccum| habet et omnes munitiones, qui sunt circa Iordanem et Ierico et a vallis Ebron usque ad mare Galilee. Retinet montes Gelbor atque Thabor usque ad mare Antiochenum et universas terras usque Tripolim et Scalonam."*

habet | [\[43ra\]](#) S

[3] *"Succurrat ergo Romanorum imperator, triumphator, serenissimus et invictissimus Christiani nominis defensor, Cesar augustus, augeat exercitum, veniat et properare dignetur, quia Terram Sanctam liberabit a dominio Pharaonis et Babiloniam atque Arabiam suo imperio subiugabit."*

#### 4.4.2 Responsiva imperatoris.

[1] *"Tyronensi regno compatimur, ut debemus, peroportantes plurimum succurrere in presenti. Sed oportet nos prius eum exercitu ingredi Romaniam et reformata urbe Constantinopolitana in Babiloniam veniemus, et in Damasci pomeriis tentoria configentes, effrenitates dominabimus barbarorum."*

#### 4.4.3 Rex Castellanus<sup>1</sup> rogat imperatorem,<sup>2</sup> ut non debeat prebere iuvamen regi Navarre,<sup>3</sup> qui Miramominin<sup>4</sup> fidelitatem iuravit.

[1] "*Supplantator Christiane religionis rex Navarre, qui Miramominin de Morroch regi Saracenorum fidelitate iuravit et fecit hominum ab imperiali, ut dicitur, maiestate, contra nos auxilium imploravit. Nunc autem celsitudinem vestram attentius deprecamur, | ut nullum sibi prebeat auxilium vel favorem, quia in eum tamquam in vere fidei corruptorem proposuimus acrius vindicare.*"

deprecamur | [\[34va\]](#) P

1

Alfonso VIII, king of Castile (1158-1214). See above, [1.16.5](#).<sup>2</sup> Henry VI, emperor (1190-1197).<sup>3</sup> Sancho VII, king of Navarre (1194-1234).<sup>4</sup> The emir of Morocco, Abu 'Abd Allah Muhammad al-Nasir, Emir al-Mu'minin, was fourth ruler of the Almohaden dynasty in North Africa and Spain. He ruled from 25 January 1199 to 25 December 1213. See [Oliva 19.5 \(note 241\)](#), [Boncompagnus 4.2.5](#), [Palma 45.28-31](#). KARL-ERNST LUPPRIAN **Die Beziehungen der Päpste zu islamischen und mongolischen Herrschern im 13. Jahrhundert anhand ihres Briefwechsels** (Citta del Vaticano, Biblioteca apostolica vaticana, 1981) Studi e testi, 291. I have not seen two recent studies by M. ALVIRA CABRER (Universidad Complutense de Madrid): "La imagen del Miramamolín al-Nasir (1199-1213) en las fuentes cristianas del siglo XIII." **Anuario de estudios medievales** 26 (1996) 1003-1028 and "El desafío del Miramamolín antes de la batalla de Las Navas de Tolosa (1212). Fuentes, datación y posibles orígenes" **Al-Qantara** 18 (1997) 463-490.

#### 4.4.4 Responsiva imperatoris.

[1] "*De guerra,<sup>1</sup> que vertitur inter vos et regem Navarre, dolemus, quoniam utrumque sicut amicum diligimus speciale. Unde neutramque partem duximus confovendam.*"

1

#### 4.4.5 Precipit imperator duci Austrie, ut veniat respondere paratus de offensis, quas intulit duci Carinthe.<sup>1</sup>

[1] "*Cum nuper Herbipoli haberemus curiam generalem, dux Baguarie te coram nobis et universis principibus accusavit, asserens quod contra inhibitionem generalem edicti exercitum contra ducem Carinthe congregasti et ita ducatum ingrediens aliquot castellas et villas plurimas combussisti. Tue igitur strenuitati precipiendo mandamus, quatinus in proximo Purificationis festo te nostro differas conspectui presentare ad respondendum omnibus, que tibi volunt obicere de predictis.*"

<sup>1</sup> 8 April

#### 4.4.6 Responsiva ducis Austrie.

[1] "*Accusatoris aculeus transfiget inania proferentem et veritatis gladius falsitatis velamenta rescindit et cum accusanti per verba honoris fui manifestissime concludetur, inter illos patietur pudorem, coram quibus aperta presumpsit mendatia promulgare. Sicque in termino a vestra maiestate prefixo clarius apparebit, qualiter dux Baguarie baguarabit.*"



#### 4.4.7 Significat dux Austriae imperatori, quod quando erat in servitio eius, | dux Carinthie cum duce Bavarie eum offendit. Unde rogat, ut puniatur.

[1] *"Ex parte serenitatis vestre michi .VI. Ydus Aprilis<sup>1</sup> iniunxit archiepiscopus Maguntinus,<sup>2</sup> quod cum viginti exercitii contra ducem Boemie<sup>3</sup> inimicum Romani imperii properarem, quod fideliter peragendo terram predicti ducis intravi, castellas et villas circa plagas orientales undique destruendo. Cum autem sic in vestro servitio permanerem, et ecce dux Baguarie cum duce Carinthie non cum parva militum multitudine Austriam ingredients, Australibus dampna plurima intulerunt, quia non invenerunt milites vel aliquo pugnatores. Verum quia hoc actum esse dignoscitur contra imperialis maiestatis honorem, vestram confidentius deprecor celsitudinem, quatinus eorum presumptionem taliter puniatis, quod cuncti, qui audient similia facere, pertimescant."*

rubr. eius | [\[43<sup>rb</sup>\]](#) S

1            2            3

#### 4.4.8 Precipit imperator illis ducibus, ut satisfaciant illi duci de iniuriis et damnis.

[1] *"Grave gerimus et molestum, quod illustrium ducem Austriae consanguineum et fidelem nostrum, dum imperii servitio consisteret, offendistis. Et quia hoc actum esse dignoscitur contra imperialis maiestatis honorem, vobis sub pena ducatus et honoris precipimus, quatinus ei tam de iniuriis quam de dampnis illatis iuxta suum arbitrium satisfacere procuretis. Alioquin excessum vestrum taliter puniemus, quod cuncti, qui audient similia facere, pertiment."*

#### 4.4.9 Querit dux Austriae suffragium ab imperatore contra regem Ungarie.

[1] *"Toti est imperio manifestum qualiter .H. rex Ungarorum fratrem suum .A. ceperit et incarceraverit absque causa. Quare divina ultio ipsum regem post unius anni spatium subitanea facit morte perire. Unde| post illius decessum Andreas a regni principibus coronatur, et regina supplantatoris uxor ad me fugit in Austria cum parvulo coronato, qui post parvum temporis spatium diem clausit extremum. Nunc autem rex Andreas per universam Ungariam Pannoniam Dalmatiam Chroatiam Stramecham atque Serviam generalem fecit edictum, ut omnes et singuli occasione regine quam recepi, contra me debeant arma movere et ducatus meos undique devastare. Non prodest michi consanguinitatis vinculum quo michi est astrictus, non recordatur servitii quod sibi contuli eo tempore quo frater suus eum de regno reicit et terram meam propter illum pro maiori parte destruxit. Volenti demum retribuere michi mala pro bonis, spero per imperiale suffragium sibi viriliter obviare, quare vestre supplico maiestati, quatinus universis principibus Alamanie iniungatis, | ut in meum auxilium taliter venire*

*procurent, quod silvestres cum pudore valeam reicere nationes."*

Unde | [\[34vb\]](#) P iniungatis | [\[43va\]](#) S

#### **4.4.10 Precipit imperator principibus Alamanie, ut succurrant duci Austrie.**

[1] *"Cum ducem Austrie ratione proxime consanguinitatis pre ceteris Alamanie diligamus, decet nos ei nostrum suffragium propensius impendere tempore oportuno. Rex quidem Ungarie qui eum tam vire collati servitii quam intuitu parentele diligere teneretur, contra ipsum absque causa rationabili preparat exercitum generalem. Cuius rei causa strenuitati vestre mandamus, sub fidelitatis vinculo districtius iniungentes, ut congregata multitudine militum sibi, cum postulaverit, succuratis."*

#### **4.4.11 Conqueritur Salzebrugensis archiepiscopus imperatori de duce Austrie.**

[1] *"Salzebrugensis archiepiscopatus qui ex imperatorum largitionibus hactenus largissimis possessionibus reflorabat, a duce Austrie tot iniuriis assidue pergravatur, quod maiestati vestre non potest in aliquo deservire. Antecessores nempe mei sibi feudum amplissimum contulerunt, sed ipse tyrannizando latius laxat habenas, quia plura preter concessa usurpat, et fidelitatem nobis iurare denegat consuetam. Ad vos igitur qui estis principes principum et principalis ecclesie Salzebrugensis patronus recurro humiliter supplicando, quatinus ei precipere dignemini, ut usurpata dimittat et michi ratione feudi more suorum antecessorum fidelitatem facere non tardet."*

#### **4.4.12 Precipit imperator duci Austrie, ut archiepiscopo subtracta restituat, et sibi fidelitatem iuret.**

[1] *"Salzebrugensis archiepiscopus quem ratione sue industrie karum habemus parter et acceptum, de te nobis gravem deposuit querimoniam, asserens quod plura tibi feuda preter concessa usurpas et fidelitatem ecclesie iurare denegas consuetuam. Tue igitur strenuitati precipiendo mandamus, quatinus in integrum subtracta restituas et tuorum antecessorum more sibi fidelitatem facere non postponas."*

#### **4.4.13 Conqueritur abbas abbacie regalis cum capitulo suo de comite qui contra rationem aggravat eos.**

[1] *"Imperiali celsitudini que furores excedentium debita pena compescit, lacrimabiliter lamentamur de comite .N. qui nobis contra consuetudinem albergariam repetit annualem. Cui dum nuper ex parte magnitudinis vestre interdiceremus, ne nos in aliquo gravare deberet, quia regalis possessiones habemus et monasterium domos, cum .C. militibus est ingressus et ex toto rapuit cibaria monachorum et vina que| superaverant fecit effundi. Insuper domum Domini stabulum fecit equorum ad modum barbare nationis et in fratrum dormitorio iussit arma reponi. Celsitudinem igitur imperialem que pietatis oculis gravamina respicit in potentem suppliciter deprecamur, ut comitis excessum taliter puniatis, quod de cetero similia non audeat attemptare."*

vina que | [\[35<sup>ra</sup>\]](#) P [\[43<sup>vb</sup>\]](#) S

#### 4.4.14 Mittit imperator litteras comminationis.

[1] "*Cum toti sit imperio manifestum quod abbatie regales ad solam spectent imperii potestatem, miramur plurimum quod abbatiam Sancti Salvatoris inauditis exactionibus aggravare presumis et maxime cum in temporalibus in solo potu aque frigide tibi respondere minime teneatur. Sed firmiter scias quod nisi ad mandatum abbatis et fratrum satisfeceris de omnibus que opponunt, in te sicut in raptorem et sacrilegum ad terrorum omnium duximus vindicare.*"

#### 4.4.15 Excusat se comes, et dicit se probaturum quod abbas et monachi fuere mentiti.

[1] "*Cum sit brevis omnis malitia super malitia monachorum, non est mirum, si maiestati vestre suadere potuit abusio monachali. Verum, ne me videar per dolosa subterfugia excussare, dominationi vestre duximus breviter intimandum, quo in proximo coram celsitudine vestra me de obiectis taliter expurgabo, quod ordinem cucullatum mendaciorum suorum aperte pudebit et sublimitas imperialis conceptam indignationem deponet.*"

#### 4.4.16 Supplicat moniales imperatori, ut earum debeat privilegium renovare, et districtius uiris secularibus inhibere, ne ipsas molestare presumant.

[1] "*Cum simus Deo dicite virgines et pre fragilitate sexus ad defendendum possessiones ecclesie imbecillies, ad vos qui Romanum imperium optinetis, et temporali gladio iura defenditis impotentum, recurre minime dubitamus vestre maiestati humiliter supplicando, ut privilegium a Romanis imperatoribus concessa dignemini renovare, districtius uiris secularibus inhibentes, ne nos ulterius molestare presumant.*"<sup>1</sup>

*rubr. secularibus] solaribus P<sup>3</sup>*

1

See [Oliva 8a.3](#) and [Liber X 2.30.4](#) ([Reg. 11.108](#), [Comp. III 2.20.1](#)).

2

#### 4.4.17 Supplicat Cremona imperatori, ut sibi Cremam restituere dignetur.

[1] "*Cremonensis civitas, que infra Ytaliam columpna imperii semper extiti principalis et guerras et gravamina pro illo non timet nec timuit sustinere, se vestre maiestati attentuosius recommendat. Nos autem qui eiusdem <....> Nam toti est imperio/manifestum, quomodo magnifice memorie .F. imperator <....> Lombardia pace petiri.*"

#### 4.4.18 Significat Cremonibus imperator, quod Mediolanensibus precipit, ut Cremam sibi restituant.

[1] "*De fidelitatis vestre constantia nullatenus dubitantes, absque omni ambiguitate credimus, quecumque nobis vestris litteris intimastis <....>, quod Crema vobis restituere non postponat.*"

#### 4.4.19 Precipit imperator Mediolanensibus, ut Cremam restituant.

[1] "*Miramur et non sufficimus ammirari, quod Cremam Cremonensibus dilectissimis imperii fidelibus restituere distulistis. Quare vobis sub fidelitatis vinculo districte precipiendo mandamus, quatinus restitutionem facere ulterius non tardetis, quia non possemus in patientia tollerare.*"

#### 4.4.20 Significant Mediolanenses imperatori, quod de precepto illo plurimum amirantur.

[1] "*In ammiratione corda nostra stupescunt et imperiale preceptum nos facit ultra solitum ammirari, cum aperte sciatis, quod Cremam per imperatorum largitionem et specialia privilegia teneamus, et nobis tam districte precipitis, quod eam Cremonensibus restituere non tardemus.*"

#### 4.4.21 Significat imperator Mediolanensibus, quod ad importabilem Cremonensium instantiam scripsit, sed ipsi teneant.

[1] "*Ad importabilem Cremonensium instantiam sic laxavimus precepti habenas, sed qui nunc tenent, teneant donec in Italiam veniemus, et postmodum firmiter promittatis, quod eis coram nobis vultis respondere de iure, et si sua privilegia hostenderint, et vos vestra similiter ostendatis, scientes quod semper erit potior conditio possidentis.*"

#### 4.4.22 Conquerentur Ymolenses imperatori, quod Bononienses et Faventini sibi dentinent comitatum.

[1] "*Latere non credimus| imperatoriam maiestatem, qualiter civitas Imola pro due fidelitatis constantia immolatus et inter Bononiam et Faventiam stet velut cornicula denudata. Nam hinc Bononienses tondent, inter Faventini radunt nec aliquae illarum dimittit cuncti, nisi sit plena cruore, quod totum in contemptum imperii noscitur pervenire, ascendat igitur ad vos clamor noster, et ad doloris nostri allevationem, illis usurpatoribus precipere districte velit, quod nobis episcopatum nostrum in pace dimittant.*"

#### 4.4.23 Precipit imperator Bononiensibus et Faventini, ut Imolensibus restituant comitatum.

[1] "*Graves iniurias et iacturas inportabiles, quas Imolensibus inferre non disinitis, intuentes, mandamus vobis districtus iniungendo, ut episcopatum suum eis restituere minime postponas.*"

#### 4.4.24 Excusant se imperatori Bononienses et Faventini, sicut illi quidem precepto non curant.

[1] "*Si sunt aliquae in Italia civitates, que imperii diligant et honorent, Bononia et Faventia inter illas valent merito computari, quia semper dehonare imperii solícite permanserit. Verumtamen civitas Imolensis nos et societatem Lombardie sepius offendere non expavit et adhuc, sicut manifeste videmus, in eodem proposito perseverat. Ceterum suum episcopatum nullatenus detinemus, sed quia nobiles cives nostri habent ibidem castella et villas, de quibus Imolensibus non tenentur aliquatenus respondere.*" |

respondere | [\[35va\]](#) P

#### 4.4.25 Conqueritur frater de fratre, quod sibi denegat portionem hereditatis paterne.

[1] "*Frater meus .H.<sup>1</sup> dux Boemie post nostri patris decessum michi tutor usque ad pubertatis annos remansit, sed postmodum voluntati obvians testatoris, ex toto denegat partem hereditatis paterne. Quare maiestati vestre, que de rigore iuris facit quemlibet sua sorte manere contentum, duxi humiliter supplicandum, ut michi iubetatis assignari partem que me de iure contingit.*"

<sup>1</sup> **Boncompagnus** 4.4.25-26 concerns two brothers contending for a division of their inheritance. Check to see whether Ottokar I (1197-1230: 1197 royal title from Philipp of Suabia, 1212 Golden Bull from Frederick II) had a younger brother with whom he contended. Barbarossa certainly encouraged contention by separating Moravia from Bohemia in 1182. See H. PATZE "Kaiser Friedrich Barbarossa und der Osten" **Vorträge und Forschungen** 12 (Konstanz 1968) 337ff. Perhaps Boncompagno applied to the Premyslids of Bohemia the actual dispute between the Arpad brothers Emmerich (1196-1204) and Andreas II (1205-1235) claimants to the Hungarian throne. He was certainly better versed in Hungarian politics than Bohemian. See above, **Boncompagnus** [1.20.7](#), [4.4.9](#). B. HOMAN **Geschichte des ungarischen Mittelalters** (Berlin 1940-1943), I. BARTA **Die Geschichte Ungarns** (Budapest 1971), K. BOSL ed. **Handbuch der Geschichte der Böhmisches Länder** (Stuttgart 1967). Special studies on Hungary: JOSEF DEER "Der Weg zur Goldenen Bulle Andreas II. von 1222" **Schweizer Beiträge zur allgemein Geschichte** 10 (1952), JAMES ROSS SWEENEY "The Problem of Inalienability in Innocent III's Correspondence with Hungary" **Medieval Studies** 37 (1975), A. HUBER "Studien über die Geschichte Ungarns im Zeitalter der Arpaden" **Archiv für österreichischen Geschichte** 65 (1884) 156-163; on Bohemia:

#### 4.4.26 Iubet imperator, quod aut cum eo amicabiliter conveniat aut respondeat sibi coram eo.

[1] "*Quia de iure communi provenire dignoscitur et approbata consuetudo requirat, ut*



*filii ex legitimo nati matrimonio, nisi ob religionem secularibus renuntiaverint vel propter ingratitude fuerint a parentibus exhereditati, equaliter debeant hereditaria iura partiri, idcirco miramur, quod fratre tuo partem hereditatis denegare moliris. Eapropter strenuitati tue mandamus atque precipimus, quod aut cum fratre tuo de dividenda hereditate studeas amicabiliter convenire aut te nostro conspectui non differas| presentare, ut secundum consuetudinem Alamanie per pares curie de divisionis ordine cognoscatur."*

differas | [\[44va\]](#) S

#### **4.4.27 Conqueritur quidam comites<sup>1</sup> imperatori de comite .I.,<sup>2</sup> qui eis tria castella detinet violenter.**

[1] "*Comes .I. nobis tria castella detinet violenter nec possumus per aliquos consequi rationem. Quapropter maiestatem vestram attentius exoramus, ut marchioni Estensi<sup>3</sup> et comiti de Pantago iniungatis, ut si constiterit nos ipsa per .XL. annorum spatium quiete hac pacifice possedisse, nobis castella restituere non postponat."*

Pantago B] Patreago M Pinago X Panigo P

<sup>1</sup> Counts de Lang. or Lardig (see next three letters). See also **Oliva**, [c. 54](#)      <sup>2</sup>      <sup>3</sup>

#### **4.4.28 Committit causam imperator marchioni .B. et comiti de .X.**

[1] "*Ex parte comitum de Lang. ad nostre maiestatis aures querela pervenit, quod comes .I. tria castella, que per .XL. annorum spatium se dicunt pacifice possedisse, detinet violenter. Eapropter strenuitati vestre precipiendo mandamus, ut rei veritatem diligentius inquiratis, et si rem vobis ita esse constiterit, dicta castella cum omnimoda integritate comitibus ipsis restituere non tardetis."*

#### **4.4.29 Respondent isti imperatori, significantes quoniam sententiam protulerunt.**

[1] "*Precepit nobis imperialis maiestas, ut controversia, que vertebatur inter comitem .I. ex una parte et comites de Lardig.<sup>1</sup> ex alia super tribus castellis, que idem comes dicebatur per violentiam detinere, sub hac forma terminare deberemus, videlicet, ut si constaret nobis, quod comites ipsi predicta castella per .XL. annorum spatium pacifice possedissent, sibi eas restituere teneremur. Nos autem rei veritate diligentius inquisita partem comitis .I. condempnavimus et comites ipsos in possessionem misimus corporalem, sicut in sententie tenore vestra poterit serenitas totius rei seriem evidentiarius intueri."*

1

#### **4.4.30 Dictant isti sententiam hoc modo cum variatione.**



[1] *"Nos .A. marchio .X. et .V. comites de .X. constituti ab imperiali maiestate cognitores cause, que vertebatur inter comitem .I. ex una parte et comites de Lardig. ex alia de tribus castellis, que idem comes dicebatur per violentiam detinere, partem comitis .I. semel et bis citavimus, sibi tertio sub uno peremptorio iniungentes, ut ad causam veniret vel mitteret aliquem responsalem. Ille autem nostra iussa contempnens, utramque facere penitus recusavit. Quare de imperiali| auctoritate atque prudentium virorum consilio comitem .I. velud contumacem legiptima sententia condempnavimus et comites ipsos in possessionem misimus corporalem."*

im|periali [\[35vb\]](#) P

[2] Si autem causa fuerit ordine iudiciario ventilata, post 'detinere' dictator ita procedat: *"Utramque partem ante nostram presentiam| convocavimus, ubi pars comitum actionem iniuriarum proponens agebat, quia quod vi metusve causa gestum est, ratum haberi non debet, unde ante cause ingressum restitui postulabat. Comes vero prescriptionem temporis allegabat, dicens quod sine alicuius contradictione possiderat per .XXX. annorum spatium et ultra. Sed testes comitum prescriptionis exceptionem de medio auferentes, probarunt aperte, quod comes vi et metu castrorum dominium optinebat. Quare auctoritate imperiali et de sapientum consilio partem comitis condempnamus et comites ipsos in possessionem mittimus corporalem."*

pre|sentiam [\[44vb\]](#) S

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 4.5

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 4.5 DE PRINCIPALIBUS NEGOTIIS IMPERII CUM CIVITATIBUS YTALIE

#### 4.5.1 Significat imperator, quod in Ytaliam dirigit archiepiscopum Maguntinum tamquam presidem principalem.<sup>1</sup>

[1] "*Ad refrenandam rebellium pravitatem et iustitie plenitudinem conservandam in Ytalia dirigimus archiepiscopum Maguntinum,*<sup>2</sup> *dantes ei plenariam potestatem, ut presit civitatibus et populis universis et tamquam preses ordinarius imperii iura pertractet, causas audiat singulorum et secundum leges et consuetudines approbatas in causis civilibus et criminalibus sententias proferat finitivas. Iubemus enim, ut omnes et singuli sibi tamquam nostre maiestati servire procurent, scientes quod quecumque statuerit, habebimus omni tempore stabillita.*"<sup>3</sup>

| [\[35<sup>vb</sup>\]](#) P [\[44<sup>vb</sup>\]](#) S

<sup>1</sup> Letters 4.5.1-8 edited in ROBERT BENSON "Libertas in Italy (1152-1226" in **La notion de liberte au Moyen Age Islam, Byzance, Occident** ed. GEORGE MAKDISI (Paris 1985) 191-213 at 211-212; 4.5.9-10 in EDUARD WINCKELMANN **Philipp von Schwaben und Otto IV. von Braunschweig** Jahrbücher der deutschen Geschichte (Leipzig 1873-78) 1.563-64. <sup>2</sup> Christian von Buch, archbishop of Milan (11XXX-11XXX), DIETER HÄGERMANN "Beiträge zur Reichslegation Christians von Mainz in Italien" **QFIAB** 49 (1969) 186-238. <sup>3</sup>

#### 4.5.2 Significant imperatori Ytalici, quia volunt quod Maguntinus debeat eis pacta servare.

[1] "*Sanctiones imperii debita moderatione timentes, archiepiscopum Maguntium recepimus cum honore, sed volumus et optamus, ut pacta, que magnifice memorie Romanorum imperatores cum nostris antecessoribus inierunt, studeat conservare. Nam si vellet facere de arbitrio legem et de voluntate decretum, indignaretur illius Ytalice turbe libertas, que libera vult nasci et libera mori. Porro sicut imperatorum leges proclamant 'Italia non est tributaria nec est provincia, sed domina privinciarum.'*"

#### 4.5.3 Invectiva imperatoris contra Ytalicos. |

[1] "*Patres vestri comederunt uvas acerbas.*<sup>1</sup> *Unde non est mirum, si dentes filliorum contincti gustus acedine obstupescunt.*<sup>2</sup> *Non debetis ergo colligere de spinis uvas aut de tribulis ficus,*<sup>3</sup> *sed qui premit absinthium, sucum odoratur amarum.*"<sup>4</sup> |

rubr. Ytalicos | [\[45<sup>ra</sup>\]](#) S

contincti] contracti M scholaribus P<sup>3</sup>

amarum | [\[36<sup>ra</sup>\]](#) P

<sup>1</sup> Ezech. 18.2<sup>2</sup> Jer. 31.29-30<sup>3</sup> Matth. 7.16<sup>4</sup> Jac. 3.12 ???

#### 4.5.4 Responsiva Ytalicorum.

[1] *"In orto domestico plantatur libanus, sed oleaster in vasto rure decrescit et queque singula consuetudinem respiciunt per naturam. Ceterum, sublato principe quis pugnabit par, scilicet quod habemus, quia semper libertas et Cesar erant?"*

pugnabit] purgabit B

quod] quid emendavit Benson

erant] eius P

#### 4.5.5 Invectiva imperatoris contra Mediolanum.

[1] *"Viri Mediolanenses patres vestri contra imperium deliquerunt. Unde civitas fuit tripertita in burgos et lignorum strues, quam carrociam appellatis, prostrata subivit pudorem. Amiserunt insuper tria Magorum corpora veneranda, quibus hodie Colonia veneratur. Presumptionis igitur semitas evitate, ne consimilis excessus in vos faciat recidivam, quia imperium est et erit nec poterit deperire."*

#### 4.5.6 Responsiva Mediolanensium.

[1] *"Imperialis celsitudinis yronia, destructionis antique impropria et vestrarum illationes minarum nos plurimum faciunt de vestra gratia dubitare. Quicquid tamen sit vel fuerit, in omnibus deservire optamus imperatorie maiestati et sollempnem pacem, que fuit Constantie<sup>1</sup> celebrata, inviolabiliter conservare."*

yronia] Roma P<sup>3</sup>

impropria] in propria M imperia X

<sup>1</sup> Peace of Constance, 1183.

#### 4.5.7 Invectiva imperatoris contra Florentinos.<sup>1</sup>

[1] *"Triumphantis imperii celsitudo vobis de consueta pietatis clementia iam pepercit. Verum quia imperialis benignitatis indulgentiam vestra temeritas non cognoscit, idcirco vos banno perpetuo subicimus, statuentes quod--tamdiu maneatis--forbanniti quousque mille libras auri purissimi nostre camere solvatis et mandatis nostris videris per omnia obedire."*

forbanniti] fore banniti BENSON

videris] iuretis BENSON

<sup>1</sup> Perhaps based on the penalty of 10,000 silver marks which Wolfger, patriarch of Aquileia and imperial vicar in Italy, laid on Florence in 1209 for delaying to cede back imperial properties on the occasion of Otto IV's *Romzug*. See BENSON, as above, p. 204, citing EDUARD WINCKELMANN **Philipp von Schwaben und Otto IV. von Braunschweig** *Jahrbücher der deutschen Geschichte* (Leipzig 1873-78) 2.174-76 and ROBERT DAVIDSOHN **Geschichte von Florenz** (Berlin 1896) 1.657-58.

#### 4.5.8 Responsiva Florentinorum.

[1] *"Rumor per diversas partes Ytalie convolavit, quod nos banno perpetuo subiecistis, a quo non poterimus unquam absolvi, nisi camere vestre mille libras auri purissimi persolvamus. Sed ab antiquis audivimus et nobis patres nostri dixerunt, quod non relinquebant nobis aurum sed arma, quibus nos et libertatem patrie tueamur. Aurum siquidem nostrum est libertas et nos illam sicut antecessores nostri curabimus viriliter defensare. Nec illorum exempla disposuimus imitare, qui se sponte subiciunt servituti."*

#### 4.5.9 Significant imperatori Pisani excessus Ytalicorum, et contra plurimos invehuntur. Unde supplicant, ut venire non tardet.<sup>1</sup>

[1] *"Civitatis Pisane stilus assumit officium perorantis, ea commode proseguendo, que ad imperii statum et totius orbis profectionem pertinere noscuntur. Non carpit floridos flores, artificiosam eloquentiam non| sectatur, orationem non prosequitur picturatam; sed verborum urbanitate postposita proponit simpliciter veritatem, que claudi potest, sed vinci non valet, quia suorum paucitate contenta est et multitudine hostium non terretur. Ecce post decessum magnifice memorie imperatoris .H. fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania, dicentes: 'Faciamus de voluntate legem et de furore decretum; auferamus nobis iuga maiorum, que sunt importabilia sine dubio ad ferendum, et quisque nostrum deserviat voluptati.' A maiori namque sanctuario inceptit iniquitas, quia cum temporali spiritualis gladius in unica vult esse vagina sicque languescente vertice membra singula corrumpuntur. Quid plura? Fides perit, iustitia deseritur, iustus et rectus peccant, sola potentia dominatur.<sup>2</sup> Ad vos demum, qui Romanum imperium optinetis ac limina iuris quelibet moderamini, clamitat urbs Pisana, ut quamcitus veniatis ad iustitie federa conservanda et removenda onera impotentum. Prestolantur siquidem adventum invictissimi triumphatoris| ecclesie, domus hospitales, vidue ac orphani et omnes, qui cupiunt desiderata pace gaudere. Illi vero, qui de potentia sua confidunt, cunctique raptos et latrunculi maiestatem imperatoriam contremiscunt, credentes quod in illos debeat extendere gladium ultionis."*

non | [\[45<sup>rb</sup>\]](#) S      triumphatoris | [\[36<sup>rb</sup>\]](#) P

<sup>1</sup> For a discussion of these letters, see KSTREIT.DOC.

<sup>2</sup>For the same sentence, see above [3.10.1](#) and also the [Epistola Boncompagni ad Philippum electum Ferrariensis 2](#).

#### 4.5.10 Respondet imperator Pisanis et dicit, quod subiugato rege Dacie veniet.

[1] *"De sinceritate fidelitatis, quam erga nos et Romanum imperium habuistis, prudentiam vestram dignis laudibus commendamus, vobis tamquam dilectis fidelibus intimantes, quod subiugato rege Dacie in Ytaliam veniemus, ubi secundum consilium vestrum in quoslibet excedentes duximus vindicandum."*

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 4.6

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 4.6 DE STATUTIS IMPERIALIBUS

#### | 4.6.1 Exordium generale ad novas leges constituendas.

[1] *"Convenit imperiali celsitudini singulorum excessus diligentius intueri, et que contra iuris ordinem fiunt, imperialis moderaminis falce penitus resecare, et si quandoque nova delinquentium genera compareant, novas legas constituere, ne transgressores per legum taciturnitatem in malis actibus valeant aliquatenus gloriari."*

| [\[36<sup>rb</sup>\]](#) P | [\[45<sup>rb</sup>\]](#) S | [\[45<sup>va</sup>\]](#) S

#### 4.6.2 De statuto contra illos, qui nolunt imperio fidelitatem iurare.

[1] *"Ne transgressores malitiose querant subterfugia delinquendi, statuimus, ut omnes, qui fidelitatem imperio iurare denegant consuetum et parere generalibus mandatis recusant, tamdiu sint infames, quousque ad mandatum imperii revertantur."*

#### 4.6.3 De statuto contra milites, qui preliantur in torneamentis.

[1] *"Intuentes quod torneamenta, in quibus milites ad solam ostentationem suarum virium preliantur, fecere iam plurimos deperire, hoc generali sancimus edicto, ut nullus miles in arbitrariis torneamentis bellari presumant."*<sup>1</sup>

<sup>1</sup>See below, [6.7](#).

#### 4.6.4 De statuto contra latrunculos et raptores.

[1] *"Nostre maiestatis auribus est relatam, quod in locis silvosis et abditis latrunculi et raptores latitant, qui die noctuque spoliant viatores."*

[2] *"Quare universis imperii fidelibus damus potestatem plenarium, ut ubicumque illos poterunt invenire, ipsos absque pene metu occidant, exoculent atque suspendant."*

[3] *"Si quis autem eis impenderit auxilium vel favorem, se penam consimilem noverit incursum."*

#### 4.6.5 De statuto contra leprosos.

[1] *"Si ex humane conditionis fragilitate aliquos lepre morbum incurrere contigerit,*



*sancimus, ut extra civitates castella et suburbia commorentur ibique suam eligant habitationem, ubi frequens non sit hominum accessus, quoniam eorum flatus corrumpit et ex tali corruptione incorrupti aliquando corrumpuntur." |*

corrumpuntur | [\[36<sup>va</sup>\]](#) P

#### 4.6.6 De statutos contra zaratores et fautores eorum.

[1] *"Perversas et detestabiles zaratorum<sup>1</sup> catervas per huius edictui constitutionem dampnamus, et tam illos, qui zare ludum exercent, quam eorum fautores perpetue iudicamus infamie note signari, statuentes etiam quod ad testificandum nullo tempore admittantur. Nam qui Deo et sanctis eius per unius puncti defectum vel augmentum voce garrula iniurari presumunt, periurium contra quemlibet pro parvi muneris exhibitione committere non timerent."*

<sup>1</sup>See above [1.11.3](#), [1.13.3](#) and below, [5.6.25](#), [6.9.4](#).

[2] *"Idem autem de veritatoribus et ludentibus ad rigmectam fieri stabilimus."*

veritatoribus] mercatoribus M

rigmectam] rigivectam BMX

#### 4.6.7 De statuto contra doctores, qui scolares appreciantur.

[1] *"Cunctos litteratorie professionis doctores, qui precio nummario scolares conducunt, censemus| esse infames et auditores ipsos perpetue ascribimus servituti, quia servitutum voluntariam non debere umquam dissolvi placuit."*

censemus | [\[45<sup>vb</sup>\]](#) S

[2] Et Boncompagno videtur.<sup>1</sup>

<sup>1</sup>See above, [3.16.16](#), [3.20.43](#).

#### 4.6.8 De statuto contra monachos et clericos, qui alterant indumento.

[1] *"Monacos et clericos universi, qui causa studii vel criminis perpetrandi alterant indumenta et regulares tonsuras dimittunt, ut id quod sunt esse minime videntur, fore iudicamus infames."*

#### 4.6.9 De statuto contra illos, qui assument habitum muliebrum.

[1] *"Viros, qui causa faciendi vindictam vel decipiendi aliquem assumant habitum muliebrum vel etiam peregrinum, esse eipso iure censemus infames."*

[2] *"Et mulieres, que simile facere attemptant, infamia consimili annotentur."*

#### **4.6.10 De statuto contra cursales atque pirratas.**

[1] "*Viros cursales, quod indomita parturit Sclavonia, longobardos et orridos cappelletos omnesque, qui maria sulcant, eorumque singulos receptores et illos, qui cum eis negotiari presumunt, detestabilis iudicamus infamie nota signari.*"

#### **4.6.11 De statuto contra lenones et rufianos.**

[1] "*Licet lenones et rufiani sint ipso iure infames, adhuc tamen sancimus, ut ultima infamia prenotentur, quia dum custodire volunt extrema pudoris, pudoroso debent ludibrio pudorari.*"

#### **4.6.12 De statuto contra meretricem, que scienter cum leproso coivit.**

[1] "*Meretrix vel focaria, que scienter coierit cum leproso protinus conburatur, ne de corruptione suscepta corrumpat incautos.*"<sup>1</sup>

<sup>1</sup>See above, [3.20.37](#). Are there in truth examples of imperial public health ordinances?

#### **4.6.13 Notula, qua doctrina datur, quomodo petitiones imperatori et regibus porriguntur.**

[1] Forma componendi petitiones, que imperatori vel regibus porriguntur, sumi possent de forma petitionum summi pontificis per industriam providi oratoris. Nam ubi dicitur 'vestre significat sanctitati', dicatur 'imperiali' vel 'regali maiestati' vel 'celsitudini' seu 'clementie'.

[2] Ab imperatore siquidem et regibus petuntur secularia officia, beneficia temporalia, feuda, privilegia, confirmationes, restitutio in integrum, renovatio privilegiorum, auctoritas audiendi de appellationibus, faciendi tabelliones, emancipandi, legitimandi, manumittendi, dandi tutores et curatores, decollandi homicidas, suspendi et puniendi falsarios et latrones.

[3] Item petitur licentia colligendi arenam auream, fodendi mineras, cudendi monetas, recipiendi tributum seu vectigal et recipiendi pedagium de omnibus, que portantur et vehuntur in forum.

[4] Item petuntur viatica dominia navigandi et faciendi aqueductum.

[5] Item petuntur securitates, restitutio gratie, remissio pene, tutela et| libertas.

et | [\[36vb\]](#) P

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 4.7

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title \(5.1\)](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 4.7 DE CONSULTACIONIBUS ET RESPONSIVIS

#### 4.7.1 Interrogant custodes carcerum usurpatorem, quid facere debeant de captivis.

[1] *"Maiestatem vestram duximus litteris presentibus consulendam, quod de filio quondam regis Tancredi et Margarito ammiralio maris atque archiepiscopo Salernitano, quos de mandato vestro tenemus in carcere vinculatos, facere debeamus?"*

| [\[36<sup>vb</sup>\]](#) P [\[45<sup>vb</sup>\]](#) S | [\[46<sup>ra</sup>\]](#) S

#### 4.7.2 De responsiva imperatoris.

[1] *"Iubemus, ut filio quondam regis Tancredi et Margarito ammiralio maris occuli evellantur et Salernitanus episcopus decolletur."*

#### 4.7.3 Si sacrilegus debet evadere penam propter locum sacrum, ad quem confugit.

[1] *"Ab imperiali maiestate querimus edoceri, si sacrilegus, qui fugit ad locum sacratum, debeat impunitus relinqui."*

#### 4.7.4 De responsiva imperatoris.

[1] *"Non videmus, quod ille, qui locum sacrum violare presumit, debeat per loci sacri refugium evadere iudicium ultionis."*

#### 4.7.5 Si debitor tenetur vendere liberum filium suum ad instantiam creditorum.

[1] *"Qui omnia moderatur et regit, vos orbi preposuit universo, ut iura legalia pro tuitione iustitiae conservetis, et ubi dubia emerguntur, digna vox maiestatis regnantis interpretari dignetur, quia cuius est condere ipsius et interpretari, sicut lex ipsa proclamat."*

vox legi seq. **Prooemium Boncompagni ad Summam Institutionum Azonis et Codicem Iustiniani** 1.14.4] vos *codd.*

[2] *"Titius filium suum Sempronium pro quadam quantitate pecuniae obligavit. Demum, cum debitor non sit solvendo, sibi a creditore iubetur, ut filium suum vendere non*

*postponat."*

[3] *"Quare ab imperiali celsitudini postulamus, ut nos velit solutionem huius questionis docere, videlicet si hac vel consimili occasione lex vendi corpus liberum patiatur."*

#### **4.7.6 Reponsiva imperatoris.**

[1] *"Ab humane conditionis primordio universi homines liberi nascebantur. Sed postmodum quidem iure gentium, quidam iugo captivitatis, quidam etiam quia se vendi minus provide permittebant, cooperti fuere velamine servitutis."*

[2] *"Unde nemo dicitur libertatem conferre, sed reicere quoddam velamen servitutis, quo libertas esse dignoscitur obumbrata."*

[3] *"Multo magis ergo, si liber homo non recepit extimationem, non valet servili umbra velari, etiam si se ipsum in casu consimili exponeret ad vendendum, quoniam ad hoc induci aliquo gravamine videretur. Nam et libertas in tantum est favorabilis, quod sub extimationem pretii non cadit, nec potest constringi alicuius vinculo servitatis."*

## **EXPLICIT LIBER QUARTUS**

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 5.1

[Table of Contents](#) -- [Previous title \(4.7\)](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 5.1 DE LITTERIS, QUE MITTUNTUR ELECTIS, ET DE RESPONSIONIBUS ELECTORUM

### | 5.1.1 Suffraganei Ierosolimitanum et capitulum litteras suo electo transmittunt.<sup>1</sup>

[1] "*Orientis ex alto*<sup>2</sup> gratia, que fidelium corda sancti spiritus illustratione clarificat, nostris mentibus tantam contulit unionem, quod post decessum reverende memorie . M. sancte resurrectionis ecclesie patriarche vos in patrem unanimiter elegimus et pastorem. Unde rex et regnum, clerus totus, universe nationes et populi magnificas laudes et sollmpnes gratias altissimo reddiderunt variis linguis vestre sapientie magnalia<sup>3</sup> extollentes. Nec linguarum varietas<sup>4</sup> impediabat preconia referentum, quia devotiones consone| voluntates faciunt uniformes. Ut ubi est uniformitas voluntatum, omnes conversiarum scrupuli sopiuntur. Quare multi presagiunt, quod in tante concordie presagio Terra Sancta liberabitur a dominio barbarorum. Exultent itaque Vercelle, quoniam ipsarum presul vertitur in primatem, et qui erat unici gregis pastor, nunc metropolitanorum multorum presul et ductor efficitur. Sic ergo fit ex episcopo patriarch, patrum princeps et Christiani nominis defensator. Transmeare igitur, quamcitus poteritis, dignabimini, scientes quod Terre Sancte status vacillat et paternitatis vestre presentia indigemus velut filii, qui sepulto patre iugiter ingemiscunt et nudati suffragiis orphanantur."

| [\[36vb\]](#) P [\[46ra\]](#) S | [\[37ra\]](#) P [\[46va\]](#) S consone | [\[37rb\]](#) P

<sup>1</sup> On **Boncompagnus** 5.1.1-4, see RUDOLF HIESTAND and HANS EBERHARD MAYER "Die Nachfolge des Patriarchen Monarchus von Jerusalem" **Basler Zeitschrift für Geschichte und Altertumskunde** 74 (1974) 109-130.

<sup>2</sup> Luc. 1.78: *Oriens ex alto*

<sup>3</sup> Act. 2.4: *variis linguis*; Act. 2.11: *nostris linguis magnalia Dei*.

<sup>4</sup> Est. 3.12: *pro linguarum varietate*.

### 5.1.2 Responsiva electi electioni consentientis.

[1] "*Reciso vinculo, quo mediante cartule impressio sigilli adheret, vestram aperuimus paginam litterarum, in quarum principio per salutationis alloquium gaudium recipimus peroptatum, sed narratione finita fuit homo interior conturbatus, considerans quod humeros habet exterior inbecilles ad ferendum patriarchale onus. Quare deficerent colla sub iugo,*<sup>1</sup> *quia nescimus cum David psallere in psalterio decacordo*<sup>2</sup> *neque cum electionis vase*<sup>3</sup> *aperire misteria Scripturarum. Et quamquam ad Vercellensem episcopatum fuerimus in partem sollicitudinis evocati, non tamen trahitur ad*



*consequentiam, quod patriarchalem sedem valeamus, prout expedit, gubernare, quia datum fuit rigare Appollo, sed exhibere non poterat incrementum.<sup>4</sup> Item, si secundum apostolum oporteat episcopum inreprehensibilem esse,<sup>5</sup> multo magis patriarcham, qui episcoporum insufficientiam virtutibus et meritis subportare tenetur. Nam et Terra Sancta sub tanto noscitur esse discrimine constituta, quod excellentioris pastoris munimine indigeret procul dubio refoveri. Verum quia preceptis domini pape contraire nequimus, superinpositum subimus laborem, fraternitati vestre breviter intimantes, quod quamcitus dederit oportunitas, procurabimus auxiliante domine trameare."*

<sup>1</sup> Jer. 27.12: *colla vestra sub iugo regis.*

<sup>2</sup> Ps. 91.2 ff.: *psallere... in decacordo psalterio.*

<sup>3</sup> Act. 9.15: *vas electionis.*

<sup>4</sup> cf. Cor. 3.6: *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deum incrementum dedit.*

<sup>5</sup> 1 Tim. 3.2: *Oportet ergo episcopum inreprehensibilem esse.*

### 5.1.3 Quidam amicus electi mittat sibi litteras et munera.

[1] "*Letare Ierusalem<sup>1</sup> et conventum facite omnes, qui diligitis eam, quia pastorem habebitis et primatem, qui Mare Rubrum siccis pedibus pertransibit<sup>2</sup> et submersis Egyptiis populum<sup>3</sup> Domini reducet ad terram lacte et melle manantem,<sup>4</sup> et ita liberabitur Sion a dominio barbarorum et preponetur Ierusalem in medio leticie nostre,<sup>5</sup> ubi cantabimus canticum Domini<sup>6</sup> et filia Babilonis misera<sup>7</sup> planget se super se,<sup>8</sup> quia victoria sibi vertitur in dolorem.<sup>9</sup> Nos autem, qui personam vestram sincera diligimus caritate, de vestri honoris augmento plurimum congaudemus, dominationem et amicitiam vestram propensius cogitantes, ut in quibuscumque placet vobis, precipere non tardetis, procul dubio scientes, quia non deerit effectus, si possibilitas non defuerit famulandi. Preterea in signum devotionis unum amicitie vestre transmittimus palafredum, cuius non insistimus commendationi, volentes ut examinatio bonitatis vobis fidem faciat equitando."*

<sup>1</sup> Soph. 3.14: *Laetare... filia Ierusalem.*

<sup>2</sup> Jud. 5.13: *isti pede sicco fundum maris perambulando transissent.*

<sup>3</sup> cf. Exod. 15.4: *submersi sunt in mare rubro.*

<sup>4</sup> Deut. 26.9: *terram lacte et melle manantem.*

<sup>5</sup> Ps. 136.6: *si non proposuero Ierusalem in principio laetitiae meae.*

<sup>6</sup> Ps. 136.4: *Quomodo cantabimus canticum Domini.*

<sup>7</sup> Ps. 136.8: *filia Babylonis misera.* Apoc. 1.7: *planget se super se.*

<sup>8</sup> XXXX

<sup>9</sup> 2 Reg. 19.2: *versa est victoria in luctum.*

### 5.1.4 Responsiva electi.<sup>1</sup>

[1] "*Ornatus epistole vestre stilus alta et profunda Scripturarum misteria penetrans, presagivit altius commoda pro futura. Verum nos in bono proposito ferventius animastis, egregium et optime ambulante, sicut experimento| didicimus, nobis*

*palafredum in signum dilectionis perpetue transmittentes, quem ad proprie persone usum in vestri memoria retinemus, gerentes firmiter in animo vestram amicitiam omni tempore gratis et mutuis obsequiis retinere."*

experimento | [\[37<sup>va</sup>\]](#) P

1

### **5.1.5 Aliquis amicus Constantinopolitani electi tales sibi litteras direxit.**

[1] *"Meminimus dierum antiquorum generationes singulas cogitando, interrogavimus patres et maiores nostros et non dixerunt nobis novum, quod nuper fecit Dominus super terram. Divisit <....> et nova in azimis conspersio celebretur."*

### **5.1.6 Responsiva electi.**

[1] *"Epistole vestre series picturata profunda eloquentie penetrando, sublimia utriusque testamenti produxit repilogans dolosam temeritatem et abhominabilem errorem Grecorum, qui sub acti Latinorum potentia false crudelitatis articulos delinquere compelluntur. Nos autem in hiis gaudio gavisum sumus et quia sulcando Maria transimus ad populos alienos, veram non desinimus amicitiam rogare, ut nos quandoque ad defocillandam animam vestris litteris et nuntiis visitetis, scientes quod vobis aurum dirigere peroptamus et pallia preciosa."*

### **5.1.7 Littere Aquilensis capituli ad patriarcham electum.**

[1] *"Aquilegenses ecclesia pastore languebat, sed omnium Consolator in promotione vestra illam voluit consolari. Et ita post merorem suscepit gaudium geminatum, quia tanta fuit concordia eligentium, quod nullius vocis dissonoritas post electionem potuit comparere. Unde gaudet clerus, letatur ordo monasticus, militia relorescit, populus iocundatur, cuncte dioceses clarescunt, provisorem omnium sollempniter collaudantes, quod metropolitanum optinent et primatem, qui universis et singulis paternaliter providebit et ecclesiam Domini a pravorum incursibus defensabit. Nunc autem dignationem vestram attentius deprecamur, ut elecioni facte dignemini consentire, nobis congruum terminum prefigentes, qua dominationi vestre occurre cum solempnitate celeberrima debeamus."*

### **5.1.8 Responsiva electi electioni consentientis.**

[1] *"Si Aquilegensis ecclesia, que quasi aqua legalis per iustitie transit canales, defuncto pastore languebat, et de nobis et in nobis, quos ad patriarchale fastigium perelegit, seipsam appetit consolari, gaudemus et in Domino plurimum colletamur, dummodo nostre parvitatatis merita predecessoris vestigia subsequenter. Verum qualescumque simus, electionem vestram| suscipimus cum actionibus gratiarum, et eidem prout ordo canonicus exigit consentimus, nostri adventus terminum vestro arbitrio relinquentes."*

vestram | [37vb] P

### 5.1.9 Littere Tolletani capituli ad archiepiscopum electum.

[1] "*Ecce quam bonum et quam iocundum <....> gratia et honore suscipere debeamus.*"

### 5.1.10 Responsiva electi electioni consentientis.

[1] "*Sicut unguentum in capite gratum inducit dulcorem, ita verbi Davitici preconium <....>, quandocumque placebit venire Tolletum.*"

### 5.1.11 Littere alicuius amici vel aliquorum ad archiepiscopum electum, in quibus fit interpretatio nominis archiepiscopi.

[1] "*In choro et tympano incordis et organo psallimus <....> devotionis tributum, cum placebit, requirere non postponat.*"

### 5.1.12 Responsiva electi.

[1] "*In litteris artificiosis interpretationibus coloratis possumus evidentius intueri, quod in vobis regnat omnimode litterature vigor, fluit ut roseloquium <....> et vobis amabilia solatia optamus.*"

### 5.1.13 Littere capituli Remensis ad abbatem Claravalensem, qui est in archiepiscopum electus.

[1] "*Bonorum omnium Elargitor, qui fidelium actus in sue beneplacito voluntatis disponit, actiones et voluntates nostra ita reddidit uniformes, quod post felicitis <decessum> memorie .W.<sup>1</sup> archiepiscopi Remensis vos in patrem elegimus et pastorem. Unde gaudet ecclesia, serenissimus rex Francorum plurimum conletatur et plebs universa congaudet, quod Claravallensis abbas<sup>2</sup> obtinet sedem Remensem, qui virtutum claritudine metropolitanam faciet ecclesiam refulgere. Vestram igitur sanctitatem confidentius exoramus, quatinus electionem recipere dignemini, nobis terminum aliquem prefigentes, in quo pro vobis| venire honorabiliter debeamus.*"

vobis | [38ra] P

<sup>1</sup> Guilielmus de Champagne (1176-1202) or Guido de Paredo, abbot of Citeaux (elected 1194-1200) and cardinal bishop of Preneste (elevated 1200), archbishop of Rheims (1204-1206). Innocent III named Guido archbishop of Rheims after the chapter had failed to elect a new candidate following papal rejection of Phillip of Dreux, bishop of Beauvais, who was backed by Philipp Augustus and part of the chapter. As archbishop of Rheims, Guido de Paredo retained his cardinalate but renounced the bishopric of Preneste.

<sup>2</sup> Guido, abbot of Clairvaux (1193-1213). He was of the royal family (Manrique 1.507) and refused an election as archbishop of Rheims (when??). For the letter of renunciation he sent to the electors, see

### 5.1.14 Responsiva electi electioni renuntiantis.

[1] *"Licet fueritis in eligendo concordēs, in electionis tamen serie oberastis, cum illum duxistis ad secularia revocare, qui iam postposito in arche ministerio appetit celestia contemplari. Ne igitur in vanum laboretis, vobis tenore presentium innotescat, quod electionem penitus renuntio, nec unquam alicuius honorem suscipiam presulatus."*

### 5.1.15 Littere iterum capituli Remensis ad eundem.

[1] *"Ecclesia Remensis fracto archiepiscopali temone sine remige<sup>1</sup> naufragatur, et idcirco vos eligimus in archipresulem et pastorem, quoniam in alio nequimus esse concordēs. Unde miramur, quod electioni tam concorditer facte renuntiare duxistis, non attendentes quod beatissimus Nicholaus et Martinus conservando regule monastice disciplinam in pontificalibus cathedris resederunt, in quibus multa caritatis opera exercentes signis et miraculis corruscarunt, et hodie ipsorum merita noscuntur in domo Domini relucere. Paternitati vestre igitur confidentius supplicamur, ut votis nostris clementer annuere dignemini, et electioni facte dilatione postposita consentire. Alioquin per summum pontificem cogemini subire archiepiscopale onus, quod ad subcibiles et humiles persuasiones fidelium suscipere denegastis."*

<sup>1</sup> See above, [5.1.13](#), note 2

### 5.1.16 Responsiva electi contradicentis.

[1] *"Cum nuper inter Claravalensis ordinis fratres in pace solita permanerem fratrum regimini exassumpte amministrationis, immo servitutis officio superintendens, insufficientie mee vestris litteris intimastis, quod me in archiepiscopum elegeratis, cuius electioni renuntiavi penitus prout meis litteris potuistis evidentius intueri. Sed postmodum ex parte universitatis vestre fuerunt michi littere apportate, in quibus continebatur, quod me per summum pontificem cogeretis, in quo plurimum fui secundum utramque hominem conturbatus, quia non decet ordinem monachalem in archiepiscopali cathedra residere, et maxime cum iuxta nominis interpretationem 'monachus' 'unus tristis' dicatur, et 'monasterium' 'statio unius'. Non esset igitur mutatio dextere excelsi, sed fieret ordo retrogradus et regressibilis ad mundanda. Ceterum quid monachus in urbe vel qui debet agere solitarias inter plebeias catervas, diceretur, quid a multis bene dimisit seculum, ut transitoria fugeret et caduca, et iterum velud canis immundissimus revertitur ad vomitum, et qui consueverat legumina summere cum actionibus granarum? Nunc mella fastidit et cibaria delicata, super palafredum rotans undique falleratum, inebriando se vino, in quo est luxuria loco aque simplicis, quam sumi predicat regula monachalis. Nec tenet similitudo, quam de beatissimis Nicholao et Martino propositis, quia tunc non habebant castella et arces ecclesie cathedrales nec incedebant pontifices loricati. Sed nunc propter superabundantiam temporalium rerum, flamma, ferro, cede possessiones ecclesiarum prelati defendunt, quas deberent pauperibus erogare. Quapropter electioni renuntiavi et iterato renuntio, cupiens sedere ad pedes Domini cum Maria. Quicquid dominus papa referat, qui licet ligandi et solvendi habeat potestatem, non tamen debet nec*

valet Sanctum Spiritum prohibere." |

prohibere | [\[38rb\]](#) P

### 5.1.17 Littere alicuius vel aliquorum ad cardinalem electum.<sup>1</sup>

[1] "*Benedicimus Deum celi, qui personam nostram facit in cardinalatus officio sedere ad dexteram iudicantis, cui concessa est ligandi et solvendi potestas, de quo <....> vobis per omnia famulari.*"

<sup>1</sup> Roger of Howden **Chron.** (STUBBS ed. **RIS** 2.171) speaks of the election of William of Sens at the Third Lateran Council in 1179: *In quo concilio Willelmus Remensis archiepiscopus per communem fratrum electionem, concedente Alexandro summo pontifice, factus est prebyter cardinalis ad titulum sanctae Sabinae.* Cited by WERNER MALECZEK **Papst und Kardinalkolleg von 1191 bis 1216** (Vienna 1984) 311 note 89. Cf. the idea of a *cancellarius electus*, below, [5.1.23](#).

### 5.1.18 Responsio cardinalis.

[1] "*Vestrarum pagina litterarum nobis plenius <....> obsequia tamquam amicorum specialium requiremus.*"

### 5.1.19 Littere Lucensis capituli ad suum electum.

[1] "*Lucensis ecclesia, que meritis ammirabilis et ymaginis Iesu Christi lucessit, propter electionis discordiam diutius vacillavit, unde consuete lucis radius erat plurimum obfuscatus. Demum videntes quod ora erat surgere desumpno discordie fraternalis, lumen quos <....> materiam votis nostris benignum prebeatis assensum.*"

### 5.1.20 Responsiva electi elecioni consentiendis.

[1] "*Volentes ne Lucensis ecclesiae claritas per discordie calginem tenebretur, electionem vestram recipimus et vestre per omnia conscendimus voluntati.*"

### 5.1.21 Littere alicuius, qui diligit Novariensem<sup>1</sup> electum.

[1] "*Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem ecclesie Novariensis, que orbata pastore nigrebat, et dum per devia dissimilitudinis oborraret, ipsius gressus direxit Omnipotens in semita veritatis. Unde a Novaria rem novam et non variam et de Bononia doctorem<sup>2</sup> per omnium bonum et principalem canonici iuris columpnia in pastorem sibi eligit, de cuius promotione, licet ipsa letetur, ordo tamen scolastice quidem illius fonte hauriebat aquas, quibus ignorantie sicim assidue repellebat, multipliciter ingemiscit. Nos vero tanto amplius de vestri honoris augmento gaudemur, quanto vobis fuimus specialiori dilectionis vinculo copulati et per operum*



*exhibitionem ferventius in eodem proposito consistere peroptamus.*"<sup>3</sup>

<sup>1</sup>Lucensem B

<sup>2</sup>Oddo Casali (1194-1196), Petrus Verolla (1197-1209), Gerardus de Sessa (1209-1211), Odelbertus Tornielli (1213-1235).

<sup>3</sup>Boncompagno seems to be speaking with his own voice here. See below, [5.1.22](#).

## 5.1.22 Responsiva electi.

[1] "*Vestre laudis preconium nos atollit, non extollit, sed si fama consonat veritati, potestis merito gratulari, quia vobis tamquam principalibus amicis erit vestre felicitatis possessio fructuosa.*"

## 5.1.23 Littere, quas direxi ad cancellarium electum.<sup>1</sup>

[1] "Facie alacri et hore iocundo solito iocundius glorifico patrem altissimum, qui per figurate gratie renovationem vos sedere facit iuxta Petri vicarium Innocentium, qui ligat et nemo solvit, solvit et nemo ligat."<sup>2</sup> Sic enim illi Iohanni figuramini, de quo legitur '*Hic est discipulis, quem| dilegebat Ihesus,*'<sup>3</sup> cuius nominis non equivocatio, sed paritas gratiosum denotat incrementum. Unde Christi vicarius et magister catholice fidei non magis ex proxima consanguinitatis linea<sup>4</sup> quam virtutum meritis vel scientia gratia vos in cancellarium preelegit, dicens '*Ecce, hic est filius meus qui providentie clavibus ianuas iustitie turbis fidelium reserabit, equitatis cancellum sera iuris canonici fortius*'<sup>5</sup> *refirmando, ne infreniti et effrenes tumultuare debeant ad pacem vota petentium perturbendam.*' Ceterum de honoris vestri augmento me non ambigitis congaudere et idcirco inenarrabilia cordis mei gaudia verbis amplius exprimere non adnitor."

quas direxi MP<sup>3</sup>R: Boncompagni PB<sup>2</sup>S et hore (ore BP<sup>3</sup>): in hore R iocundo hore tr.  
 S solito: solitus R glorifico: gratifico S per: pro A iuxta: iusta B2  
 Innocentium *om.* A illi: qui *add.* B quem | [38<sup>va</sup>] P nominis *om.* AS  
 fidei: et *add.* A meus R: tuus ASB<sup>2</sup>MB tuis turbis ABRSP<sup>3</sup>: turbus turb~ M  
 reserabit: reserabat P<sup>3</sup> sera: cera A refirmando: reformando S infirmando  
 B infreniti R: infroniti ABB<sup>2</sup>S debeant AR: debent vota R: iuxta MS iusta  
 ABB<sup>2</sup>P<sup>3</sup> petentium: potentium S ambigitis: ambiguitis S mei *om.* P<sup>3</sup>  
 verbis: vobis S

More joyfully than customary, with eager face and joyful mouth I glorify the Highest Father, who, through a renewal of prefigured grace makes you sit next to the vicar of Peter, Innocent, who, when he binds, no one may loosen, and when he loosens, no one may bind. For thus you may be likened to that John, about which one reads '*This is the disciple whom Jesus loved,*' the gracious addition of whose name denotes not equivocation but parity. Whence the vicar of Christ and master of the catholic faith has selected you as chancellor, nor more from the close line of consanguinity than from the merits of virtues or gracious knowledge, saying '*Behold, this is my son, who, with the keys of providence will disbar the doors of justice for the throng of faithful, strongly confirming the chancel of equity with the bar of canon law, lest headstrong and unruly persons make a disturbance against the peace, disrupting the (just) hopes of petitioners.*' Finally, do not doubt that I rejoice in this increase of your honor, and thereby I do not take pains to further express the indescribable joys of my heart.



<sup>1</sup> Johannes, cardinal deacon of S. Maria in Cosmedin (papal chancellor from late 1205 to 1213). See CHRISTOPHER CHENEY "The Office and Title of the Papal Chancellor 1187-1216" **AHP** 22 (1984) 369-376; WERNER MALECZEK **Papst und Kardinalskolleg von 1191-1216** (Vienna 1984) 136-137, R. VON HECKEL "Studien über die Kanzleiordnung Innocenz III" **Historische Jahrbuch** 57 (1937). He possessed three benefices in England, and was privileged by king John on 24.4.1205. --- On the idea of a chancellor-elect, cf. a letter to a cardinal-elect in **Boncompagnus** [5.1.17](#).

<sup>2</sup> Cf. Apoc. 3.7

<sup>3</sup> Joh. 13.23. See also **Boncompagnus** [2.4.5](#).

<sup>4</sup> See **Boncompagnus** [1.20.15](#). For other *nepotes pape*, see **Boncompagnus** [2.4.5](#), [2.5.3](#), [3.1.6](#), [5.1.23](#). On the theme, see W. REINHARD "Nepotism. Der Funktionswandel einer papstgeschichtliche Konstanten" **ZKG** 86 (1975) 145-185. For the nephews of cardinals, see **Quinque tabule salutationum** [4.21](#). On Innocent III's nepotism, see E. WINKELMANN **Forschungen zur deutschen Geschichte** 9.456 (list of his relatives, added to in Philipp von Schwaben [Leipzig 1873] 1.93 note 6), 10.252 (*unter Innocenz III der Nepotismus in voller Blüthe gestanden*), GREGOROVIVUS 5.40, A. VON REUMONT **Geschichte der Stadt Rom** 2.474.

<sup>5</sup> For a letter of a bishop-elect to the chancellor of a king, with a response, **Boncompagnus** [5.4.13-14](#).

## 5.1.24 Littere, quas direxi ad cardinalem Gualam.<sup>1</sup>

Boncompagno sends Guala Bischieri a letter of congratulation on his elevation to cardinal deacon of S. Maria in Porticu. The preamble plays on etymologies of 'Peter' and 'cardinal' (1§). Etymologies for 'Guala' are constructed from 'winged tongue' and 'nurturing tongue', which praises the new cardinal's eloquence and legal learning (2§-3§). This letter has been added to the **Boncompagnus** to immortalize Guala's name, in recompense for the poem Guala composed about Boncompagno's **Liber de obsidione Ancone** (4§).

[Date: 1206]

[1] "A solis ortus cardine usque ad terre litem iam resonuit, quod summus pontifex,<sup>2</sup> qui a Petro petra firmissima dici potest, vos inter ecclesie cardines constituit cardinalem, ut domus Domini firmius roboretur et vestre sapientie colla propitiabili vicissitudine supportet onera impotentum."

quas direxi AMP<sup>3</sup>R: Boncompagni PB<sup>2</sup>S          ad cardinalem Gualam *legi*: ad cardinalem  
Walam *codd.* cardinali Wale BP<sup>3</sup>          ortus RB<sup>2</sup>: ortu ABP<sup>3</sup>          resonuit: resonavit  
A      quod *om.* B          cardines: cardinales SP<sup>3</sup>          onera: honera SP<sup>3</sup>

It resounds from the cardinal point of the rising sun up to the limit of the earth, that the high pontiff, who from 'Peter' can be called the most firm rock (*petra*), has constituted you cardinal among the cardinal pivots of the church, so that the house of Lord would be more firmly strengthened, and the neck of your Wisdom would support the burdens of the powerless in propitiable vicissitude.

<sup>1</sup> Guala Bischieri (ca. 1150-1227). See articles by R. AUBERT in **DHGE** XX.492-5, and by C.D. FONSECA in **Lexikon des Mittelalters** 2.125-6. For a congratulatory letter written to a cardinal-elect by someone enjoying his patronage, and a response: **Boncompagnus** [5.1.17-18](#). **Boncompagnus** [3.10.2](#) describes Guala's 1208-1209 legation to France; see WERNER MALECZEK **Papst und Kardinalskolleg von 1191 bis 1216** (Vienna 1984) 142. His legation to England is documented by NICHOLAS VINCENT ed. **The letters and charters of Cardinal Guala Bicchieri, papal legate in England, 1216-1218** The Canterbury and York Society 83 (Woodbridge : Boydell, 1996).

<sup>2</sup> Innocent III, pope (1198-1216).

[2] "Vobis quidem proprium nomen est Guala, idest 'lingue ala', que sibi ex virtutum incremento 'alteram' geminat 'alam', quarum penne primeva doctrina liberalium artium deargentate refulgent<sup>1</sup> et postmodum Scripturarum misteria penetrantes nullatenus restrinxerunt volatum, quousque montes et convallia canonici et civilis iuris undique regirarent.<sup>2</sup> Unde singule possessoris partes philosophico rubent decore."

est *om.* S      Guala R: Wala *codd.* Walla S      virtutum: virtute A      alteram: sibi  
*add.* A      convallia: corvallia?      convallia: iur~ A      possessoris: possessores A

'Guala' indeed is a proper name for you, that is, 'wing of the tongue' (*lingue ala*), which by the increment of virtues doubles for itself 'another wing', whose silvered feathers radiate the primeval doctrine of the liberal arts, and after penetrating the mysteries of Scripture, they in no way restrain flight, until they wheel everywhere about the mountains and valleys of canon and civil law. Whence each part of the possessor flushes with philosophical luster.

<sup>1</sup> Psal. 67.14.

<sup>2</sup> For this pun on ruling/wandering (*regere/regirare* or *regyrare*): **Mirra** [5.1](#) and **Boncompagnus** [prol. 1.1](#), [1.23.5.3](#), [4.1.8.8](#), [5.4.10.5](#). From the *authentica Habita* on, a professor was considered to rule his classes, hence the Regius professor of Modern History at Oxford. **Palma** [45](#) and **Boncompagnus** [1.21.2](#), [1.25.4.](#), [3.19.8](#) use this verb more conventionally.

[3] "Vel dicimini 'Guala' quasi 'lingua alens', quia de verbo, quod huius plectro 'lingue' formatur, grex Domini cibo prius reficitur spirituali et demum in civilibus et criminalibus controversiis ipsum a litis patrocinio. Unde velud causarum patronus precipius militatis,<sup>1</sup> qui gloriose vocis munimine solam nitimini iustitiam pretueri."

Guala legi: Wala *codd.* Walla S      civilibus: civilibet M      patrocinio:  
veneramini *add.* A      qui B<sup>2</sup> MBSP<sup>3</sup>: quod R      nitimi: aptatis A

Or you are called 'Wala', as if 'nurturing the tongue'; because from the word which is formed from the plectrum of this 'tongue', the flock of the Lord is first fed with spiritual food, and thereafter it <is defended> in civil and in criminal trials by legal representation. Whence you specially serve like a patron of causes, who strives to protect justice with the glorious shield of the voice.

<sup>1</sup> Guala demonstrated expertness in chancery procedure in his **Libellus de formis petitionum secundum cursum Romane curie** ed. VON HECKEL **Archiv für Urkundenforschung** 1 (1908) 502-510, composed at Rome in 1226. --- For Boncompagno's ideas of patronage, see **Oliva** 51.3, **Boncompagnus** 4.4.11, 6.3.13 and his **Prooemium ad Summam Codicis Azonis**.

[4] "Iuste igitur iudicando mei dignabimini recordari, ad cuius laudem super compositione Anconitani libelli<sup>1</sup> fecistis carmina digna favore. Quare hanc epistolam in illius laudis recompensationem huic libro duxi recompensabiliter annotandam,<sup>2</sup> ut nomen vestrum semper famosum et celebre habeatur."

A

1

2

### 5.1.25 Responsiva cardinalis.

[1] "*Non sunt condigne nostre laudes ad exprimendam gloriam philosophi perorantis, qui tam eloquentia quam ingenio mira claritate refulget, sicut in nostri nominis interpretatione videmus. Ex eo enim quod memoriam nostram in libro vestro<sup>1</sup> perpetuare duxistis, amicitie vestre grates referimus copiosas, spondentes firmiter quod quantumcumque altius dignitatis alis vel scientie volitemus,<sup>2</sup> tanto amplius erit vobis ad augmentum perpetuum et honorem.*"

Responsiva cardinalis: De remissione que fieri potuisset P<sup>3</sup> philosophi RB<sup>2</sup>M:  
 philosophy ABS nominis nostri tr. B<sup>2</sup> quod: me *add.* P<sup>3</sup> vestram: nostram  
 P<sup>3</sup> perpetuare: perpetuali P<sup>3</sup> quantumcumque: quantum B<sup>2</sup> quanto B quant~  
 P<sup>3</sup> dignitatis: diligatis B<sup>2</sup>

*Our praises are not worthy to express the glory of the philosophical orator, who shines with marvelous clarity, as much from eloquence as talent, just as we see in the interpretation of our name. For the reason that you have been led to perpetuate our memory in your book, we refer copious thanks to Your Friendship, firmly pledging that however much higher you fly with the wings of office or of knowledge, that much fuller will there be for you to perpetual augmentation and honor.*

<sup>1</sup> ie an early recension of **Boncompagnus**.

<sup>2</sup> For images of flight: **Boncompagnus** [1.18.14](#), [1.23.2-6](#), [1.23.8](#), [1.25.30](#), [3.3.2](#), 3.13.14, [4.1.6](#), [4.2.3](#), [4.5.8](#), [5.1.24](#), [5.20.1](#), [6.7.4](#), [6.8.12](#). See also Salimbene de Adam **Cronica** ed. GIUSEPPE SCALIA (Bari 1966) 109, which claims that Boncompagno once attempted to fly with fabricated wings. Although Salimbene's incident resembles a conflation of the tricks Boncompagno claims to have staged on the Bolognese in **Boncompagnus** [1.18.5](#) and [14](#), those tricks should not necessarily be taken as having literally occurred--indeed they should more likely be taken as fictions. Salimbene was also deluded by the intentionally falsified letter (and thus revealed as a fictional model) of **Palma** [47-49](#), which he reports as fact and conflates with the real facts that Boncompagno composed a work on old age and died in a Florentine hospital: *Iste magister Boncompagnus, cum esset sollemnis dictator, ex consilio amicorum suorum ad curiam Romanam accessit, volens experiri si forte ex dictamine suo Romane curie posset gratiam invenire. Quam cum non invenisset, recedens inde factus iam senex, ad tantam devenit inopiam, quod oportuit eum apud Florentinum in quodam hospital vitam finire.*

### 5.1.26 Littere, quas direxi magistro Iacobo<sup>1</sup> theologo Veronensi electo.

Boncompagno sends a letter of congratulation to the master of theology, Jacobus de Bregantia, on his

election to the bishop of Verona. After Boncompagno's preamble (§1), his letter to bishop-elect Jacob is formed from the words of three speakers: the bride of Christ (Roman church) first addresses Jacob in words mainly drawn from the Song of Songs (§2-§4), the Lord speaks to the cardinals (§5), cardinal Stephan Comes responds to the Lord (§5, this speech is indirectly reported), finally the bride of Christ (Roman church) speaks again, perhaps to the cardinals, more likely to the whole Christian faithful (§7-§8).

[Date: 1225 (latest letter included in the Boncompagnus)]

[1] "Sponsa Christi sacrosancta Romana ecclesia, que orbem terrarum provido consilio moderatur, sue benignitatis oculis respexit vigilem vel custodem,<sup>2</sup> qui sicut mirre fascisculus est inter pagine divine ubera commoratus.<sup>3</sup> Unde sibi dixit tanquam filio et alumpno:<sup>4</sup>

*rubr.* Littere providi viri Iacobi qui in episcopum Veronensem est electus S oculis:  
oculis P<sup>3</sup> *om.* R ubera: verba RB

The bride of Christ, the holy Roman church, which rules the world with farseeing counsel, regards with benign eyes this vigil and church-warden, which has lived like a bundle of myrrh among the words of the divine page. Whence it speaks to him as to a son and to a pupil:

<sup>1</sup> Jacobus de Bragantia (Breganze, 10 miles north of Vicenza), bishop of Verona (1225-1252), papal provision on 1 March 1225. UGHELLI **Italia Sacra** 5.838: *Eius memoria extat in vita S. Theodori episcopi Veronensis, sub cuius praesulatu eiusdem divi cadaver inventum fuit in cathedrale...Ferunt Iacobum fuisse e nobili familia comitum de Bregantia Vicentina, nuper (ie. 1720) extincta.* The **Vita S. Theodori** is edited in **AASS** Sept. VI. 25 (**BHL** 8089). For the bishops of Verona, see G. EDERLE **Dizionario cronologico bio-bibliografico dei vescovi di Verona** (Verona: Vita Veronese, 1965). Honorius III sent two letters to Jacob as bishop-elect, in June and September of 1225. 5.1.26 is probably the latest letter to be included in the **Boncompagnus**.

<sup>2</sup> Cant. 3.3, and 1.5, 5.7, 8.11. The title of *custos* (ie churchwarden) is unexpected term of address for a theologian and bishop-elect--a *custos* did not even need to be in orders. For a discussion of a similarly unusual and expected appearance of a churchwarden (mhg. *klosenaere*) in Walther von der Vogelweide's **Reichston**, see ANTON E. SCHÖNBACH **Beiträge zur Erkärung altdeutcher Dichtwerke**, II SB Wien, Phil-hist. Kl. 145 (1903) 3-8.

<sup>3</sup> Cant. 1.12.

<sup>4</sup> It should not surprise that the divine page itself speaks through the mouth of the Roman church: in the [prologue](#) to the **Boncompagnus** that work engages in a long dialogue with its author, and in a literary [testament](#), the author institutes the work as his principal heir.

[2] "'Botrus Cipri dilectus meus michi in vineis Engaddi,<sup>1</sup> de racemis quarum expressit vinum, quod fuit Samaritani vulneri superfusum.<sup>2</sup> Hic etiam vineam Domini Sabaoth, idest gregem scolasticum fideliter custodivit et immaculatam legem Domini legitimos ecclesie filios docuit et instruxit, qui possunt dici vinee florentes, que suum reddunt odorem."<sup>3</sup>

Cipri: Cypri P<sup>3</sup> superfusum: superinfusum S odorem: hodorem M honorem A

'My beloved is unto me as a cluster of camphor in the vineyards of Engedi, from whose grape clusters wine is pressed, which was poured out on the Samaritan's wound. He also keeps faithfully the Sabbath, the vineyard of the Lord, that is the scholastic flock, and keeps the law of the Lord immaculate, teaches and instructs the legitimate sons of the church, who can be called the blooms of the vineyard, which

give it its fragrance.'

<sup>1</sup> Cant. 1.13. See FRIEDRICH OHLY **Hohelied-Studien: Grundzuege einer Geschichte der Hoheliedauslegung des Abendlandes bis um 1200** (Wiesbaden, F. Steiner, 1958); ANN W. ASTELL **The Song of songs in the Middle Ages** (Ithaca: Cornell University Press, 1990); .E. ANN. MATTER **The voice of my beloved: the Song of Songs in western medieval Christianity** (Philadelphia : University of Pennsylvania Press, 1990)

<sup>2</sup> Luc. 10.34. Cf. **Oliva 1.8.**

<sup>3</sup> Cant. 2.13.

[3] "*Vox enim eius est dulcis et in ipsius labiis eloquentie| gratia est diffusa, et quoniam plurimos ad iustitiam erudit, tamquam splendor firmamenti fulgebit et sicut stella matutina in eternitates perpetuas coruscabit; maxime cum sciat capere vulpeculas, que vineam Domini satagunt demoliri.*<sup>1</sup> *Nec per suorum greges sodalium inceperit evagari,*<sup>2</sup> *qui relictam vena viventium aquarum, que fluunt impetu de Libano,*<sup>3</sup> *meditantur in legibus Ulpiani et inherent scientie positive,*<sup>4</sup> *que animas non conservat.*"

Vox: Uxor A    eloquentie | [38vb] P    diffusa: diffusa M    erudit: eratlivit M  
fulgebit om. R    et sicut--relicta om. A    coruscabit: choruscabit R    demoliri:  
demoliri B    Lybano R    et inherent R (inheret A): ut haberent R    non om. B

*'For his voice is sweet and the grace of eloquence is diffused in his lips, et since he has instructed many to justice, he shines like the splendor of the heavens, and just as the morning star he sparkles in perpetual eternities, especially since he knows how to catch the little foxes which try to demolish the Lord's vineyard. Nor did he begin to wander through the flocks of their companions, who having left behind the veins of the living waters which flow with force from Lebanon, they meditate on the laws of Ulpian and cleave to positive science which does not conserve their souls.'*

<sup>1</sup> Cant. 2.14-15.

<sup>2</sup> Cant. 1.6

<sup>3</sup> Cant. 4.15

<sup>4</sup> See STEPHAN KUTTNER "Sur les origines du terme 'droit positif'" **Revue historique du droit francais et etranger** 15 (1936) 728-40.

[4] "*Noluerunt etiam accipere librum de manu angeli neque devorare ipsum,*<sup>1</sup> *ut faceret amaricare ventres eorum*<sup>2</sup> *ad hoc, quod dulcedo remaneret in hore. Sed receperunt librum de manu trebatii,*<sup>3</sup> *sententia cuius in sterquilino meruit optinere. Unde non merebuntur videre aquam egredientem de Templo a latere dextro,*<sup>4</sup> *idest theologicam facultatem, que sola residebit in dextro latere iudicantis, quando lingue cessabunt et mundana sapientia destruetur.*<sup>5</sup> *Patet igitur per oppositum, quod infertur, quod a sinistris per finitivam sententiam locabuntur et mittentur in ollam succensam,*<sup>6</sup> *quam vidit per divine revelationis misterium Ieremias, ex eo precipue quod solvere nesciverunt, quid sit forcipem sumere de calculo*<sup>7</sup> *et quid significare habeant mane, tecel, phares.*"<sup>8</sup>



amaricare: amari B<sup>2</sup> amari carere M hore: ore RBP<sup>3</sup> trebatii: trebani RB  
 sententia cuius om. B (vacat spatium octo elementarum) cuius: cum add. A  
 sterquilinio: saquilinio B<sup>2</sup> optinere: obtinere R merebuntur: merebatur R  
 dextro: dextro B<sup>2</sup> destro theologicam: catholicam M lingue: lingua  
 sapientia: scientia A sinistris: et add. B per finitivam: per diffinitivam  
 SP<sup>3</sup> succensam: succenssam M Ieremias: Geremias S precipue tr. M post  
 quod sumere: summere S calculo: canulo R tecel: et tecel BR tachel  
 B<sup>2</sup> phares: et prem. B

*'They also had not wished to accept the Book from the hand of the angel, nor to devour it, so that it would make their stomachs embittered, for the purpose that sweetness would remain in the mouth. But they received the Book from the hand of the thresher, whose sentence merits to obtain in a manure-heap. Whence they did not deserve to see water flowing from the Temple on the left side, that is the theological faculty, which alone will be seated on the left of the Judge, when tongues cease and worldly wisdom is destroyed. Thus it is evident by the opposite which is inferred, that they assigned a definitive sentence from the left sides and were sent into a burning jar, which Jeremia saw through the mystery of divine revelation, for the special reason that they had not known what it might be to lift up the forceps from the burning coal and what mane, tachel, phares have to signify.'*

<sup>1</sup> Apoc. 10.9.

<sup>2</sup> Apoc. 10.9.

<sup>3</sup> Cf. **Boncompagnus 1.23.3**: *Trebatiū venerantur sententia cuius in sterquilino, idest in curis secularibus meruit obtinere.* Ital. *trebbiare* = to thresh. The pun there involves the fact that certain parts of the textbook of canon law, Gratian's **Decretum**, were known as *palea* (chaff)

<sup>4</sup> Ezech. 47.1-2.

<sup>5</sup> I Cor. 13.8

<sup>6</sup> Jer. 1.13.

<sup>7</sup> Isai. 6.6.

<sup>8</sup> Dan 5.25. *Phares* is used as the personification of division in the **Epistola mandativa ad comites palatinos 5, 13** and as an example of aspiration in **Boncompagnus 1.2.16**. These examples include a number of Hebrew words. In addition, Boncompagno discusses Hebrew epistolary style in **Quinque tabule salutationum 1.32**, where he says that Paul uses the second person in salutations in imitation of Hebrew custom. For remarks on Hebrew punctuation, see **Palma 43**. For the use of Hebrew in late twelfth and early thirteenth century theology, see BERYL SMALLEY **The Study of the Bible in the Middle Ages** (Oxford 1952).

[5] "Verum quia mater ecclesia dilectum suum invenit sollicitum et fidelem inter electos vigiles et custodes<sup>1</sup> et fructus illius gutturi suo dulcissimus videbatur,<sup>2</sup> idcirco dixit Dominus cardinalibus: '*Vidistis et ego inveni, quem diligit anima mea.*'<sup>3</sup> Cui Stephanus<sup>4</sup> sancti Adriani diaconus cardinalis, qui eum Parisius noverat primo, respondit, asserens quod vere Iacobus vocabatur, idest vitiorum et criminum supplantator,<sup>5</sup> cuius assertionem approbant domini cardinales."

cardinalibus: suis add. A Cui: Cuius B qui--respondit om. P<sup>3</sup> asserens RA:  
 afferens assertionem: assertiones P<sup>3</sup> assumptioni R

Indeed because mother church has found her beloved solicitous and faithful among the chosen vigils and church-wardens, and his fruit may seem the sweetest to her throat, therefore the Lord said to the cardinals: '*You have seen and I have found that one whom my soul loves.*' Stephen, cardinal deacon of S. Hadrian's, who knew him at Paris, first responded to Him, stating that he was truly called Jacob, that is 'supplanter of crimes and of vices', whose assertions the lord cardinals approved.



<sup>1</sup>Cant. 3.3, and 1.5, 5.7, 8.11. See above §1.

<sup>2</sup> Cant. 2.3.

<sup>3</sup> Cant. 3.1-3. There is ambiguity as to whether God or the pope speaks here: ie. whether *Dominus* should be capitalized as a *nomen sacrum*. In either case, the promotion of Jacob seems from this account to have taken place by papal postulation, rather than through his election by the Veronese clergy. For his promotion, see A. SPAGNOLO "Il clero Veronese nelle elezioni del vescovo (1080-1338)" **Atti e memorie dell'Accad. di Verona** 84 (ser. 4 v. 9, 1909) 97ff. For recent bibliography on the see of Verona and its bishops, see DARIO SAVOIA "Verona e Innocenzo III (nuovi documenti sulle chiese veronesi)" **Studi storici Veronesi** 35 (1985) 81-140, 36 (1986) 233-287. I have not seen the pamphlet of DARIO CERVATO **Adelardo cardinale vescovo di Verona (1188-1214) et legato pontificio in Terra Santa (1189-1191)** (Verona 1991) [reviewed in **DA** 49 (1993) 318 and judged to be insufficiently researched--author did not know RUDOLF HIESTAND's *Habil.Schrift Die päpstliche Legaten aus den Kreuzzügen...* (1972) 2 vols.].

<sup>4</sup> Stephanus Comes, cardinal deacon of S. Adriano (1216-1228), cardinal priest of S. Maria in Trastevere (1228-1254). The Parisian studies of Stephan, who was Innocent III's nephew, are discussed in WERNER MALECZEK **Papst und Kardinalskolleg** 197.

<sup>5</sup> Hieronymus **Liber interpretationis Hebraicorum nominum** (Turnhout 1959) **CCL** 72.67 line 19, gives the etymology of Jacob as '*supplantor*'. 'Of crimes and vices', the addition by cardinal Stephan, clearly violates the sense of Genesis 27.36, where Esau accuses Jacob of supplanting him in his birthright as Isaac's firstborn son.

[6] "Sponsa ergo celestis ministrorum suorum testimonio roborata dixit:"

Thus said the heavenly bride, confirmed by the testimony of her ministers:

[7] "*Tenebo igitur eum nec dimittam, donec proficiam illum ecclesie Veronensi, ut Marie contemplationem exerceat et Marthe ministerium non omittat. Erit igitur episcopus animarum, antistes ad pugnam, presul ad presidium et pontifex ad constantiam illibatam, quia necessarium est, quod in ecclesia illa floreat sicut amigdalus,<sup>1</sup> ut capparitis dissipetur,<sup>2</sup> producat cedros tamquam Libanos,<sup>3</sup> ut vires facere non possunt lambruscas.*"<sup>4</sup>

Veronensi: Veronensis S contemplationem: contemplationi R et *om.* R omittat:  
 obmittat A P<sup>3</sup> ommittat M illa *om.* P<sup>3</sup> capparitis M (caperis B): caperis SP<sup>3</sup>  
 cathari A *vacet spatium sex elementarum* B<sup>2</sup> dissipetur: dissipentur A discipetur  
 M lambruscas: labruscas ABP<sup>3</sup>

'Therefore I will hold him and will not send him away, until I put him in authority over the church of Verona, so that he may exercise the contemplation of Mary and he may not omit the ministry of Martha. Thus he will be a bishop of souls, an antistes for battle, a presul for defense and a pontiff for unharmed constancy, because it is necessary that he flourish in that church like an almond tree, so that the caper may be dissipated; that he bring forth cedars like Lebanon, so that they cannot bring forth wild grapes.'

<sup>1</sup> Eccl. 12.5.

<sup>2</sup> Eccl. 12.5.

<sup>3</sup> Cf. **Cedrus** [prol.](#)

<sup>4</sup> Isai. 5.2, 4.

[8] "*Sic enim dilectus meus ascendet palmam<sup>1</sup> idest cathedram presulatus, in qua per vite meritum et splendorem scientie feliciter residebit, quia dedi sibi murenulas aureas puro vermiculatas argento<sup>2</sup> et rationale, quod ferat in pectore, ut vetustissima veterum comedat et novis supervenientibus,<sup>3</sup> naviget per quatuor flumina Paradisi, que de rostro aquile, de hore hominis, vituli et leonis, dictante Spiritu Sancto, manaverunt.*"

argento vermiculatas *tr.* A et rationale *om.* B<sup>2</sup> *et vacat spatium sex elementarum* ferat RB: fecerat AB<sup>2</sup>SP<sup>3</sup> comedat: comedia RB<sup>2</sup> Paradisi: Paradissi M rostro: hostro A de hore: et hore R et de hore AB de homine B<sup>2</sup>P<sup>3</sup> hominis: horis P<sup>3</sup> dictante: dicendo B<sup>2</sup>

*'For thus my beloved ascends the palm, that is the cathedra, in which he has been called through the merit of life and the splendor of knowledge, he will reside happily, because I have given to him gilded myrrh-leaves vermiculated with pure silver and a rationale which he bears on the chest, so that he consumed the oldest of the old things and with new things supervening, he will sail through the four rivers of Paradise, which flow from the beak of an eagle, from the mouth of a man, of a calf, and of a lion, with the Holy Spirit dictating.'*

<sup>1</sup> Cant. 7.8.

<sup>2</sup> Cant. 1.10.

<sup>3</sup> Lev. 26.10.

## 5.1.27 Littere capituli ad illum, qui est in episcopum electus, postquam alius propter senectutem renuntiavit.

[1] "*Decepti protoplausti posteritas pomo felleo toxicata corruptioni sic dignoscitur subiacere, quod nichil in stabili gradu consistere potest. Unde omnia orta occidunt et aucta senescunt et humana conditio, quanto plus in etate procedit, tanto magis in maiori temporis incremento decessit, quia non patitur aliud fieri status in constantia mundialis. Cum igitur ex etate annosa venerabilis pater et dominus noster Paduanus episcopus pervenerit in senectam et senium,<sup>1</sup> et deficiente naturali calore vires corporis annullentur, utilitate ecclesie peroptans consulere, iam renuntiavit de libero arbitrio dignitati, nobis conferens licentiam alium eligendi. Nos vero de ipsius consilio et assensu| vos in episcopum eligimus et pastorem, cupientes ut impotentis defectum fraternaliter supportetis, episcopale cum placuit fastigium recepturi.*"

consulere] consulerem? P *om.* X assensu | [\[39ra\]](#) P

<sup>1</sup> Letters in the **Boncompagnus** dealing with old age: 1.24.2-3, 1.24.6, **1.25.6**, 1.25.11 §4, 1.25.13, **3.12.1**, **3.14.5**, **3.15.2**, **5.1.27-30**, 5.4.16, **5.6.32-33**, **5.8.3**, **5.26.5**, **5.9.4**, **6.2.18**, **6.2.34**, 6.10.18.

[2] Si vis epistolam minorare, remoto 'igitur' sic incipe post 'mundialis': "*Cum ex etate annosa.*"

### 5.1.28 Responsiva electi electioni consentientis.

[1] *"Paduanum capitulum moribus et scientia redimitum, michi ammiranda proponit, et maxime cum quelibet ecclesia cathedralis debeat esse presule uno contenta. Nam et in hoc amplius iam ammiror, quod dominus episcopus, qui electioni renuntiasset dicitur, michi suas litteras non direxit. Profecto, non sum operarius conducticius, quod senum velim esse bauluis vel patronis. Unde nescio, quid vestris litteris debeam respondere."*

### 5.1.29 Littere illius, qui per senectutem renuntiavit ad eundem electum.

[1] *"Cum ex etatis annose dispositione iam pervenerim in senium et senectam, renuntiavi de libero arbitrio dignitati, in qua digne non poteram ministrare. Nam oculi pre debilitate spinium iam caligant et nodosa podagra opilatis meatibus nervos contrahit et siccat, virtus appetiva remittitur, digestiva tepescit, retentiva distemperata siccitate succumbit, et expulsiva humiditate soluta laxatur. Diem ergo resolutionis mee prestolor iugiter tremebundis et solum superest michi sepulcrum. Nec aliud in vite presentis ergastulo desidero, nisi videre desiderabilem personam vestram, que me sua claritate illustret et illum corporeis oculis intueri, qui michi succedere debet in officio presulatus, cuius, dum tangam finibriam vestimentorum, letificabitur homo interior et roborabuntur genua dissoluta. Sicque in pacis osculo consentiam in electum et ita filium et successorem generasse videbor, qui erit senectutis mee baculus prooptatus, et in resolutione ultima cum patribus et coepiscopis me sepelire debebit."*

spinium] spiram P

### 5.1.30 Responsiva electioni consentientis.

[1] *"Quamvis capitulum Paduanum fuis litteris totius electionis michi seriem intimaverit, tamen absque vestro consensu et mandato electioni non debui nec volui consentire. Nunc autem ad supportandum paternitatis vestre onera quamcitus auxiliante Domino veniam, cupiens magis pro vestris obsequiis quam episcopalis dignitatis intuitu postulatum subire laborem."*

### 5.1.31 Littere capituli Comaclensis ad suum electum.

[1] *"Celi ennarrant gloriam ecclesie Comaclensis, que defuncto pastore vos nuper in episcopum elegit. Quare sapientiam vestram omnes et singuli deprecamur, quatinus deliberare velitis, quando poteritis venire Comaclum, quia duas barcas preparare, ut vos cum ingenti honore suscipere valeamus."*

### 5.1.32 Responsiva electi super electionem deliberare nolentis.

[1] *"Sedis Comaclensis dignitas longe lateque diffusa magnum dignum et famosum prelatum requirit. Verumtamen quid michi sit agendum, consilium duxi requirere amicorum."*

### 5.1.33 Requirit amicum suum Comaclensis electus.

[1] "*Capitulum Comaclense me nuper in pastorem elegit, sed electioni consentire vel renuntiare non duxi nisi vestre amicitie sinceritas michi prius consulerit, quid sit in hac parte agendum.*"

### 5.1.34 Suadet sibi amicus, ut recipiat dignitatem.

[1] "*Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderare videtur, quoniam Christi minister efficitur, et curam suscipit animarum. Preterea, si rerum temporalium statum volumus diligentius intueri, 'melius est presse quam subesse', quia cuiuslibet subditi conditio quandam respicit speciem servitutis|. In canonica siquidem Faventina uni forte principaliter dominari potestis, sed in episcopatu Comaclensi quatuor habebitis servitores, et in pane et vino redditus compententes, exceptis cocolariis, in quibus capiuntur pisces, gambari et anguille. Preterea non oportet vos in divinis officiis vel predicationibus laborare, quia collectio totius populi Comaclensis quadragenarium numera non transcendit et omnes die quelibet retibus assumptis piscantur. Suscipite igitur donum, quod vobis pater altissimus contulit, quia sepe accidere consuevit, quod qui parva recusat, minima cum pudore peroptat.*"

servitutis | [\[39<sup>rb</sup>\]](#) P

### 5.1.35 Consentit electioni electus.

[1] "*Amicorum consilio requisito electionem vestram recipere non recuso, vestre sapientie intimando, ut ad receptionem meam vos quamcitus preparetis.*"

### 5.1.36 Suadet sibi alius, ut electioni renuntiet.

[1] "*Si nobis consilium postulatis electioni renuntiet vobis dilatione postposita respondemus, amicitie vestre firmiter consulentes, ut electioni quamcitus renuntiare velitis, scientes quod locus est valde infirmus et epistopatus ille paucissimis fuit redditibus predotatus.*"

### 5.1.37 Deridet eum tertius, si electionem recepit.

[1] "*Unica vox cuculi resonat in deserto et rauca cicada flitingere non desistit de immensitate promotionis, quam nuper in Comaclensi ecclesia optatis habere. Pro certo valebitis plurimum colletari, cum singulariter degetis in nemoribus paludosis, ubi, dum celebrabitis, ranunculi clamitabunt et bussonum sibilos audietis. In estate quidem consurgent musce canine, scimfes et mustele, testitudines caudate, serpentes, musculi, vermes, bruci, mures, damule, talpe, vermes aranei et vespertiliones, qui ad percipiendum solis calorem in veris pomeriis residebunt. Unde oportebit vos habere curam talium animalium. Archidiaconus enim sacriste gerit officium, quia pulsat campanas, accendit lampades et mundat ecclesie pavimenta. Prepositus namque habet sollicitudinem de gallinis, et capitulum gambaros congregat in sagena.*"<sup>1</sup>

Comaclensi] Comadensi Schönbach ed

degetis BX Schönbach ed] deiectis M degeris

P bussonum] bufonum Schönbach ed. scimfes B] scimphes P siinifex X cinifex  
 Schönbach ed sanifex M veris] vestris Schönbach ed habet] habebit  
 Schönbach ed

1

### 5.1.38 Littere capituli monachorum, qui abbatem de aliquo capitulo elegerunt.

[1] *"Cum dolore prius vobis cogimur intimare, quod venerabile olim dominus et abbas noster .H. .VI. Kalend. Octobris<sup>1</sup> debitum humanitatis exsolvit, et secundario quod optatum recipimus gaudium post dolorem, quia venerabilem fratrem vestrum Macharium unanimi concordia in pastorem elegimus et abbatem, cupientes de vestri collegii claritate habere lumen, quo preeunte per caritatis itinera gradiamur. Sic enim diffusa caritas recepit incrementum, et maxime cum extenditur ad domesticos fidei, quibus iubemur fraterna solatia impertiri. Sapientiam igitur vestram in Domino deprecamur, ut ipsum nobis concedere non tardetis, scientes quod dampnosum esset ecclesie nostre, si diu pastore careret. Nos autem in termino quem de ipsius electi consilio prefigere volueritis, pro illo, sciut expedit, auxiliante Domino veniemus."*

Macharium] Marcham P<sup>3</sup>

<sup>1</sup> September 26

### 5.1.39 Responsiva capituli concedentis electum.

[1] *"Quia vos et ecclesia vestram vestram diligimus, in visceribus karitatis vestras preces cogimur exaudire. Unde vobis venerabilem fratrem nostram Macharium concedimus in abbatem, cuius honestatis et conversationis opera nostrum collegium illustrarunt. Quare inviti facimus, que optatis. Verum, ex eo quod vocatus est in parte sollicitudinis, voluntati et desiderio vestro contrahere non possumus nec debemus. Unde vobis tamquam fratribus et dominis reverendis litteris presentibus| intimamus, ut pro ipso veniatis, quandocumque se optulerit oportunitas veniendi."*

presentibus | [\[39va\]](#) P

### 5.1.40 Littere responsiva, que denegatur electus.

[1] *"Licet vos et ecclesiam vestram diligamus in visceribus caritatis, vestras tamen preces non possumus exaudire, quia venerabilis frater noster Macharius, quem in vestram abbatem eligere voluistis, insufficientiam nostram et totius ecclesie onera providentie sue humeris noscitur supportare."*

### 5.1.41 Littere capituli divitum monachorum, qui eligunt abbatem pauperis abbacie.



[1] *"Quod fama citivola divulgavit, vestram sapientiam non credimus ignorare. Videlicet qualiter depositionis sententia in Bonif.<sup>1</sup> quondam Nonantulensem propter dilapidationem fuerit auctoritate summi pontificis promulgata. Post cuius depositionem vos de communi concordia in pastorem eligimus et abbatem, sperantes quod sicut monasterium de Musilliano provide gubernastis, abbatis officium secundum venerabilis patris Benedicti regulam exercentes, ita in dignitatis ascensu ascendet virtutum perfectus, et qui super pauca fidelis extitit et benignus, super multa constitutus talenta credita geminabit."*

Bonif. P<sup>3</sup>] Bonisu PB *illeg.* M quondam *om.* M. pauca] publica B

1

See GIROLAMO TIRABOSCHI (1731-1794) **Storia dell'augusta Badia di S. Silvestro di Nonantola, aggiuntovi il Codice diplomatico della medesima** (Modena 1784-85)

### 5.1.42 Responsiva electi consentientis et per modicam variationem in eadem renuntiare docetur.

[1] *"Premit insufficientie collum oneris magnitudo et honoris sublimitas multos, quandoque facit sub onore deperire. Unde vereor dimittere naviculam consuetam, in qua cum parvis remis valeo carpere litus et ingredi navem altissimam, que sine magno ventorum flamine non fulcat maria. Nec potest applicare in portum nisi barcarum suffragio preeunte. Verum quia ex karitatis officio compellor superimpositum subire laborem, electionem iuxta canonicum ordinem et beati Benedicti regulam recipio, et voluntati vestre humiliter condescendo."*

[2] Si vult renuntiare ita varietur post 'preeunte': *"Cuius rei causa electioni vestre penitus renuntio, volens potius esse paucitatem contempnus, quam super possessionum multitudine tribulari."*

### 5.1.43 Littere capituli regularium canonicorum ad illum, quem eligunt.

[1] *"Quia personam vestram non ambigimus vita et disciplina canonica refulgere, idcirco post nostri pastoris decessum vos in patrem eligimus et priorem, cupientes iuxta sanctorum patrum instituta et beati Augustini regulam vestre protectionis moderamine gubernari."*

### 5.1.44 Responsiva electi consentientis.

[1] *"Quamquam sim vita et moribus insufficiens et ad ferendum regularis discipline onera inbecillis, nichilominus electioni vestre duxi humiliter consentire, credens quod insufficientiam meam vestrarum virtutum merita supportabunt."*

### 5.1.45 Littere responsiva electi renuntiantis.

[1] *"Quia sum vita et moribus insufficiens et ad ferendum regularis discipline onera inbecillis, idcirco electioni renuntio, credens quod insufficientiam meam vestrarum*



*virtutum merita denigrarent."*

### 5.1.46 Notula doctrinalis pro variationibus.

[1] Iste anteposite possunt in abbatem electionibus commode variari, nam ubi dicitur 'disciplina canonica' dicatur 'disciplina monastica', et ubi dicitur 'in patrem elegimus et priorem' dicatur 'in pastorem elegimus et abbatem'. Et ubi dicitur 'beati Augustini' dicatur 'beati Benedicti'. Item in duabus subsequentibus, ubi dicitur 'regularis' dicatur 'monachalis'. Item due subsequentes in electionibus abbatissarum similiter varientur. Nam et prima epistola pro abbatissis potest commode| variari, si ubi dicitur 'post nostri pastoris decessum', dicatur 'post nostre abbatisse decessum vos in abbatissa elegimus et ductricem.' Et nota, quod omnes epistole que pro abbatum electionibus sunt posite, possunt pro abbatissis mutato masculino in feminino.

com|mode [\[39vb\]](#) P

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#)© Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.2

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 5.2 DE INTERPRETATIONIBUS QUORUNDAM OFFICIALIUM NOMINUM<sup>1</sup>

#### 5.2.1 Notula, que datur pro variandi doctrina.

[1] "*Post decessum felicitis memorie .H. nostri decani*" vel "*Post obitum reverendum memorie*" vel "*defuncto decano ecclesie Norvicensis.*" Vel "*Postquam abbas Maturensis diem Domino clausit extremum*" vel "*debitum humanitatis exsolvit,*" vel "*nature concessit,*" vel "*de hac luce ad meliorem Domino vocante migravit.*"

| [\[39vb\]](#) P

<sup>1</sup>For an unflattering *interpretatio* of the word *officialis*, see Peter of Blois **Epistolae** no. 25 (**PL** 207.89A).

#### 5.2.2 De abbate.

[1] "*Vos in abbatem eligimus, cupientes ut sitis nobis pater per beneficium et doctrinam.*"

#### 5.2.3 De decano.

[1] Vel in decanum, ut: "*Nobis decem legalis precepta tropoloyce significata solvatis,*" vel ut: "*Nobis demonstrando viam rectitudinis canaris<?> in psalterio decacordo.*"

#### 5.2.4 De archidiacono.

[1] Vel in archidiaconum, ut: "*Diaconibus principemimi,*" vel ut: "*Tamquam diaconorum princeps diaconibus assistatis, episcopales vices, prout ordo canonicus postulat, supportantes.*"

#### 5.2.5 De archipresbytero.

[1] Vel in archipresbyterum, ut: "*Principando presbiteris eorum insufficientiam virtutibus et meritis relevetis.*"

#### 5.2.6 De preposito.

[1] Vel in prepositum, ut: "*Hiis preesse debeatis, qui vobis subesse peroptant,*" vel "*qui ex arrogantie temeritate quibuslibet subesse recusant,*" vel ut: "*qui humiliter subesse novistis preesse merito debeatis,*" vel ut: "*preesse debeatis pariter et prodesse.*"

### 5.2.7 De primicerio.

[1] Vel in primicerium, ut: "*Primum cereum in domo Domini defferentes virtutum lumen ambulantis per ignorantie semitas demonstratis,*" vel ut: "*divina officia inchoando canendi et psalendi modos et ordines ostendatis.*"

### 5.2.8 De thesario.

[1] Vel in thesaurarium, ut: "*Vestre sapientie thesaurum per vestram industriam recipere valeamus.*" Vel ut: "*Sub vestre providentie munimine thesauri ecclesie nostre, prout expedit, conserventur.*"

### 5.2.9 De magistro scholarum.

[1] Vel magistrum scholarum, ut: "*Agros rudium ingeniorum doctrine vomere perfulcantes, minus scientes partes,<sup>1</sup> artes et officia doceatis et provectoros in perfectione scientie conservetis.*"

<sup>1</sup>See above, **Boncompagnus** [1.5.1](#).

### 5.2.10 De priore.

[1] Vel in priorem, ut: "*Primus in ordine persistendo verbo et exemplo<sup>1</sup> rectitudinis itinera demonstratis,*" vel ut: "*Retinendo primatum, | quemlibet faciatis sua sorte manere contentum.*"

primatum | [\[40<sup>ra</sup>\]](#) P

<sup>1</sup>CAROLINE WALKER BYNUM **Docere in verbo et exemplo** (Cambridge Mass. 197?).

### 5.2.11 De plebano.

[1] Vel in plebanum, ut: "*Plebem vobis commissam feliciter gubernetis,*" vel ut: "*Plebs vobis comissa vestro patrocínio et regimine gubernetur.*"

### 5.2.12 De canonico.

[1] Vel in canonicem, ut: "*Canonice nobiscum vivere debeatis,*" vel ut: "*Nos in vita canonica reformetis.*"

### 5.2.13 De custode.

[1] Vel in custodem, ut: "*Per vestre providentie industriam res ecclesie utiliter conserventur.*"

### 5.2.14 De sacrista.

[1] Vel in sacristam, ut: "*Sacre res per ministerium vestrum cura vigili gubernentur.*"

### 5.2.15 De capellano.

[1] Vel in capellanum, ut: "*Sancti Martini capella per vestram sollicitudinem gubernetur, et eiusdem ecclesie parochianis spiritualem alimoniam ministretis.*"

alimoniam] elymosinam X

### 5.2.16 Notula pro variationibus.

[1] Preterea qui eliguntur, si consentire vel renuntiare duxerint, multa possint de premissis epistolis exemplaria invenire. Nam etsi orator aliquem habuerit industriam variandi, ex ipsis officialium nominum interpretationibus consentiendi vel renuntiandi potest infinitas materias reperire.

### 5.2.17 Responsiva consentire volentis.

[1] "*Lex docet, <ut> precepta legis tropologice significata solve non valeam neque canere cum David in psalterio decacordo. Illius tamen confisus patrocini, qui supportat misericordie onera impotentum, electioni de me facte consentio, non recusans humiliter subire laborem ad quem voluistis me concorditer evocare.*"

impotentum] imponentum *codd.*

### 5.2.18 Responsiva renunciatis.

[1] "*Quia decem precepta legis ignoro et cum David nescio canere in psalterio decacordo, idcirco electioni penitus renuncio, nolens hoc tempore subire laborem, quem inbecillitatis mee humeri nequeunt sustinere.*"

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.3

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 5.3 DE LITTERIS, QUE MITTUNTUR ELECTIS HOSPITALIUM ET ILLARUM DOMORUM, IN QUIBUS LAICI CONSUEVERUNT PREESSSE

#### 5.3.1 Littere hospitaliorum Ierosolimitarum ad suum electum.

[1] "*Venerabilis Dominus et magister noster .W. Cesaream iuverat pro negotiis hospitalis, qui dum rediret incepit egritudine valida laborare sicque invalescentibus egritudinum procellet. .VI. Kalendas Agusti<sup>1</sup> debitum humanitatis exsolvit, cuius ecclesie iuxta consuetudinem tumultato, celebravimus capitulum generale, in quo vos unanimiter in patrem eligimus et magistrum. Quapropter vestram industriam propensius rogitamus, ut quamcitus transmeare curetis, scientes quod multa nobis negotia presentialiter superincumbunt, unde mora vestra posset esse dampnosa, et presertim cum inter Christianos et Sarracenos treuga non possit ulterius perdurare.*"

| [\[40ra\]](#) P

<sup>1</sup> 27 July

#### 5.3.2 Littere Templariorum ad suum electum.

[1] "*Secundo Ydus Novembris,<sup>1</sup> cum iam esset treuga finita, magister noster cum quingentis militibus illis, qui erant Tripoli, succerebant. Et aspiciens a longe, vidit ultra mille milites in insidiis latidare, quibus tamquam vir animosus et miles strenuissimus occurrens, in eos fieri iussit agressum. Et iam commissum est dirum prelium, in quo plurimi ceciderunt. Sed manus Domini tantam| contulit victoriam Christianis, quod usque ad maree Galilee insecuti sunt Sarracenos et plenissimam ex eis victoriam habuisset, nisi quod idem magister Templario cecidit vulneratus, unde paulo post in Domino aspiravit.*"

tantam | [\[40rb\]](#) P

<sup>1</sup> (ie Pridie Ydus Novembris) 12 November.

[2] "*Elapsis demum aliquot diebus capitulum celebravimus generale, in quo vos in magistrum elegimus et ductorem, cupientes ut nulla vos mora debeat in Italia detinere, quia non est tutum, ut militia Templi absque magistro consistat. Et presertim cum in veritate sciamus, quod Saladinus Soldanus Babilonie generale promulgavit edictum, ut omnes milites ab Arbore Sicca usque Mecham et ab Alexandria usque ad Arabiam Ierosolimam venire festinet, quia Tironensem regnum suo vult imperio subiugari.*"

Saladinus X: Soladinus M Fadinus B Safadinus P

### 5.3.3 Littere generales, pro quibuslibet Hospitalariis cruciferis et operariis ecclesiarum et pontium ad suos electos.

[1] *"Vestre sapientie tenore presentium innotescit, quod venerabilis memorie dominus et rector noster .XVI. Kalendas Februarii<sup>1</sup> de hac luce ad meliorem Domino vocante migravit."*

<sup>1</sup> 17 January

[2] *"Post cuius obitum celebravimus capitulum generale, in quo sollempniter et concorditer vos elegimus in dominum et rectorem. Vestram igitur providentiam attentius deprecamus, quatinus ad nos venire tarditate repulsa curetis, scientes quod patrocinio vestro plurimum indigemus et domus nostra tam in capite quam in membris per vestram circumspectionem indigit reformari."*

### 5.3.4 Littere infectorum ad suum electum.

[1] *"Defuncto beate recordationis .G. rectore nostro, qui nos cura vigili et protectione benigna refovebat, vos in nostrum elegimus dominum et rectorem, sperantes quod nobis, qui sumus propter peccata nostra insanabili morbo percussi, unde facti sumus opprobrium hominum et abiectio plebis,<sup>1</sup> dignabimini misericorditer misereri et attentius nostre fragilitatis et miserie onera supportare."*

<sup>1</sup> Psal. 21.7 (Psal. iuxta LXX)

### 5.3.5 Littere generales pro suis nepotibus universis consanguineis et specialibus amicis, qui de promotione alicuius vel aliquorum se valde congaudere scitentur, regulariter variate.

[1] *"Audito, quod divina benignitas vos a patriarchatus ... Vel qui vobis amicitie vinculo| copulatur..."..*

vin|culo [\[40<sup>va</sup>\]](#) P

### 5.3.6 Responsiva generalis regulariter variata.

[1] *"Fraternitatis" vel "devotionis" vel "amicitie" vel ...*

\*\*\*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999



## Boncompagnus 5.4

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 5.4 DE LITTERIS, QUE FIUNT PRO ILLIS, QUI IN DISCORDIA ELIGUNTUR

#### 5.4.1 Pars capituli Maideburgensis intimat suo electo, qualiter eum in episcopum elegitur.<sup>1</sup>

[1] "*Post decessum felicitis memorie .H.<sup>2</sup> archiepiscopi Maideburgensis, convenimus in capitulo generali, ut pariter| successorem eligere deberemus. Videntes demum quod in electione nullomodo poteramus esse concordēs, quoniam ad archiepiscopatum per fas et nefas plurimi aspirabant, vos elegimus in archiepiscopum et pastorem, quam electionem canonicam esse non ambigimus et honestam, quoniam plures sumus numero et maiores aliis dignitate. Et licet pars adversa electionem de alio facere presumpsisset, nichilominus tamen credimus optinere, quoniam electio nostra precessit. Consulimus demum vestre sapientie, ut Romam vestros nuntios propere destinetis, ne vos pars adversa supplant et imperando precibus et muneribus iudices delegatos, qui sue parti debeant patrociniū exhibere.*"

| [\[40va\]](#) P      pariter| [\[40vb\]](#) P

<sup>1</sup> This letter, its seven responses, and the next two series of letters (in all: 5.4.1-15) are edited and discussed by GEOFFREY BARRACLOUGH "The Making of Bishop in the Middle Ages" **Catholic Historical Review** 19 (1933-34) 275-319, editions at 314-318.      <sup>2</sup> Hartwig (1079-1102), Henricus (1102-1107), Ludolf (1192-1207), Albertus (1205-1232). Archbishop of Bremen-Hamburg: Hartwig v. Utlede (1184-1207).

#### 5.4.2 Respondet electus, quod non vult consentire parti.

[1] "*Tanta est malitia litigantium et in causa qualibet toto controversie oriuntur, quod electioni discorditer facte non duximus aliquatinus consentire. Nec etiam consensus dici deberet, ex quo discordia electionem canonicam perturbavit.*"

#### 5.4.3 Pars predicta iterum suadet, ut recipiat.

[1] "*Degenerare videmini a prosapia generosa, que contra rebelles extitit triumphatis, dum trepidatis, ubi non est timor, et recipere archiepiscopalem dignitatem pro paucorum contradictionibus recusatis. Ecce Romanorum imperator vobis est consanguinitatis linea copulatus et electioni vestre libenter prebet assensum, licet ad preces quorundam aliter in publico dicere videatur. Preterea Treverensis episcopus, qui nuper ad Urbe revertitur, nobis dixit expresse, quod si quinque milia marcarum vultis expendere, archiepiscopatum poteritis adhipisci.*"

#### 5.4.4 Responsiva electi acquiescere volentis.

[1] *"Ex quo videmus, quod in vestro proposito firmiter permanetis, vestris exortationibus duximus consentire, volentes expendere non solum quod episcopus asserit, sed etiam bis tantum antequam in causa viliter succumbamus."*

etiam om. M

#### 5.4.5 Rogat electus quendam cardinalem, ut sua negotia debeat pertractare.

[1] *"Qualiter nuper fuerimus in archiepiscopum Maideburgensem electi, per electionem paginam poteritis clarius intueri. Verum quia de vobis tanquam de nobis ipsis confidimus, vestram dominabilem amicitiam propensius rogitamus, ut quinque milia marcarum argenti, quas per Coloniensem prepositum vobis dirigimus, dividi et expendi utiliter iubeatis. In primis namque domino pape mille marcas et fratri suo quingentas latentius offeratis. Relinquas vero inter cardinales, notarios, capellanos et alios curie officiales dispertiemini, prout videritis expedire, providentes attentius ne partem vestram minimam faciatis."*

#### 5.4.6 Responsiva cardinalis.

[1] *"Receptis quinque milibus marcarum, quas nobis per Coloniensem prepositum direxistis, eas prout vestris litteris intimastis, studuimus omnibus et singulis elargiri. Verumtamen camerarius domini pape fuit aliquantulum indignatus, quod a nobis maiora munera non percepit. Sed alii omnes per nos vobis grates omnimodas retulerunt, ferentes parci vestre pro posse auxilium et iuvament. Unde, si camerarii animum possetis placere, credimus, quod valeretis in causa facile optinere."*

#### 5.4.7 Nuntius electi significat sibi fraudem cardinalis.

[1] *"Non persuadet vobis abusio cardinalis, non suggerat industrie vestre fictio cavillosa, quoniam electus decem milia marcarum iam optulit, ex quibus camerarius tertiam partem dicitur habuisse. Quare venialis curia plus offerenti concessit."*

#### 5.4.8 Nuntius alterius electi significat ei, quod lata est sententia contra suum adversarium.

[1] *"Coloniensis prepositus, qui nuper contra vos ad curiam fuerat destinatus, partem vestram credebatur in multitudine pecunie superare. Sed per Dei gratiam et merita beatorum Marcarum, Albini et Rufini, quibus tenemini copiosas gratiarum exsolvere actiones, dominus papa .VI. Kal. Aprilis<sup>1</sup> cassata in pleno consistorio electione adversarii vestram solempniter et magnifice confirmavit."*

quibus | [\[41<sup>ra</sup>\]](#) P

<sup>1</sup> 27 March

### 5.4.9 Rogat Panormitanus electus quendam cardinalis, ut suam electionem faciat confirmari.

[1] *"Quamquam suffraganei et capitulum ecclesie Panormitane in archiepiscopum nos elegerint et patronem, nichilominus tamen in mentibus eligentium inopinare fraudis et doli ferrugo remansit, et non pauci sunt inter eos, qui habent conscientias cauteriatas et libentissime scandali materiam seminarent. Quare dominationem et amicitiam vestram duximus attentius deprecandam, ut electionis nostre confirmationem latenter a summo dignemini pontifico impetrare, scientes quod trecentos bizantios vobis per latorem presentium destinamus, rogantes propensius ut contempnere non velitis muneris parvitatem."*

elegerint M: elegerit BPX

bizantios M: bizanzios PB bizancios X

### 5.4.10 Responsiva cardinalis.

[1] *"Vestram providentiam dignus non inmerito laudibus commendamus, cernentes quod vobis in posterum cautius previdistis, quoniam cantor Panormitanus iam venerat, et sub dolis passibus curiam regirando, fingebat se longius properare, sed velut postmodum intelleximus quedam inhonesta contra honestatem vestram proponere anhelebat. Unde nos electionis vestre confirmationem festinantius curavimus impertrare ac ipsam vobis transmittimus per episcopum Siracusanum, liberalitati vestre de trecentis aureis grates omnimodas referentes."*

### 5.4.11 Pars capituli Cluniacensis intimat suo electo,<sup>1</sup> qualiter alia pars alterum eligerit, unde studeat se per amicos iuvare.

[1] *"Non est vobis incognitum, qualiter pars nostra vos nuper elegerit in abbatem, unde pars prius electi videtur ad nichilum devenire. Vos igitur per amicos et consanguineos apud dominum regem procuretis gratiam invenire, scientes quod duos monachos et tres conversos ad Urbem procuravimus destinare, ut alterius electi confirmationem debeant impedire."*

Cluniacensis] Dumacensis M

<sup>1</sup> Abbots of Cluny: Hugo V. de Anjou (1199-1207 -- + 28.8.1207); Guillaume II. de Alsace (1207-1215 -- + 20.9.1222); Gerard de Flandre (1215-1220 -- + 7.9.1225); Roland de Hainaut (1220-1228 -- + 12.11.1228); Bartholomäus I. de Floranges (1228-1230 -- +1. 5.1230); Stephanus II. de Brancion (1230-1232 -- +1232).

### 5.4.12 Responsiva electi.

[1] *"Glorificatus sum in hiis, que michi vestri litteris intimastis, quia solummodo in facto Romane curie dubitabam, verens ne pars adversa commissionis litteras impetraret, antequam vestros nuntios mitteretis. Hunc autem scitote, quod cancellario regis iam*

*litteras direxeram, quarum tenorem et ipsius cancellarii rescriptum vobis per horum latorem transmittito, prudentiam vestram attentius rogitando, ut litterarum significata nemini reveletis."*

### 5.4.13 Littere electi ad cancellarium regis.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Add to literature on royal chanceries: BERNARD F. REILLY "The Chancery of Alfonso VII of Leon-Castilla: The Period 1116-1135 Reconsidered" *Speculum* 51 (1976) 243-261.

[1] "*Vobis et toti regno esse non dubito manifestum, qualiter maior pars capituli me nuper elegerit in abbatem. Unde si dominatio vestra, cui semper desidero famulari, michi domini regis animum placabilem redderet ac benignum, in causa penitus optinerem. Vestre igitur magnificentie non desino supplicare, quatinus ei suggerere procuretis, quod michi favorem exhibere dignetur. Ceterum si apud illum proficere non potestis, domine regine centum marcas argenti et quatuor purpuras auro purissimo intersertas ex parte fidelitatis mee dignabimini exhibere. Vobis autem egregium dirigo palafredum et unam pateram argenteas, ut mei semper dignebimini recordari."*

### 5.4.14 Responsiva cancellarii.

[1] "*Quod in abbatem fueritis a maiori parte capituli iam electi, nobis erat plusquam dixeritis manifestum,| quoniam adversarii nostri taliter domini regis animum inclinarant, quod summo pontifici rogamina porrigebat, ut alterius electionem confirmare deberet, nisi quod adhuc non erant littere sigillate. Sed provisiva circumspectio vestra propositum inperrantium subtiliter impedit, quoniam domina regina, cui gloriosa munera direxistis, nocte sequenti sic regi suasit, quod mane facto litteras inhibuit sigillari, simulans quod negotii originem nesciebat neque suum erat partem aliquam confovere. In vestro igitur proposito firmiter persistatis, procul dubio scientes quod dominus rex nullum favorem alteri parti prebebit et nos propter grata donaria, que a vobis recipimus, partem vestram totis viribus procurabimus roborare."*

manifestum | [41<sup>rb</sup>] P

provisiva BP: promissiva X provissiva M

### 5.4.15 Littere partis eiusdem ad electum.

[1] "*Iocunda fuere, que nobis vestris litteris intimastis, et nos iocundiora et iocundissima et non sine risu promenda vestre sapientie intimamus. Venerat die sabbati episcopus Mamortinus<sup>1</sup> et adverse partis electum in possessionem miserat corporalem nec dignatus fuit appellationi deferre. Et ecce Dominica nocte, cum prius orologium volvebatur, venit frater Macharius cum armatis monachis quos elegerat, et repente irruit in monachos sompnolentos, eos acriter verberando, incidendo lectos, proiciendo vestes et fugando quoslibet per diverticula insueta. Intrusus namque adverse partis a fratre Mauro crudeliter verberatus, abscondit se in ara porcorum. Monachi vero hinc inde dispersi Domine refugium proclamabant, credentes quod per incestum prioris claustralis, qui uxorem cuiusdam ministerialis precedenti nocte in dormitorium duxerat cucullatam, sic a demonibus illusi fuissent et ipsi monachi demones videbantur, quia facies fuligine denigrarant. Ob hoc autem sic tintus est*

*electus, quod iam per duas dietas<sup>2</sup> aufugit. Et sicut nobis dicitur, libentissime renunciaret electioni, non solummodo quod expendit, rehabere valeret. Constantes igitur estote et expendere nullatenus dubitetis, quoniam ecclesia Romana non supplicantium sed dantium preces exaudit. Preterea de testibus non oportet vos aliquatenus dubitare, quia tales quandocumque placuerit inducemus, qui firmiter assserent, quod retrorsum flumina convertantur."*

Mamortinus MPX: Marmotinus B    cucullatam] cucullarum B    sic: sicut X    tintus PMX:  
tereretus B

<sup>1</sup> Riccardus Palmeri, archbishop of Messina (1183-1195), or Berardus (1196-1226).    <sup>2</sup> a course of medical treatment

#### 5.4.16 Littere partis, que Margaritam elegit in abbatissam ad episcopum, cuius est cenobium.<sup>1</sup>

[1] "*Sancti Laurentii<sup>2</sup> monasterium, cuius patronatum et dominium optinetis, propter eligentium discordiam sic vacillat, quod nulla ibidem ecclesiastica officia celebrantur et possessiones ecclesie propter commissiones et diuturnas causas quasi ad nichilum devenerunt. Due siquidem sunt electe, unam quarum videlicet dominam Margaritam pars nostra elegit, que vere margarita dici potest, quia tam sapientia quam forma corporis inter mulieres noscitur prepollere. Est enim sermone habilis, aspectu decora, gracilis in ylibus. Dentes habet eburneos, capillos aureos et oculi velut stelle matutine relucent. Benigna est, dulcis, amabilis et suavis. Altera vero pars elegit quandam vetulam nomine Brigidam, cuius pre senectute nimia oculi iam caligant et cunctis propter inhonestos mores existit et extitit onerosa. Verumtamen quicquid acciderit, | paternitati vestre humiliter supplicamus, ut ecclesie nostre dignemini consulere, prout videritis expedire."*

acciderit | [\[41va\]](#) P

<sup>1</sup>This letter and the rest of this title is edited by ROBERT L. BENSON "Protohumanism and Narrative Technique in Early Thirteenth-Century Italian *Ars dictaminis*" in **Boccaccio: Secoli di vita** edd. M. COTTINO-JONES, E.F. TUTTLE (Los Angeles 1977) 31-50.    <sup>2</sup> There are three nunneries of this name in Italy, two at Venice: in Ammiano (an island near Burano in the Venetian lagoon, now under water, **IP** 7/2.98), and at the island Gemine (**IP** 8.183, see **PL** 202.1444, Urban III, 1186, mentioning an abbess named Tenda). A third nunnery of this name is located in the province of Amalfi (**IP** 8.387). Finally, a nunnery by the name of S. Blasii was subject to the monastery of S. Laurentius in Aversa (**IP** 8.287 ff., see K. HAMPE **Mitteilungen aus der Capuaner Briefsammlung** IV.31 ff.). We may assume Boncompagno treats here one of the Venetian nunneries.

#### 5.4.17 Responsiva episcopi cum indignatione.

[1] "*Si monasterium vestrum vacillat et ad nichilum redigitur, non curamus, quoniam ammonitiones nostras pariter et precepta omni tempore contempsistis, non attendentes quam sit temerarium mandatis episcopi contraire."*



contraire X *Benson ed.*: contrahire MBP

#### 5.4.18 Littere eiusdem partis ad episcopum.

[1] "*Si mandatis vestris ex minori partis providentia contraivimus, medullitus condolemus, sed lacrimabiliter imploramus veniam de commissis.*"

contraivimus XBP *Benson ed.*: contrahivimus M

#### 5.4.19 Responsiva episcopi cum cavilatione.

[1] "*Fragilis complexio mulierum cito penitere videtur, sed in penitendi proposito rarissime perseverat. Quicquid tamen fuerit, arbitrio camerarii nostri totum factum duximus committendum.*"

#### 5.4.20 Littere camerarii episcopi ad eandem partem.

[1] "*Suasi domino episcopo, ut parti vestre favorem prebere dignetur. Unde consulo, ut domina Margarita de nocte in virili habitu ad palatium episcopale veniat, quoniam idem episcopus aliquot diebus vult eam de tota electionis serie interrogare diligentius, ut canonicè sententiam proferat finitivam. Nam et cum ea mitteretis dominam Brigidam, quia volo, quod michi suat quedam linea indumenta.*"

Suasi *Benson ed.*: Quasi XB -uasi PM

Brigidam *Benson ed.*: Magdalenam BXPMP<sup>c</sup> om. Mac

#### 5.4.21 Responsiva eiusdem partis.

[1] "*Cras circa crepusculum Margarita et Brigida venient, ut dixistis. Sed curetis habere cautelam, ne forte sorores aliud cogitent. Nos enim finximus, quod matres egrotantes visitare debebunt.*"

Brigida *Benson ed.*: Magdalena MBXP

#### 5.4.22 Precipit episcopus utrique parti, ut Margaritam teneant pro abbatisa.

[1] "*Intelligentes quod monasterium vestrum propter eligendi controversiam devastatur, quare sub excommunicationis pena vobis districte precipiendo mandamus, ut dilectam in Christo filiam nostram Margaritam in abbatisam recipere minime postponatis, ei velut matri et domine obedientiam promittentes. Alioquin in vos canonicam exercebimus disciplinam, quia firmiter scimus, quod Brigida mulier est annosa, unde profectui ecclesie superintendere non valeret.*"

teneant XB *Benson ed.*: retineant M teneat P



\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.5

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 5.5 DE ILLIS, QUI VOLUNT COMMITTERE SYMONIAM, ET DE ILLIS, QUI VOLUNT ET NOLUNT CONSENTIRE

#### 5.5.1 Littere monachi volentis committere symoniam.

[1] "*Grata comparuit hora, et ut verius proloquitur generosa, que commune possumus desiderium adimplere. In abbatia siquidem Farfensi<sup>1</sup> monachi non possunt esse in electione concordēs, unde trecentas marcas expendere curaveritis, vos elegi faciam procul dubio in abbatem.*"

| [\[41va\]](#) P

<sup>1</sup> Farfa

#### 5.5.2 Responsiva probi monachi retinentis.

[1] "*Esset hora mortis et confusio tenebrarum, si dignitatem adipiscerer crimine simonie, unde commune desiderium non appelles, quia tuum esse potest, sed meum numquam erit, quod Petri naviculam ingrediatur simoniaca labe pollutus.*"

#### 5.5.3 Littere persuasionis eiusdem ad eundem.

[1] "*Cum aperte sciatis, quod papa solis| dantibus elargitur nec aliquos promovet nisi per consanguinitatis lineam et potentiam secularem et universi prelati faciant idem locum a maiori trahentes, miror quod munera pro trahitis elargiri, et maxime cum non sit hodie, qui aliter possit ecclesiasticum beneficium promereri.*"

solis | [\[41vb\]](#) P

#### 5.5.4 Responsiva probi monachi recusantis.

[1] "*Scio, quod vera sine dubio profiteris, et cum non dubito, quod paucissimi electores possunt hodie inveniri, quos aut favor illicitus non inducat aut simonie spiritus non inflammet. Sed malo esse pauper et abiectus in domo Domini quam per destestabili crimen simonie habitare dives in tabernaculis peccatorum.*"

#### 5.5.5 Reprehendit probum monachum ille, qui vult committere symoniam.

[1] "*Video, quod multe littere vos faciunt insanire, dum trepidatis, ubi non est timor, nodum in scirpo propter subtilitatem queritantes. Nonne videtis, quod universi, que litterarum studiis invigilant ad hoc specialiter, iura canonica et civilia discere theologia postposita moliuntur causari, ut per tales causas et allegationes possunt ad dignitates aliquas promoveri. Nam et <....> ioculatoribus plurima larguntur, habentes solummodo respectum per hoc et consimilia conscendere ad honores.*"

### **5.5.6 Responsiva probi monachi, qui dicit hoc esse vera et multo plura, tamen in simonia non vult peccare.**

[1] "*Multe littere <....>, cum numquam studueris ...*"

### **5.5.7 Littere eiusdem ad eundem et dicit ex alii dignitatem illam acquireret.**

[1] "*Vestre sapientie in <....> domino Marsicano ...*"

### **5.5.8 Littere volentis committere simoniam ad alium.**

[1] "*Venit hora et <....> abbatie Farfensis ...procul dubio in abbatem| vos...*"

abbatem | [\[42<sup>ra</sup>\]](#) P

### **5.5.9 Responsiva consentientis simonie.**

[1] "*Desiderabilis amicitia vestra michi desiderabile gaudium intimavit ...*"

### **5.5.10 Littere iterum eiusdem ad eundem.**

[1] "*Littere vestre letificaverunt animam meam <....> Burdonem negotium <....> quingentos aureos <....> domino Ambroxio <....> comiti .U. ...*"

### **5.5.11 Responsiva consentientis simonie.**

[1] "*Benedictus Deus ...*"

---

\*\*\*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.6

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 5.6 DE SUASIONIBUS ET DISSUASIONIBUS ELIGENDORUM

#### | 5.6.1 Quidam rogant amicos, ut sibi consulant, quem de duobus vel tribus eligere debeant.

[1] "*Persuasione <....> pro archiepiscopali electione in Salernitana ecclesia vertebatur <....> de collegio Capuano pastorem elegere debeamus <....> de Aversario episcopo vel Ricardo archidiacono ...*"

| [\[42<sup>ra</sup>\]](#) P      | [\[42<sup>rb</sup>\]](#) P

#### 5.6.2 De primo dissuadetur propter pusillanimitatem, de secundo propter prodigalitem, de tertio consulitur propter virtutes, scientiam litterarum, et nobilitatem.

[1] "*Supereminens amicitia vestra super facto archiepiscopalis electionis nobis dignata est consilium postulare, super questione precipites volebamus, et maxime cum in talibus non parva sint deliberatio adhibenda. Porro in exhibendo consilium obesse debet odium, timor et <??> traductiva, ut nequis pro utilitate propria consulere videatur amicis.*"

[2] "*Aversarius quidem episcopus clericus est laudabilis et honestus, verumtamen pusillanimis esse videtur et ad defendendum iura ecclesie inbecillis.*"

[3] "*Richardus vero nobilis et competenter novit decreta, sed in aliis est modicum litteratus et in prodigalitate ita delinquit, quod nulla sibi pecunia sufficeret pro expensis.*"

[4] "*Ceterum de domino Matheo vobis consulere minime dubitamus, quoniam in primis, ut esse credimus toti provincie manifestum, de prole regia per successivam parentelam descendit, cuius nobilitas nobilissimis moribus maritata in palatio virtutum refulget, quia cuilibet se novit prout expedit conformare. Nam et si res postulat <....>. Litterature namque radiis illustratur, quoniam cures novem ad plenum, et theologie postea documentis instructus ad iura canonica et civilia conscendere non tardavit, in quibus tanta percepit scientie documenta, quam iure canonico geramus et in civili <...> esse videtur.*"

videtur | [\[42<sup>va</sup>\]](#) P

#### 5.6.3 Interrogant quidam cuiusmodi conversationis sit ille, quem volunt eligere in abbatem.

[1] "*Desiderabilis amicitie sinceritatem duximus attentius exorandum, ut quicquid in vita et conversatione Alberti monachi Sancti Galli novistis ...*"

#### **5.6.4 Respondetur, quod religiosus est litteratus et honestus.**

[1] "*Si super electione faciendi consilium <....> De vita siquidem et conversatione Alberti monachi, quem in abbatem eligere peroptatis, hec vobis possumus intimare, quia bone opinionis fragantia fecit Sancti Galli collegium redolere ...*"

#### **5.6.5 Responsive in contrarium.**

[1] "*De vita et conversatinone Alberti solo nomine monachi, quem in abbatem eligere volebatis, hec vobis in veritate possumus nuntiare, quia velud sarabiat sepius apostavit puerum committendo et tamquam girovagus claustra perlustrens vituperavit monasterium monachale.*"

#### **5.6.6 De suasionem, ut talis in archidiaconum eligatur propter scientiam et virtutes.**

[1] "*Vestre duximus prudentie consulendum et magistrum .I. in archidiaconum elegatis, quia tam litterature decore quam morum honestate refulget, unde merito poterit diaconibus principari et vices episcopale, prout ordo canonicus postulat, supportare.*"

#### **5.6.7 De suasionem in contrarium.**

[1] "*De vestre discretionis prudentia plurimum admiramur, quod magistrum .I. in archidiaconum eligere peroptatis, qui licet litteraturam habet, ipsam tamen per morum pravitate deturpat, quoniam luxuriosus est et arrogans, unde nemo posset ipsius dominium tollerare.*"

#### **5.6.8 De suasionem, ut talis in prepositum eligatur.**

[1] "*Si magister .R. in prepositum elegeristis, prodesse studebit potius quem preesse, quia vir est litteratus pariter et discretus. Nam et summo pontifici consanguinitatis linea esse dicitur copulatus. Unde vestra poterit ecclesia plurimum exaltari.*"

#### **5.6.9 De suasionem in contrarium.**

[1] "*Si magister .R. in prepositum elegeristis preesse studebit potius quam prodesse, quoniam in scholasticis disciplinis se omnibus ex quadam arrogantie specie referebat. Indignatis ergo assentione superbie vesica ...*"

#### **5.6.10 De suasionem, ut talis in thesaurum eligatur.**

[1] "*Si magister .Io. in thesaurarium elegeritis thesauros ecclesie felici regimine gubernabit, et vere sapientie thesaurum conferet universis.*"

### **5.6.11 De suasionem in contrarium.**

[1] "*Si magister .Io. in thesaurarium elegeritis thesaurum ecclesie disperget suumque ministerium deturpabit.*"

### **5.6.12 De suasionem, ut aliquis in archipresbyterum eligatur.**

[1] "*Consulimus, ut .M. diaconem in archipresbyterum eligatis, quia vita et moribus dignus est ...*"

### **5.6.13 De suasionem in contrarium.**

[1] "*Non persuadat vobis aliquis, ut .M. diaconem in archipresbyterum eligatis, quia licet ad sacros ordines pervenerit, illitteratus est penitus et officia divina ignorat. Nam et mores detestabiles habet, que semper consuevit seminare discordiam inter fratres.*"

fratres | [\[42vb\]](#) P

### **5.6.14 De suasionem, ut talis in plebanum eligatur.**

[1] "*Vestrum propositum non immerito commendamus, si An. subdiaconum vultis eligere in plebanum ...*"

### **5.6.15 De suasionem in contrarium.**

[1] "*Ignem ponetis in gremio et lupum morali, si An. subdiaconum elegeritis in plebanum ...*"

### **5.6.16 De suasionem, ut aliquis in priorem eligatur.**

[1] "*Gloria et honore vestra erit ecclesia decorata, si presbyterum Gr. elegeritis in priorem, quia vir vite venerabilis est et dignus fungitur sacerdotio et habet laudem in nomine ipsius.*"

### **5.6.17 De suasionem in contrarium.**

[1] "*Miramur, quod presbyterum Ge. in priorem eligere peroptatis, non considerantes quod calculosus est et propter diuturnos egritudines inbecillis--et sicut dicitur--morbo laborat elefantiaco, quia supercilia depilerat, unde ipsius tamquam reprosi consortium a plurimis evitatur.*"



### 5.6.18 De suasionem, ut talis in prepositum eligatur.

[1] "..."<sup>1</sup>

<sup>1</sup>Not transmitted in Siena and Berlin MSS, also P (although rubrics for these *capitula* included in list)

### 5.6.19 De dissuasionem propter morbum.

[1] "..."<sup>1</sup>

<sup>1</sup>Not transmitted in Siena and Berlin MSS

### 5.6.20 De suasionem, ut aliquis propter potentiam in canonicum eligatur.

[1] "*Vestre duximus prudentie consulendus, ut filium comitis .U. in canonicum eligatis, quia per nobilitatem et potentiam suam per totam provinciam timebitur et iura ecclesie servabuntur illesa.*"

### 5.6.21 De dissuasionem propter superbiam.

[1] "*Filium comitis eligeritis in canonicum. Sue nobilitatis intuitu presumet omnibus dominari, etsi quis ei contradixerit super dorsum eius, cum in alto verbum fabricabit.*"

### 5.6.22 De suasionem, ut aliquis ignobilis in canonicum eligatur.

[1] "*Hortamur vos, ut .Io. filium Martinelli sartoris in canonicum eligatis, quia litteratus est plurimum et discretus.*"

### 5.6.23 De dissuasionem in contrarium.

[1] "*Absit, quod aliquem de plebeia caterva vel rusticana prole in canonicum eligatis, quia postquam huiusmodi ad altiora ascendunt, non desinunt superbire.*"

### 5.6.24 De suasionem, ut aliquis in capellanum eligatur.

[1] "*Amicitie vestre quam corde sincero diligimus, litteris duximus presentibus consulendum, ut Arnoldum clericum in capellanum eligere non tardetis, quia in officiis ecclesiasticis est plenius eruditus et bonus ...*"

### 5.6.25 De dissuasionem.

[1] "*Arnoldus clericus, quem in capellanum eligere peroptatis, velut scire totam Italiam regitavit cum zaratoribus<sup>1</sup> et tamquam ex unius trupanorum se fingit esse medicum doctrinatum, ut fornicandi et ...*"

<sup>1</sup>See above, [1.11.3](#), [1.13.3](#), [4.6.6](#), and below [6.9.4](#).

### 5.6.26 De suasionem aut aliquem in abbatissam eligatur.

[1] *"Vestre duximus prudentie consulendum, ut dominam Mariam in abbatissam eligere procuretis, quia pro honestatem morum et laudabilem conversationem virginum speculum esse videtur et corona omnium monacharum."*

### 5.6.27 De dissuasionem.

[1] *"Ingildruda monialis, que potius demonialis vel demonachas dici debetur, sub quedam inductione facit interponi preces, ut in abbatissam et dominam eligatur, cupiens habere oportunitatem presbyteri Arnulfi, qui abusus est viscera cornu altaris. Unde, cum postmodum haberet in utero, accepit a quodam medico abortivum. Verumtamen in hoc semper extitit liberalis, quia nemini refrigerantium consortium denegavit nec umquam timuit sub virili honore deperire."*

deperire | [\[43<sup>ra</sup>\]](#) P

### 5.6.28 De suasionem, ut aliquis in magistrum hospitalis eligatur.

[1] *"Guilielmus Astonensis vir nobilis est plurimum et discretus, unde hospitali esset plurimum fructuosus. Universitatem igitur vestram propensius exortamus, ut ipsum in magistrum et doctorem eligere non tardetis."*

### 5.6.29 De dissuasionem.

[1] *"Guilielmus Astonensis iam erat onore paupertatis depressus et idcirco se reddidit hospitali. Nunc autem seminat discordiam inter fratres, et facta conspiratione perfici perfas et nefas anhelat. Unde vobis est cautius precavendum, ne lupus optineat dominium in ovili."*

### 5.6.30 De suasionem, ut aliquis in magistrum Hospitalis eligatur propter iuventutem.

[1] *"Intelleximus, quod .H. felicitis memorie magister conductor vester decessit. Unde vestre duximus providentie consulendum <....> Bernardum Hispanum in magistrum et dominum eligatis, firmiter spem in sua iuventute habentes, quoniam iuvenes ex etatis validudine utilius valent negotia sustinere. Nam et domus Templi Domini multos ubique terrarum habet negotiorum incursus, unde illum, qui tante militie totique conventui preesse debebit, animosum oportet esse robustum."*

### 5.6.31 De dissuasionem propter iuventutem.

[1] *"Intelleximus, quod defuncto magistro et ductore vestro, Bernardum Hispanum*

*disposuistis eligere in magistrum, non attendentes quod iuventus etas est flebilis et proclivis et ipse a pueritie sue primordio cuncta hostendit indicia pravitatis."*

### **5.6.32 De suasionem, ut aliquis eligatur propter senectutem.**

[1] "*Sicut hospital de Alto Passio<sup>1</sup> universas hospitales domos ex hac parte maris excellit, ita magister gravem et honestum rectorem debet habere. In puritate igitur consulimus vobis non ficta, quatinus Ro. Pisanus conversum vestrum in rectorem et dominum eligatis, attendentes quod reverenda senectus honestatis opera studiosius imitatur nec facile consuevit ad lasciviam inclinari."*

<sup>1</sup>See **Oliva** [XXX](#).

### **5.6.33 De dissuasionem propter senectutem.**

[1] "*Cum in quibuslibet senibus sensus puerilis consistat et eorum mores propter garrulitatem et cogitationes inanes sint omnibus honorosi, miramus, quod Ro. Pisanum disposuistis eligere in rectorem, non attendentes quod ..."*

### **5.6.34 De suasionem, ut aliquis in operarium eligatur.**

[1] "*Egregius operarius esset Arnulfus, si eum habere ..."*

### **5.6.35 De dissuasionem.**

[1] "*Si pravo infortunio Arnulfum in operarium elegeritis, totam elymosinam ..."*

### **5.6.36 Quomodo petant remunerationem illi, qui promotis ante promotionem optima servitia contulerunt.**

[1] "*Arbitror, quod a vestra memoria non sit lapsum, quot labores et angustias causa promotionis vestre sim passus. Omnium siquidem amicorum suffragia <...cuncta que humi| iam expendi et animam loco pignoris creditoribus obligavi. Dum enim irem ad Urbem, a latronibus fui captus, diris flagellis cesus et rebus omnibus denudatus. Sed ob hoc non dimisi, quia in curia Romana per unius anni spatium non moraret, ubi dolores insperatos et casus inhumanos assidue tollerabam, quia miserabiliter mendicare cogebar et horis oportunitis vestris resistere adversariis, qui electionem vestram cassare precibus et pretio nitebantur."*

humi| [\[43<sup>rb</sup>\]](#) P

### **5.6.37 Responsiva cum excusatione cavillosa.**

[1] "*Quarum significata litterarum ex quadam improvidentie specie manaverunt, quia non sumus ita mentis inoppes, quod ..."*

### **5.6.38 Quod hii falliuntur, qui arbitrantur et sperant, quod promoti debeant eos pre ceteris diligere propter grata servitia, que sibi necessitatis tempore contulerunt.**

[1] "*Arbitraris forte, quod prelatus, cui ante promotionem innumerabilia obsequia contulisti et qui per tuas sollicitudines et labores adeptus est dignitatem, sic debeat esse tuus, quod nichil sine tuo consilio disponat. Sed scias pro certo, quod te suum principalem constituet inimicum, tua consilia penitus abortebit et novos curabit invenire amicos. Heu, cum videbis illos, qui promoti in illo tempore servierunt, frui privatis ...*"

### **5.6.39 Quod tres sint cause, quibus illos odiunt et spernunt, qui ad eorum promotionem dederunt omnem operam et favorem.**

[1] Prima causa, qua promoti eos odiunt et aborrent, qui sue promotionis causa fuisse videntur, hoc est, quia nulli suas prosperitates et honores volunt ascribere meritis alienis. Secunda, quia propter dampna conscientie veterum amicorum in pena pertimescunt. Tertia, quia volunt aliorum laboribus respondere.

et spernunt BXM: *om. spernunt P P rubr. X rubr.*

### **5.6.40 De verissimilibus excusationibus promotorum.**

[1] Excusate se verisimiliter videntur promoti, cum dicunt ... infestant| pauperes...

infestant | [\[43<sup>va</sup>\]](#) P

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.7

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 5.7 DE ILLIS PROMOTIS, QUI POSTULANT SUBVENIENTIAM PERSONARUM VEL RERUM

#### 5.7.1 De electo, qui rogat aliquem specialem amicum, ut sibi consulat de aliquo capellano et subveniat in pontificalibus indumentis.

[1] *"Ad patriarchatus" vel "archiepiscopatus" vel "episcopatus" vel "cardinalis officium nuper Domino permittente promoti, a vobis tamquam ab amico speciali" vel "specialissimo" vel "tamquam ab illo, in quo post Deum tota spes nostra consistit," vel "tamquam a consanguineo preelecto," vel "tamquam ab illo, cui sumus indissolubili dilectionis federe copulati, suffragium in hiis, que nobis oportuna esse videntur, postulare minime dubitamus. In primis quidem causa consilio vestro habere cupimus aliquem capellanum, qui dictare sciat et iura canonica non ignoret. Secundario, unius planete vel dalmatie subveniantiam imploramus vestre amicitie, cum oportunitas postulabit, gratas vicissitudines rependere cupientes."* Vel ita: *"Secundario vestram amicitiam deprecamur, ut nobis in signum dilectionis aliqua indumenta pontificalia transmittatis, procul dubio scientes quod vobis grata obsequia rependere amicabili vicissitudine peroptamus."*

| [\[43va\]](#) P

#### 5.7.2 Responsiva volentis postulata complere.

[1] *"Cum super aliquo vel aliquibus nostrum dignemini requirere obsequium, plurimum congaudemus, videntes quod nobis vestra optatis patrocina liberaliter impertiri, ex quo rerum nostrarum subveniantiam fiducialiter postulatis."* Vel ita: *"Cernentes quod vestra liberalitas amicis optat liberaliter subvenire, ex quo libere postulat suffragium amicorum."* Vel ita: *"Videntes quod nostram cupitis amicitiam retinere super hiis, que a nobis consilium et suffragium postulastis, libenti animo efficaciter operam exhibemus. Vestre igitur consulimus dignationi, ut presbyterum Mar. in capellanum recipere non tardetis, quia litterature decore quam morum honestate refulget. Iura siquidem canonica novit et dictare in curiis consuevit. Ad hoc vobis unam planetam de purpura preelecta et dalmatica de serrino exquisito per latorem presentium destinamus, rogantes attentius ut in quibuscumque placet, nobis precipere non tardetis."*

#### 5.7.3 Epistola generalis pro illis, qui suffragia expetunt aliquorum cum variatione regulari.

[1] *"Quotiens necessitudinibus vel incommodis aliquibus pergravamur, ad vos tamquam ad illos, quos inter varios rerum eventus amicos invenimus speciales, recurrere minime dubitamus, pro certo sperantes quod nostras preces efficaciter admittetis. De sinceritatis igitur vestre liberalitate plurimum confidentes, vestram*

*amicitiam exoramus, ut nobis viginti uncias auri mutuare velitis.*" Vel ita post 'admittetis': "*De amicitie igitur vestre sinceritate confisi, vestram confidentius amicitiam/ deposcamur, quatinus <etc.> ...*"

amicitiam | [\[43<sup>vb</sup>\]](#) P

#### **5.7.4 Responsiva generalis cum variatione regulari.**

[1] "*Magnum donum et gratiam ...facilime invenire*"

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999



## Boncompagnus 5.8

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 5.8 DE ORDINATIONIBUS

#### 5.8.1 De episcopo, qui negotiorum honore pergravatus, unde rogat alium episcopum, quod suos debeat clericos ordinare.

[1] "*Negotiorum multitudine pergravati nostra cupimus honora fraternitatis vestre suffragio supportari, benignitatem vestram attentius deprecantes, quatinus illos, quos venerabilis frater noster archidiaconus vobis presentabit proxima die Sabati ordinandos, sicut vobis dixerit, ordinetis.*"

| [\[43vb\]](#) P | [\[44ra\]](#) P

#### 5.8.2 De episcopo, qui est infirmus, unde rogat alium episcopum, quod suos debeat clericos ordinare.

[1] "*De fraternitatis vestre benivolentia confidentes, harum latores in hoc quatuor temporum ieiunio dirigimus ordinandos, procul dubio scientes quod valida corporis egritudine laboramus.*"

#### 5.8.3 De episcopo, qui propter senectutem divina celebrare non potest, unde rogat alium episcopum, ut in ordinatione suppleat ipsius defectum.

[1] "*Senectute et senio iam consumpti, divina non possumus officia celebrare, quare vestrum duximus auxilium implorandum, ut nostra onera fraternitaliter supportantes illos, qui vobis ex nostra parte fuerint presentati, ad ecclesiasticos dignemini ordines promovere.*"

#### 5.8.4 De episcopo, qui mittitur in legationem, unde rogat alium episcopum, quod in ordinatione suppleat vicem ipsius.

[1] "*Summus pontifex nobis nuper iniunxit, quod pro ecclesie Romane obsequiis in Alamanniam properemus. Quare fraternitatem| duximus attentius rogitandam, ut in ordinando illos, qui vobis a decano ecclesie nostre fuerunt presentati, vices nostras fraternitaliter supportetis.*"

fraternita|tem [\[44rb\]](#) P

#### 5.8.5 De episcopo, qui vocatur ab imperatore, unde rogat alium episcopum, ut tam in ordinatione quam in conficiendo crismate suppleat vicem ipsius.

[1] *"Romanorum imperator nos ad curiam in proximo Pascha vocavit, unde fraternitatem vestram duximus attentius deprecandam, ut tam in ordinatione quam in crismate consecrando, vices nostras dignemini fraternitaliter supportare."*

#### **5.8.6 De episcopo, qui rogat alium, ut neminem de suo episcopatu absque suis litteris debeat ordinare.**

[1] *"Fraternitatem vestram litteris presentibus rogimus, ut neminem de nostro episcopatu absque nostris litteris ordinetis."*

#### **5.8.7 De metropolitano, qui suffraganeo suo precipit, ut .Io. diaconum debeat ad sacerdotum promovere.**

[1] *"Iohannes diaconus a tua fraternitate sepius postulavit, ut ipsum ad sacerdotii gradum promovere deberes. Et nos tibi propter hoc rogamina porreximus duplicata, sed tu id efficere penitus contempsisti. Eapropter fraternitati tue per presentia scripta mandamus, precipiendo districte quatinus illum ad sacerdotalem non differas ordinem promovere."*

#### **5.8.8 De monachis, canonicis regularibus, Hospitalariis et Templariis, qui per speciale privilegium sunt exempti. Unde rogant aliquem episcopum, ut illos, qui sibi ex eorum parte fuerint presentati, ordineat.**

[1] *"Vestra, prout credimus, paternitas non ignoscat, qualiter per specialia privilegia sit nobis ab apostolica sede indultum, ut nostri conventus fratres faciamus, a quibuscumque placet, episcopis ordinari. Quocirca benignitatem vestram supplici prece rogamus, ut illos, qui vobis ex parte nostra fuerint presentati, ad sacros dignemini ordines promovere."*

#### **5.8.9 De archidiacono et canonicis alicuis matricis ecclesie, qui rogant aliquem episcopum, quod sui episcopatus clericos ordinare velit, ex eo quod sedes episcopalis vacat.**

[1] *"Post decessum felicis memorie .A. episcopi nostri non potuimus esse in electione concordēs. Unde sedes episcopalis vacat et ordinationes clericorum nimium prolongantur. Quocirca paternitatem vestram humiliter exoramus, quatinus illos, quos venerabilis prepositus noster in proximis ieiuniis presentabit, ad ecclesiasticos velit ordines promovere."*

#### **5.8.10 De electo, qui rogat aliquem episcopum, ut duos subdiaconos ad diaconatum et tres diaconos ad sacerdotum promoveat.**

[1] *"Vocati nuper ad officium presulatus, in hiis .IIII. temperum ieiuniis propter incumbentia negotia ordinationem celebrare nequimus, verum quia dampnosum esset quibusdam nostri episcopatus clericis suas ordinationes deferre, paternitatem vestram in Domino deprecamur, quatinus duos subdiaconos ad diaconatum et tres diaconos ad*

*ordinem sacerdotii promovere velitis."*

### **5.8.11 De aliquo magno prelato vel principe, qui rogat episcopum, quod quendam suum consanguineum promoveat ad ordinem clericalem.**

[1] *"Pro dilecto et amabili consanguineo nostro .G. copiosas vobis effundimus preces, benignitatem vestram attentius exorantes, ut ipsum nostre devotionis intuitu ad clericalem dignemini ordinem promovere, scientes quod vestra plantula esse peroptat et in episcopatu vestro habet ulterius propositum commorari."*

### **5.8.12 De episcopo, qui rogat alium episcopum, ne .B. virum malitiosum et falsarium debeat ordinare.**

[1] *"Bernardus Nasicurvus| malitiose nititur ad ecclesiasticos ordines promoveri. Unde, ne litteras falsas componat plurimum pertinemus, quia sculperere novit sigilla nec dubitat aliquod facinus perpetrare. Ipse quidem aliquantulum est gibbus, strumam habet in gula et labia tortuosa, quibus es causis ipsum nolimus ad aliquos ordines promovere, scientes quod sacri canones expresse iubant, ne huiusmodi monstruosi debeant promoveri."*

Nasicurvus | [\[44<sup>va</sup>\]](#) P

### **5.8.13 De episcopo, qui rogat alium episcopum, ne .P. diaconum debeat ad sacerdotum promovere, quia latro est et homicida.**

[1] *"Ecclesie nostre decanus mollitur, ut .P. diaconus ad sacerdotium debeat promoveri, qui sepe fuit in latrocinio deprehensus et esse dicitur homicida. Cuius rei causa fraternitatem vestram attentius deprecamur, quatinus eum non velitis ad sacerdotii gradum aliquorum persuasionibus promovere."*

De episcopo...homicida *rubr.*] Notula de illo qui vult promovendos impedire. *rubr.* P

### **5.8.14 Notula, in qua dicitur, quare in hoc titulo non sint necessarie remissive.**

[1] Non sunt hic necessarie duabus de causis. Prima est quia omnis, qui rogatur, si non vult vel non potest adimplere petita, facile valet excusationes plurimas invenire. Secunda satis est evidens, quoniam istiusmodi littere frequentius ea die, que fit ordinatio, presentantur, et ordinati vel non ordinati sine dilatione recedunt, unde ipsamet referunt, que fuerunt.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Screineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.9

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 5.9 DE ORDINANDIS

#### 5.9.1 Littere, quibus iubetur subditis, quod ordines recipiant, prout eis fuerit a suis prelati inunctum.

[1] "*Celestis Ierosolitanum, que pacis visio nuncupatur, vivis debet lapidibus exhornari, qui tamdiu debent malleari atque polliri, donec in domo Domini per manum artificis collocentur, et sic in edificio collocati sanctuarii lapides nominantur. Vos ergo, qui in ecclesia Dei, que celestis Ierosolitanum per misterium figuratur, sortem recipitis in ordine clericali, per manum pontificum poliri et quadrari debetis et ad sacros ordines promoveri, ut in structura ecclesie, prout expedit, ordinari, domum Domini exhornetis. Eapropter ordinandis in virtute Spiritus Sancti et obedientie precipiendo mandamus, ut secundum quod unicuique fuerit a suo prelo inunctum, ordines recipere non postponat.*"

| [\[44va\]](#) P collocari] collocari *codd.* misterium] ministerium MP manus] manus *codd.*

#### 5.9.2 Littere contra archidiaconum, qui non vult ad diaconatus ordinem promoveri.

[1] "*Archidiacone archidiacone dolere deberes et non sine causa turbari, quia contra decorem ordinis et salutem anime tue cadit significatio tui nominis ab effectu. Ecce archidiaconus iam vocaris, idest princeps] diaconorum, non tuis meritis sed officii dignitate et adhuc es in minoribus ordinibus constitutus. Unde merito deberes amittere principatum, quoniam permissa tibi abutetis potestate, dum permixte infra et supra moraris, et teipso maior et minor esse moliris. Ergo qui secum dissidet, non conveniet ulli nec poterit per iure meritum principari. Ortamur te igitur in Domino et monemur atque sub interminatione divine ultionis tibi precipiendo mandamus, ut reduceris ad memoriam significationem vocabuli dignitatis, diaconatus ordinem recipere non postponas. Et si te Deus aliquibus perfecit et principem ordinavit, studeas ita facere per virtutem, quod sis in eis tamquam unus ex illis.*"

prin]ceps [\[44vb\]](#) P dissidet] dessidet P dissidet M

#### 5.9.3 Notula doctrinalis de variatione officialium nominum.

[1] Et nota, quod contra archipresbyterum leviter poterit hoc narratio variari. Contra prepositum sic mittatis per totum hiis que mutari debent: "*Ecce prepositus iam vocaris. Unde preesse debes pariter et prodesse, sed maiori te preesse non potes, ergo non es prepositus sed suppositus et maxime illis, qui funguntur sacerdotii dignitate.*"

[2] Item contra priorem taliter varietur: "Ecce prior ex officio iam vocaris, idest primus et preambulus et vocabulo veritas contradicit, quia non es prior, sed postremus et ultimus in ordine ac doctrina. Ortamur te igitur etc."

[3] Item contra plebanum sic: "Ecce plebanus iam vocaris et plebem tibi commissam ex officio iniuncto gubernare teneris, sed qua fronte castigare audes presbyteros et levitas, qui nondum ad subdiaconatus ordinem pervenisti. Sic ergo ponitur iugum in cauda et posteriora dorsi reflexibiliter permittuntur. Hortamur te igitur etc."

#### 5.9.4 De reprehensione senis, qui non vult recipere ordinem sacerdotalem.

[1] "Vagatus es in prima vigilia et in secunda per varia diverticula vitiorum et sicut equus indomitus et effrenis transcurrens in minoribus ordinibus deliquisti, prebendo pluribus materiam delinquendi. Ex quo igitur in matutino transitoriam letitiam percepisti, saltem ad vesperam succedat fletus et scias, quod in tertia vigilia constitutus mori citius compelleris, quia omne, quod antiquatur et senescit, esse prope interitum comprobatur. Igitur Deo studeas immolare tue sacrificium senectutis et noli esse ulterius otiosus, sed ingredere vineam dominicam, et recepto sacerdotii ordine, placa Dominum thure et super sacrosanctum et venerandum altare."

#### 5.9.5 De reprehensione viri litterati, qui sacros ordines recipere dedignatur.

[1] "Plus sapere quam oporteat, Apostolos detestatur,<sup>1</sup> et maxime cum idem asserat sive lingue cessabunt sive scientia destruetur.<sup>2</sup> De re igitur si miramur, non est mirum,<sup>3</sup> quod occasione scientie litteralis, qua diceris prepolere, sacros ordines recipere dedignatis. Vere nunc videmus, quoniam sapientes sunt, qui faciunt mala, bene autem nesciunt operari, quia sapientiam, que inflat, et non karitatem, que edificat, imitantur. Sed numquid non legisti, quod servus sciens voluntatem domini sui et non faciens, plagis plurimis vapulabit,<sup>4</sup> quia cui plus exhibetur, ab eo plus exigi minimie dubitatur. De tua igitur scientia studeas Altissimo complacere atque sacras ordines recipere iam non tardes, ut sis lucerna in domo Domini super candelabrum,<sup>5</sup> cuius radiis minus| intelligentes<sup>6</sup> exemplum commendabilibus et honestis operibus illustrentur."

minus | [\[45<sup>ra</sup>\]](#) P

<sup>1</sup> Rom. 12.3.

<sup>2</sup> I Cor. 13.8.

<sup>3</sup> Boncompagnus

<sup>4</sup> Luc. 12.47.

<sup>5</sup> XXXX

<sup>6</sup>

Boncompagnus

#### 5.9.6 De reprehensione nobilis, qui sacros ordines recipere dedignatur.

[1] "Nobilitas est quedam laus ex altitudine parentum precedens,<sup>1</sup> qua timefactus sacros ordines recipere dedignaris, non considerans quod licet sis nobilis, tamen es

*homo et ab humo sine dubio derivaris.<sup>2</sup> Sic ergo cinis es et in cinerem aliquando reverteris,<sup>3</sup> deposito itaque transitorie nobilitatis fastu, sacros ordines recipere non postonas, quia ille in mortali nobilitate nobilitatur,<sup>4</sup> qui Deo servire laborat, et maxime cum servire Deo sit regnare."<sup>5</sup>*

<sup>1</sup> XXXXX      <sup>2</sup> XXXXX      <sup>3</sup> XXXXXX      <sup>4</sup> XXXXX      <sup>5</sup> XXXXX

### **5.9.7 De reprehensione divitis, qui sacros ordines recipere dedignatur.**

[1] *"Amicos de Mamona iniquitatis numquam tibi facere voluisti, sed in tua opinione confidens, accumulans pecuniam et nescis cui congreges, immo--quod deterius est--in multitudine divitiarum confidens, recipere condempnis ordines clericales. Hortamur te igitur in Domino et monemur, ut peccunie ambitione remota clericali de ordini et pauperibus spiritu studeas agregare."*

### **5.9.8 Notula, qua ratio datur, quare huiusmodi littere non indignant responsivis.**

[1] Et nota, quod hic titulus non indiget responsivis, quia huiusmodi epistole sunt quasi predicationes et predicatoribus vix aut numquam aliquis respondere consuevit. Sed si necessaria fuerit, excusatio facile poterit inveniri.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999



# Boncompagnus 5.10

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 5.10 DE ELYMOSINIS CONFERENDIS

### | 5.10.1 De litteris pro elymosinis conferendis.

[1] "*Postquam humana conditio ex primi parentis lapsu cecidit in tenebras vitiorum quisque mortalium assidue <....> Hospitalariis tamen Ierosolimitanis <....> beatorum apostolorum Petri et Pauli meritis confidentis cunctisque manum illis porrigent karitatis, unum annum de criminalibus et quartam partem venialium relaxamus.*"

| [\[45<sup>ra</sup>\]](#) P      | [\[45<sup>rb</sup>\]](#) P

### 5.10.2 Notula pro documento variandi.

[1] Et nota, quod littere iste possunt pro Templariis hoc ordine variari. Nam ubi dicitur Ierosolimitanis, Hospitalariis militibus tamen Templi tanto debet affectuosius exhiberi, quanto frequentius pro <??> Terre Sancte se diversis periculis et morti exponere non pavescent. Eapropter etc. Et sic posset pro singulis variari per artificium providi oratoris.

### 5.10.3 De aliis litteris pro elymosinis conferendis.

[1] "*Inter cuncta opera <....Ut ergo ad patriam| reverti karitativis passibus mereamur... > ad Ierosolimitanos Hospitalarios <....> miseracordia Dei et beati Ambroxii meritis confidentes ...*"

patriam | [\[45<sup>va</sup>\]](#) P

### 5.10.4 Notula pro documento variandi.

[1] Iste siquidem littere possunt pro cunctis elimosinam petentibus regulariter variari, verbi gratia: "*Specialius ad milites Templi respectum habentes, qui pro Ihesu Christi amore secularem militiam relinquerunt et crucem Domini baiulantes, inter barbaras nationes propria corpora diris preliis et morti exponere non pavescent.*" Vel: "*Specialius ad Hospitalarios de Alto Pascio, universis transeuntibus habundantius exhibent oportuna, quam hospitalarii de Runcevallis et illi de Runcevallis accuratius perfectius et sollicitius curant providere infirmis ...*"

### 5.10.5 Notula de positione nominum sanctorum, cum certa remissio ponitur in litteris.

[1] Nota, quod patriarche et archiepiscopi et episcopi ponunt vel ponere debent remissionibus, quas faciunt, illorum sanctorum nomina, que in sua ecclesia matrice solemnius venerantur. Verbi gratia: Aquilegensis patriarcha ponit beatum Hermacoram, archiepiscopus Iacobitanus Iacobum apostolum, Mediolanensis Ambroxium, Ravennas Apolenarem et Vitalem. Isti siquidem et omnes presules locum trahunt a maiori, videlicet a papa, qui ponit Petrum et Paulum.

### **5.10.6 Exordium generale pro elymosinis conferendis.**

[1] "*Labes originalis peccati ad posteros ...etc.*" |

etc. | [\[45vb\]](#) P

### **5.10.7 Aliud exordium generale pro elymosinis conferendis cum variatione.**

[1] "*Cum ex prime contagionis vitio ...*"

### **5.10.8 Narratio specialis pro fratribus Hospitalariis.**

[1] "*Fratres hospitalis Christum titulum passibus imitantes, se pauperum ...*"

### **5.10.9 Narratio specialis pro Templariis.**

[1] "*Fratres Templi pompam secularis militie relinquentes, ...*"

### **5.10.10 De litteris, que fiunt pro heremitis, ut eis elymosine conferantur vel dirigantur.**

[1] "*Rales heremite, qui relicto seculo ...*"

### **5.10.11 De litteris, que fiunt pro ecclesiis dirutis aut vetustate consumptis.**

[1] "*Quia humana fragilitas ex prime contagionis ...*"

### **5.10.12 De litteris, que fiunt pro ecclesiis combustis.**

[1] "*Qualiter ecclesiam Camaldulensem eiusque sacras vestes, libros et officinas omnis, frumentum, annonam et cuncta genera leguminum, vasa quelibet ac omnia utensilia ignis consumpsit, repentius per diversas partes Ytalie credimus fieri manifestum. Quia igitur opus pietatis et eiuisdem ecclesie fratres indigentibus consueverant liberaliter providere, ideo karitatem vestram in Domino exortamur, quatinus illis nuntiis, qui pro ecclesie reparatione atque sustentatione fratrum ad vos accedunt, beneficia pet<??> etc.*" |

etc. | [\[46<sup>ra</sup>\]](#) P

### **5.10.13 Littere, quas mandant illi, qui sunt de ecclesiis combustis in fine regulariter variate.**

[1] "*Volens nos ...*"

### **5.10.14 De litteris, que fiunt pro ecclesiis, qui vergunt ad inopiam propter guerram.<sup>1</sup>**

<sup>1</sup> Date 1211 (WINCKELMANN p. 520).

[1] "*Non sine dolore vobis cogimur intimare, quod monasterium Sancte Marie propter guerram, que vertitur inter imperatorem Ottonem et .F. regem Sicilie, quasi nichilum iam devenit. Nunc autem, quia illius ecclesie fratres ad eiusdem monasterii reparationem laborant, idcirco eorum nuntios universitati vestre duximus attentius commendandos, monentes in Domino et orantes etc.*"

### **5.10.15 De litteris, que fiunt pro illis Hospitalariis, qui morantur in alpibus vel circa mare.**

[1] "*Hospitalarii de tali loco pro Christi amore in orridis et gelidis alpibus commorantur,*" vel "*in littore maris*" aut "*infra mare,*" vel "*in solitudinibus commorantur, ut die noctuque universis transeuntibus cunctis necessitatibus patientibus exhibeant subsidia karitatis. Infiniti quidem nisi esset illorum subventio deperirent, unde accuratius est eis in elymosinis providendum. Eapropter etc.*"

### **5.10.16 De litteris, que fiunt pro illo, qui dimisit seculum et hedificat pontem.**

[1] "*Quia humana fragilitas assidue labitur per diverticula vitiorum, idcirco proposita sunt nobis ad salutis remedium opera pietatis, qui proximorum onera supportemus et regredi a patriam valeamus. Cum itaque nobilis vir H. seculum dimiserit et delicias temporales, ut pro utilitate transeuntium pontem hedificet super Sarvum??, in loco qui dicitur Laterimum?? et pro sustentationem pauperum ac subventionem divitum domum ibidem faciat hospitalem, ipsum universitati vestre duximus propensius commendandum, rogantes in Domino et orantes etc.*" |

etc. | [\[46<sup>rb</sup>\]](#) P

### **5.10.17 De litteris, que fiunt pro illo, qui edificat pontem ecclesiam et hospitale..**

[1] "*Nobilis vir .H. de Marmoreto iuxta preceptum evangelium ...*"

### **5.10.18 De litteris, que fiunt pro operario alicuius ecclesie pontis vel strate.**

[1] "*Latorem presentium .P. operarium talis ecclesie ...*"

### **5.10.19 De litteris, que fiunt propter paupere scolari, qui vult addiscere.**

[1] "*Cum ad decorem domus Domini spectat scientia litteralis ...*"

### **5.10.20 De litteris, que fiunt pro illo, qui fuit a Sarracenis incaptivi detentus.**

[1] "*Latorem presentium .B., natione Francigena per ...*"

### **5.10.21 Littere pro servo, qui fuit manumissus vel pro ancillo.**

[1] "*Latorem presentium .G. quedam suus dominus manumissit ...*"

### **5.10.22 De litteris, que fiunt pro illo, qui vergit ad inopiam propter guerram.**

[1] "*Propter guerras et onera debitorum lator presentium ...*"

### **5.10.23 De litteris, que fiunt pro illo, qui vergit ad inopiam propter infirmitatem.**

[1] "*Calamitosa conditio et status miserabilis ...et ad tantam| miseriam iam...*"

tantam| [\[46<sup>va</sup>\]](#) P

### **5.10.24 De litteris, que fiunt specialiter pro infectis.**

[1] "*Quam sit abhominabilis et horrendua conditio ...*"

### **5.10.25 De litteris, que fiunt pro illo, qui fuit a piratis latronibus spoliatus.**

[1] "*Pirate sive latrones .H. latorem presentium ut ...*"

### **5.10.26 De litteris, que fiunt pro illo, qui fuit Sarracenus vel Iudeus et est ad fidem conversus.**

[1] "*Deus Abraham et ductor patrum nostrorum .H. latori presentium inspiravit, quod <??> presidia de elicta vel deposito gentilitatis errore et sprete circumcissione carnali*

*Christum venisse in virginem confitetur et sacri baptismatis, unde renatus fidem predicat Christianem. Ideoque etc."*

### 5.10.27 De litteris, que fiunt pro meritrice, que ad penitentiam est conversa et maritum recepit.

[1] "*Latrix presentium .B. in foco libinis diu exarsit et ...*"

### 5.10.28 Opinio Boncompagni de restrictione<sup>1</sup> unius exordii in Lateranensi concilio celebrata.<sup>2</sup>

[1] Si auderem ponere hos in celum,<sup>3</sup> dicerem quomodo in Lateranensi concilio fuit trita semita falsariis<sup>4</sup> in restrictione unius exordii demonstrata,<sup>5</sup> quia postquam in aliquibus litteris invenitur: "*Quoniam ut ait Apostolus:*<sup>6</sup> '*Omnes stabimus ante tribunal Christi*'",<sup>7</sup> quilibet dicit: "*Hec est forma communis*".

celebrata om. A

<sup>1</sup> Cf. **Oliva** 17.13 on restriction. **Boncompagnus** 5.10 treats letters and preaching which solicit alms. See especially **Boncompagnus** 5.10.29 for a number of formulas used in letters of alms and indulgence.

<sup>2</sup> **Rhetorica novissima** 9.2.7 relates this anecdote from IV Lateran: *In eodem genere fit transumptio, cum propter aliquem evidentem effectum alterius nomine appellatur... Idem papa Aquileiensem patriarcham, qui super continentia clericorum in concilio sibi contradicere attentebat, Panuntium appellavit.* The epithet Panuntium mixes derision (*pannucius* = ragged, tattered) with an historically apt comparison: bishop Paphnutius of Thebais (+ 356) defended the more lax oriental practices with regard to clerical celibacy against the more strict western practices at the council of Nicaea. See DÜMMLER **SB Berlin** 1902, p. 425 note 2. For another story about IV Lateran, **Rhetorica novissima** 8.1.18. In general, Boncompagno devotes a great deal of attention to public speaking at political meetings, such as council and *contio*.

<sup>3</sup> Psal. 72.9. **Iuxta LXX:** *posuerunt in celum os suum et lingua eorum transivit in terra; Iuxta Hebr.:* *posuerunt in celo os suum et lingua eorum deambulavit in terra.* Cf. Alexander Neckam **In Ecclesiasten** 1.6 (Cambridge, Trinity College R.16.4, fol. 127<sup>rb</sup>): *Per flumina [Eccl. 1.7] enim habundantia divitiarum transitoriarum, per mare fiscus regius seu thesauri regii figurantur. Curiam enim Romanam non tango, ne in celum os ponere videar.*

<sup>4</sup> On forgery, see **Notule auree** 4, 11, **Oliva** 9.16, 26 and **Boncompagnus** 3.13.17, 3.14.2, 4.6.13, 5.8.12, 5.12.7, (and all other letters which talk about Diktat, seals **Boncompagnus** 1.9.1, 1.23.13, 3.1.1, 5.1.2 5.22.3, 6.6.11, 6.14.2-3, or parchment 1.7.5, 1.8.2, 1.18.9). For papal decretals on forgery, see the **Liber X** 5.20 and 1.3, 2.22, 5.33, also **Die Register Innocenz III** 1.83, edd. OTHMAR HAGENEDER and ANTON HAIDACHER (Graz-Cologne 1964) 121 = Po. 72 = **Prima collectio Innocentii tertii** 15.1 (PL 216.1221).

<sup>5</sup> **IV. Lat** c. 62.

<sup>6</sup> Vatican City, Biblioteca Apostolica Vaticana, Archivio di S. Pietro H13, folios 111<sup>va</sup>-112<sup>rb</sup>, bottom, gives an entire mandate with this incipit. See the first 25 letters indexed under this incipit in POTTHAST **Regesta Pontificum Romanorum (1198-1304)** (Berlin 1874) and a papal bull dated 1 May 1185 in **Epistolae Pontificum Romanorum ineditae** ed. S. LOWENFELD (Leipzig 1885) 226-227 no. 374, .

<sup>7</sup> Rom. 14.10: *omnes enim stabimus ante tribunal Dei* (Karlsruhe Landesbibliothek Aug. 185, Clementine ed.: Christi).

[2] Private siquidem littere a privatis personis melius cognoscuntur et falsarii errare valerent in bivio, sed non in via;<sup>1</sup> maxime cum rerum varietas tot dubitationes inducit, quot species in se noscitur continere.

inducat AMB<sup>2</sup>: indicit B inducati P quot A: quod

<sup>1</sup> Psal. 106.40 *et errare fecit eos in invio et non in via*. The occasion for the following philological digression may be that the **Psalmi iuxta Hebraeos** lacks this wordplay. As always Boncompagno uses the **Psalmi iuxta LXX**.

[3] Laudabile siquidem fuisset atque commendatione dignum, si triplex psalterii<sup>1</sup> varietas in unam esset formam redacta.<sup>2</sup>

siquidem *om.* A esset *tr.* AB<sup>2</sup>R *ante* varietas redacta A: reducta *codd.* MBB<sup>2</sup>P

<sup>1</sup> Boncompagno asks that the diversity of the Psalter in its three versions (Roman, Gallican, and iuxta Hebraeos) be transcended by the reception of a unitary redaction. The redaction of unified Psalter had been thoroughly researched by Nicolas Maniacoria a half century earlier, at Rome. See BERYL SMALLEY **The study of the Bible in the Middle Ages** (London 1952) 79-80.

<sup>2</sup> Cf. ELIZABETH REVELL **The Later Letters of Peter of Blois** (Oxford 1993) nos. 1-2, pp. 3-18, for requests made to pope Innocent III by Peter of Blois to reform the text of the Mass. --- Boncompagno always cites the **Psalterium iuxta LXX**.

### 5.10.29 Notula generalis de modo remissionum, que a pontificibus in huiusmodo epistolis ponuntur et domibus religiosorum, qui pro se dirigunt litteras.

[1] Patriarche, archiepiscopi et episcopi in faciendo super huiusmodi remissionem papam imitantur, quia vix aut numquam transcendit aliquis unum annum de criminalibus et quartam partem venialium. Et istud raro fit nisi ex magnitudine domorum, ut Hospitalariis et Templariis aut ex amore vel gratia seu munere manuali vel rogatu amicorum. Centum autem dies, Nonaginta, Octuaginta, Septuaginta, Sexaginta, Quinquaginta, Quadraginta, .XXX., .XX., .XV., .XII., .X., .VIII., .VIII., .VII., .VI., .V. ponuntur, a quinque autem inferius non vidi fieri descensum. Ceterum ad reverentiam dico, quod aliqui| aliquando pro talium dierum augmento lucrantur. Nam et quidem sagaces pontifices minorant quantitatem dierum, ne huiusmodi remissiones vilescant. Item quartam partem venialium fere quilibet ponunt, summum pontificem imitantes, qui sic mensurare consuevit. Quando vero certa non ponitur indulgentia, dicitur 'in remissionem iniungitur peccatorum'. Sed ecclesie conventuales faciunt omnes illos, qui sibi elemosinam exhibent, 'participes de omnibus beneficiis, missis et orationibus,' vel 'specialiter de centum missis et centum psalteriis.' Item consueverunt elemosinarii quandam clausulam impetrare, qua dicitur 'Vobis autem ecclesiarum prelati et subditis precipiendo mandamus, ut eos benigne in vestris domibus recipiatis et honeste tractetis, populum vobis commissum ad benefaciendum eis attentius commponentes <....>' Ista siquidem clausula fieri consuevit de gratia vel pro lucro.

aliqui| [\[46<sup>vb</sup>\]](#) P



\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 5.11

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## **| 5.11 DE ILLIS, QUI MITTUNTUR IN PEREGRINATIONEM PROPTER ABORRENDAM CRIMINA**

### **5.11.1 De litteris, qui dantur hiis, qui fratres carnales occiderunt.**

[1] "*Vetus Adam acquiescens mulieri ab antiquo serpente ...quantumcumque| ...*"

| [\[46vb\]](#) P                      quantumcumque| [\[47ra\]](#) P

### **5.11.2 De litteris, qui dantur illis, qui compatres aut soceros aut consanguineos occiderunt.**

[1] "*Primus humani generis parens pomum felleum degustavit, quo toxicati moreremur in tenebris vitiorum, nisi prius renasceremur ex aqua et Spiritu Sancto et postea per diuturna commissa, in mortem et dampnationem perpetuam laberemus, nisi ad secundum baptisma idest penitentiam per contritionem cordis confessione horis et satisfactionem operis festinaremus reverti. Ad hanc siquidem lator presentium .H., postquam suum compatrem" vel "socerum" aut "consanguineum interfecit, regrediens eam lacrimabiliter postulavit, cuius petitioni, prout ordo canonum exigit, annuentes, imposuimus ei etc."*

### **5.11.3 De litteris, qui dantur hiis, qui genitores occiderunt.**

[1] "*Humani generis munitus, qui felicitatem humane ...*"

### **5.11.4 De litteris, qui dantur pro patribus, qui filios causa correctionis vel alio casu occiderunt.**

[1] "*Ab interiectione dolentis incipimus exordiri de ...de medio alteram partem| corporis...*"

partem| [\[47rb\]](#) P

### **5.11.5 De litteris, qui dantur illis, qui multa crimina commiserant.**

[1] "*Carmen liberandorum vere generaliter in hac pagina ...*"

### **5.11.6 De litteris, que fiunt pro illis, qui pro suis abolendis criminibus volunt apostolorum limina visitare.**

[1] "*Lator presentium .H. pro abolendis criminibus ...*"

### **5.11.7 De litteris, que fiunt pro illis, qui votum emittunt in egritudine.**

[1] "*Harum portitor .I., dum valida egritudine laboraret ...*"

### **5.11.8 De litteris, que fiunt pro meretricibus, que accepta penitentia volunt peregre proficisci.**

[1] "*Filia Babilonis misera vobis carmen sui doloris ...Sathane| ...*"

Sathane| [\[47<sup>va</sup>\]](#) P

### **5.11.9 Notula doctrinalis.**

[1] Et nota, quod huiusmodi litteras aliquando pontifices exhibeant aliquando penitentiarum eorum. Unde insistat variationi orator et confident, quod in omnibus ...

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.12

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### 5.12 DE SACERDOTIBUS CLERICIS ET MONACHIS, QUI LICENCIANTUR AB EPISCOPIIS VEL MAGNIS PRELATIS CUM LITTERIS TESTIMONIALIBUS

#### 5.12.1 De litteris, que conferuntur sacerdotibus, qui propter guerras provinciarum exulare coguntur, in fine variatio.

[1] "*Post illustrissimi regis .W. decessum, gentes et populi ...quod viri sacerdotii| officio non fungantur...*"

sacerdotii | [\[47<sup>vb</sup>\]](#) P

#### 5.12.2 De litteris, que conferuntur sacerdotibus vel clericis, qui locum sponte mutare peroptant, in fine variatio.

[1] "*Quia viri litterati sunt in domo Domini velud ...*"

#### 5.12.3 De litteris, que conferuntur sacerdotibus vel illis, qui sunt in sacris ordinibus constituti et esse volunt in scolis.

[1] "*Fragilitas humane conditionis mortales fecit secundum ...*"

#### 5.12.4 Ut possit aliquis sacerdos vel clericus de licentia et cum testimonio sui episcopi celebrare divina.

[1] "*Ob amorem scientie litteralis .I. presbyter vel diaconus ...*"

#### 5.12.5 De litteris, que dantur sacerdotibus vel clericis, qui hodium propter infamiam adulterii seu fornicationis incurrunt, in fine variatio.

[1] "*Quidam parrochianus presbiteri, .R. latoris presentium ...*"

#### 5.12.6 De litteris, que dantur monachis, qui numquam possunt in suis claustris pacifice commorari.

[1] "*Quamquam harum portitor apud nos habitum receperit ...cum quibus tam diu vadat|...*"

vadat| [\[48<sup>ra</sup>\]](#) P

## 5.12.7 Notula doctrinalis.

[1] Quod autem dictum est in [superiori notula](#) de scribendis propriis nominibus et falsariis, hic etiam accuratius est providendum, quia iam sunt multi reperti, qui se sacerdotes esse fingebant et fungebantur sacerdotio sub velamine talium litterarum. Unde olim, cum huiusmodi littere concedebantur, fiebant in eis littere Grece et Latine varia signa et subscriptiones ad cautelam, sed qua malitia falsariorum omnia facere sategebant, cessavit talis ordo scribendi et sic de aliis.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.13

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### 5.13 DE ILLIS, QUI NOLUNT IRE PEREGRE

#### 5.13.1 De illo, qui emisit votum in egritudine, quod limina beati Iacobi visitaret, unde petit licentiam a maiori.

[1] "*Cum egritudine valida laborarem et corpus iam ...*"

#### 5.13.2 De illo, qui vovit in periculo maris et licentiam eundi petit.

[1] "*Cum a civitate Siracusana usque Messanum cepissemus ...*"

#### 5.13.3 De illo, qui visionem accepit, quod apostolorum debeat limina visitare vel transfretare, unde petit licentiam.

[1] "*In media nocte cum soporum sum deditus et quiete ... Verum quia| sine vestra licentia...*"

quia| [\[48<sup>rb</sup>\]](#) P

#### 5.13.4 Responsio, qua sub conditione licentia datur prelato.

[1] "*Scriptura conditione licentia Sacra expresse ...*"

#### 5.13.5 De licentia generali.

[1] "*Ad salutem anime tue noscimus absque dubio pertinere ...*"

#### 5.13.6 Littere, quibus aliquis prelatus alicui domino vel amico suam commendat ecclesiam usque ad suum regressum, cum variatione.

[1] "*In procinctu itineris iam existens, pauca referre valeo ...*"

#### 5.13.7 Notula, qua doctrina datur, a quibus possit eundi licentia exhiberi.

[1] Et nota, quod predictis modis possunt omnes metropolitani ...

---

\*\*\*



© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.14

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 5.14 DE IUSSIONIBUS PONTIFICUM AD INFERIORES PRO CONSORTIIS MULIERUM

#### 5.14.1 Littere generales, quibus iubetur sacerdotibus et clericis, quod mulieres aliquas secrete retinere non presumant.

[1] "*Occidentalis ecclesia votum emisit, quod nullus in ...*"

| [\[48va\]](#) P

#### 5.14.2 Littere, quibus iubetur sacerdotibus et clericis, ne secrete retinere mulieres presumant, quibus fecisse iuramenta dicuntur, in fine regulariter variate.

[1] "*Nobis est plurimorum insinuatione relatum, quod ...*"

#### 5.14.3 Excusatio illorum, qui dicunt illas mulieres sibi esse consanguinitatis gradu adiunctas.

[1] "*Eligeremus potius, quod vos terra vinos continuo ab ...*"

#### 5.14.4 Invectiva contra illos, qui consanguinitatis retinere mulieres presumant.

[1] "*Generatio prava atque perversa, quis vos docuit ...*"

#### 5.14.5 Littere, quibus iubetur alicui sacerdoti vel clerico, quod illam conversam a suo consortio reiciat, de qua infamatur.

[1] "*Cum sit igniculo consortium feminarum, tibi duximus ...*"

#### 5.14.6 Littere, quibus interdicto subicitur, ex eo quod illam non dimisit.

[1] "*A memoria nostra non est lapsum, quod diligenter ...propter quam non| modicum...*"

non| [\[48vb\]](#) P

#### 5.14.7 Responsiva cum excusatione atque transmissione munerum.

[1] "*Defecit in mandato vestro anima mea et in ipso precepto extra me sum raptus, quoniam inimicorum meorum persuasionibus fidem, ut placuit, adhibentes, illam iubetis a consortio mea separari, sine qua esse non possum. Nam ipsa est totius domus regimen et cautela, quia panes preparat fermentatos et azimos delectabiles et salitos, faciens de quibuslibet herbis olera saporosa, tondet oves, lanificat, pannificat et incidit, suit, mungit, casificat, lac dividens a butiro. Ad hoc igitur, ut dictis fidem plenius adhibere possitis, de illis, quos ipsa in maiori forma circuli de lacte puro impressit, mitto vobis ducentos caseos perelectos et ducento brachia linei panni, quem nevit, texuit et cum successivis lexiviis mirifice dealbavit. Quid plura? Gerit negotia universa, domum facit esse pullosum, et sicut perpendi, vobis in proximo ipsamet transmittet .XXX. pingues cappones. Vestre igitur paternitati duxi humiliter supplicandum, ut considerantes iacturam, quam de absentia sua incurrerem, preceptum vestram dignemini miseracorditer relaxare.*"

#### **5.14.8. Littere, quibus cum sacerdote vel clerico multiplicatis muneribus dispensatur.**

[1] "*Credibilia fore videntur, que de conversa tua nobis tuis litteris intimasti. Unde si a tuo foret consortio segregata, non sine causa rationabili turbareris. Verum quia dona tua plurimum nobis grata fuere, idcirco tibi duximus consulendum, ut quandam mansiunculam iuxta ecclesiam construere non postponas, in qua securius valeat commorari. Sicque te habebimus excusatum, donec rumor popularis secessit.*"

\*\*\*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.15

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 5.15 DE PROCURATIONIBUS

#### 5.15.1 De litteris, quas legati mittunt causa procurationis.

[1] "*Pastorum omnium pastor, vicarius Christi summus nos in Angliam dirigit, ad legationis officium exercendum. Quare fraternitate vestre mandamus, ut nobis proxima sexta feria occurratis, familiaribus vestris iubentes, quod die Sabati proximo nobis preparent oportuna.*" |

| [\[48<sup>vb</sup>\]](#) P oportuna | [\[49<sup>ra</sup>\]](#) P

#### 5.15.2 Alie littere de consimili materia in fine regulariter variate.

[1] "*De mandato et auctoritate sedis apostolice in Alamaniam properantes, vobis districte precipiendo mandamus, quatinus in proxima secunda feria vos ad receptionem nostram, sicut expedit, preparentis. Nos autem nostrum premittamus senescalcum, cum quo poteritis queque singula pertractare*" vel "*qui vobis omnium intimabit seriem expensarum*" vel "*qui vobis numerum personarum et equitaturarum exponet*" vel "*cuius consilio queque singula disponetis.*"

#### 5.15.3 Responsio illorum, qui dicunt se in procurationis faciendis contra ratione gravari.

[1] "*Non dolore non possumus et turbari, quod ab ecclesia ...*"

#### 5.15.4 Responsio legatorum, qua iubetur, quod nichilominus procuratio fiat.

[1] "*Non est consuetudo sed abusus et obedientie corrupte ...*"

#### 5.15.5 Legati subiciunt eos interdicto.

[1] "*Quia nobis procurationis obsequium denegastis vos ...*"

#### 5.15.6 Penitet interdictos procurationem denegasse, quare duos pallefredos ei transmittunt.

[1] "*Si ratione consuetudinis preceptis vestris negleximus ...*"

### **5.15.7 Regratiant eis legati, et eos ab interdicto absolvunt.**

[1] "*Probitati vestre grates referimus copiosas ...*"

### **5.15.8 Petunt legati mulam alicuius prelati.**

[1] "*Mula vestra, que sicut dicitur potens est et ...*"

### **5.15.9 Littere legatorum, quas generaliter mittunt pro nuntiis, ad quas mittuntur.**

[1] "*Celestis regni claviger, que vicem Petri mittuntur ...*"

### **5.15.10 Responsio, qua significatur, quod provincia tota congaudet.**

[1] "*Gaudet ecclesia Gallicana et totum regnum Francie ...adventum.*"|

adventum| [\[49rb\]](#) P

### **5.15.11 Littere legatorum, quibus iubetur, quod debeant ad sinodum properare.**

[1] "*Optantes mandatum apostolicum prosequi et vestre ...*"

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.16

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### **| 5.16 DE METROPOLITANIS ET PONTIFICIBUS, QUI IUBENT INFERIORIBUS VENIRE AD SINDODUM ET SOLVERE DENARIOS INPOSITOS**

#### **5.16.1 Littere metropolitanorum vel pontificum, qui vocant subditos suos ad sinodum.**

[1] "*A sanctis patribus fuit antiquitus institutum, quod ...*"

| [\[49rb\]](#) P

#### **5.16.2 De litteris, quas mittunt episcopi prelati et subditis pro expensis sue consecrationis.**

[1] "*Universitati vestre incognitum non existit, qualiter ...*"

#### **5.16.3 Littere, quibus pontifices querunt denarios sinodales a suis subditis.**

[1] "*Consuetudo ecclesie nostre requirit, quod de tertio ...*"

#### **5.16.4 Notula doctrinalis de denariis sinodalibus.**

[1] Et nota, quod huiusmodi denarii in quibusdam partibus ...solvuntur. |

| [\[49va\]](#) P

#### **5.16.5 Littere, quibus episcopi querunt subventionem de rebus necessariis.**

[1] "*Sub impositi officii onere timescimus deperire ...*"

#### **5.16.6 Littere, quibus precipiunt episcopi suis inferioribus, ut quod eis est impositum, causa facte procurationis solvant.**

[1] "*Quomodo nuper susceperimus cardinalem et procurationem ...*"

#### **5.16.7 Littere, quibus episcopi subiciunt illos interdicto, qui non solverunt, et excommunicare minantur.**



[1] "*Quia solvere, quod vobis fuit causa facte procurationis ...*"

### **5.16.8 Notula, qua doctrina datur, quod huiusmodi titulus non indiget responsiva.**

[1] Et est notandum, quod huiusmodi titulus non indiget responsivis, quia vix est aliquis adeo simplex, qui per hos libros excusationes non inveniatur competentes, si eius proposito impossibilitas contradicit.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.17

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 5.17 DE CAVILLOSIS PONTIFICUM VEL ALIORUM PRELATORUM EXACTIONIBUS

#### 5.17.1 Littere indignationis alicuius pontificis vel prelati contra illum prelatum vel subditum, qui sibi subesse.

[1] "*Si miramur, non est mirum, quod nos more non iusitas ...*"

| [\[49va\]](#) P

#### 5.17.2 Littere de materia eadem.

[1] "*Presumptiones tue dolositas adeo inolevit, quod nos ...*"

#### 5.17.3 Responsio cum excusatione ac muneribus.

[1] "*Vulneravit cor meum vestrarum series litterarum, quod ...*"

#### 5.17.4 Littere iterum indignationis contra eundem ad hoc, quod habere possit mulum suum.

[1] "*Si pro caponibus tuis penam arbitraris Eva ...evadere de| delictorum...*"

evadere de| [\[49vb\]](#) P

#### 5.17.5 Mittit mulum, ut indignatio remittatur.

[1] "*Dominationi vestre mulum dirigo preelectum ...*"

#### 5.17.6 Littere, in quibus remittitur indignatio et ponuntur adulatoria verba.

[1] "*Tue fidei constantiam probitate volentes, aliquando ...*"

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.18

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 5.18 DE ROGAMINIBUS PONTIFICUM PRO CLERICIS VEL SCOLARIBUS, UT BENEFICIA ECCLESIASTICA OPTINEANT

#### 5.18.1 Littere, quibus archiepiscopus vel episcopus rogat aliquos, quod aliquem scolarem in fratrem et canonicum recipiant.

[1] "*Ad hoc sumus in episcopali cathedra permittente Domino ...*"

| [\[49vb\]](#) P

#### 5.18.2 Responsio, quod non possunt in electione ipsius esse concordēs.

[1] "*Preces, quas pro .H. scolari nobis porrigere nolulistis ...*"

.H.] .I. Siena

#### 5.18.3 Littere indignationis, quibus precipitur, quod eum recipiant.

[1] "*Non est laboriosum calumpniari preces et invenire ...*"

#### 5.18.4 Responsio, quod dicitur, quod non possunt esse concordēs et quod contra consuetudinem aggravantur.

[1] "*Quantamcumque ad vos devotionem et reverentiam ...*"

#### 5.18.5 Littere, quibus iterum precipitur districtius, quod eum recipiant.

[1] "*Nolite inobedientes effici occasiones frivolas ...*"

#### 5.18.6 Littere, quibus negatur, quod non recipient.

[1] "*Cito evaginastis| contra nos gladium ultionis ...*"

evaginastis| [\[50ra\]](#) P

#### 5.18.7 Notula, qua doctrina datur, quomodo possint super huiusmodi materie infinite oriri.

[1] Et nota, quod super huiusmodi possent materie infinite ...

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.19

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### 5.19 DE CONQUESTIONIBUS SUBDITORUM ET DE AMMONITIONIBUS ET PRECEPTIONIBUS MAIORUM TAM AD INFERIORES PRELATOS AD SUBDITOS

**|5.19.1 De subditis, qui conqueruntur primati vel episcopo de suo prelato.**

[1] "*Ad vos clamamus reverende pater, quia tacere non ...*"

| [\[50rb\]](#) P

**5.19.2 Littere primatis vel episcopi ad prelatum, quibus ei iubet quo aut cum eis cumveniat aut veniat secundum rationem responsurus.**

[1] "*Si vera sunt, que nobis tui canonici retulerunt ...*"

**5.19.3 Responsio prelati, que dicit se alterum eligere de duobus.**

[1] "*Sicut in dominationis vestre pagina intellexi ...*"

**5.19.4 De monachis, qui conqueruntur de abbate suo et infamant eum et petunt, ut removeatur.**

[1] "*Veternose rubiginis impetigo nostri abbatis effigiem ...*"

**5.19.5 Littere de querimonia monacharum contra suam abbatissam.**

[1] "*Misera conditio monacharum propter inaudita gravamina| exorditur...*"

gravamina| [\[50va\]](#) P

**5.19.6 De monacho egrotante, qui conqueritur de abbate suo, ex eo quod sibi non providet.**

[1] "*Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis ...*"

**5.19.7 Littere, quibus reprehenditur abbas et iubetur ei, quod monacho subsidia vite ministret.**

[1] "*Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto eum ...*"

### **5.19.8 Notula, qua doctrina datur, quomodo possit premissa narratio variari.**

[1] Premisse narrationes possunt pro quibuslibet variari ...

### **5.19.9 Littere, quibus maiores exortantur prelatos, ut erga subditos suos se debeant benigne habere.**

[1] "*Deus omnipotens, qui deitatem suam pro redemptione ...et benignitatem/ ostendit...*"

benignitatem| [\[50vb\]](#) P

### **5.19.10 Littere, quibus abbas conqueritur se maiori de malitia monachorum suorum et rogat, ut moneantur per eum.**

[1] "*Afflictus pro peccatis meis et criminibus alienis ...*"

### **5.19.11 Littere, quibus maior admonet et suadet, quod monachi abbati suo debeant obedire.**

[1] "*Vas electionis Paulus apostolus in disciplinacionem ...*"

### **5.19.12 Littere, quibus abbas maiori conqueritur de tribus monachis malitiosis et rogat, ut ad remota monasteria dirigantur.**

[1] "*Tres fratres immo non fratres sed filios diaboli ...infame*"|

infame| [\[51ra\]](#) P

### **5.19.13 Reprehendit maior monachos excedentes et iubet illis, quod ad alia monasteria moraturi accedant.**

[1] "*Propter inobedientiam et inhonestam conversationem ...*"

### **5.19.14 Precepit abbas monacho, quod ad locum nominatum accedat.**

[1] "*Considerantes quod mora tua scandalum generat inter ...*"

### **5.19.15 Conqueritur monachus de precepto, accusat abbatem et dicit, quod ante relinquet ordinem, quam illuc vadat.**



[1] "*Sicut lapis, qui reiectus de fundibula, sum reiectus ...*"

### **5.19.16 Littere, quibus intimat monacho, quod aliquis abbas eum specialiter petiverit, unde sibi iubetur, quod ad eum accedat.**

[1] "*Venerabilis frater nobis abbas sancti Appollinaris ...*"

### **5.19.17 Allegat monachus aeris corruptionem et non vult ire.**

[1] "*Famosa corruptio aeris<sup>1</sup> michi plurimum dissuadet ...*"

<sup>1</sup>Cf. PL 214.293

### **5.19.18 Conquestio prioris contra suos canonicos, que recusant onera ecclesie supportare.**

[1] "*Occurrit michi materia conquerendi, quia fratres nollunt ...recusent.*" |

recusent| [\[51rb\]](#) P

### **5.19.19 Reprehendit maior canonicos et precipit eis, ut non recusent onera supportare.**

[1] "*Quare canonici appellabimini, non videmus nec scire ...*"

### **5.19.20 Conqueruntur conversi de monachis.**

[1] "*Deo et vobis conquerimur de abbate nostro et monachis ...*"

### **5.19.21 Littere maioris ad correctionem monachorum, in fine copiosius variate.**

[1] "*Cum simus omnes fratres in Christo, decet vos que ...*"

### **5.19.22 Littere monachorum contra conversos.**

[1] "*Generatio prava et perversa vestre proposuit sanctitati ...habitum relinquentes/...*"

relinquentes| [\[51va\]](#) P

### **5.19.23 Notula doctrinalis de huiusmodi materiis inveniendis.**

[1] Huiusmodi narrationes possunt multimode variari ...

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#)© Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.20

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### 5.20 DE RELIGIOSIS ET RELIGIONIBUS

#### 5.20.1. Littere, quas direxi nobili iuveni Ubaldino,<sup>1</sup> qui transivit ad religionem.<sup>2</sup>

Boncompagno sends a letter of encouragement and inspiration to Ubaldinus, a nobleman from Mantua who had entered the Carmelite order as an adolescent. Boncompagno establishes and develops the figure (I Cor. 9.24-26) of a monk as an dedicated athlete running a race (§1-3). From a natural point of view, monastic vocation in such a young nobleman is amazing (§4), but we should not be amazed, because God Himself has chosen Ubaldinus (§5). Nobility of the flesh is a delusion (§6). Ubaldinus has united religion with nobility of the soul (§7). Boncompagno had originally been among those who were saddened by Ubaldino's choice to join the Carmelites, but is no longer (§8). Exhortation to persevere in his resolve (§9). Boncompagno denies that his own lay status makes him unappreciative of the religious vocation. In scholastic language, Ubaldinus is urged not to swayed from his profession by his own physical beauty and knightly status (§10), nor to accept high church office (§11). Worldly princes are derided as avaricious gourmands, gluttons and nepotists (§12). Ubaldinus has spurned this lot, imitating the other Elyseus, which has aroused the jealousy of scoffers (§13). This 'other Elyseus' is the priest Albertus [founder of the Carmelite order], who by his preaching has 'whitened' many Italian cities blackened by heresy (§14). Further virtues of Albertus, with reference to the Virgilian prophecy [Eclogue 4.7] (§15). If Ubaldino should continue to run the Lord's race, following the example of Albertus (§16), he would merit claiming his eternal reward when the third angel blows a trumpet on the part of the elect. [Date: 1206-1214]

<sup>1</sup> Not identified.    <sup>2</sup> Apparently, to the Carmelite order. See below, §14.

[1] "*Currentis propositum in stadio roboratur,<sup>1</sup> si currens non incurrat offendiculum temptationum, que navem religionis inter fluctivagos cogitationum incursus faciunt sepius vacillare. Et deficiente velo perseverantie turgida venit ad litus, eliditur inter scopulos, frangitur ad saxa carnalium desideriorum. Et cum tales incipiunt naufragi per mare seculi navigare,<sup>2</sup> se novum hominem, qui secundum Deum creatus est, exuunt et veterem cum suis actibus imitari, velut canes qui resumunt vomitum,<sup>3</sup> enitantur.*"

<sup>1</sup> 1 Cor. 9.24-26. See JOHN ALEXANDER SAWHILL **The use of athletic metaphors in the Biblical homilies of St. John Chrysostom** (Princeton, The Princeton University Press, 1928).

<sup>2</sup>Boncompagnus 5.22.1 §3, <Epistola ad Philippum electum Ferrarensi> §2.    <sup>3</sup> Prov. 26.11, II Pet. 2.22.

The resolve of a runner is strengthened in the race-course, if the runner does not incur the stumbling-block of temptations, which quite often make the ship of religion vacillate between the wave-tossed onslaught of thoughts. And when the sail of perseverance fails, he comes swollen to the shore, is shattered among the protruding shoals, is broken on the rock of carnal desires. And when such shipwrecks begin to navigate through the ocean of this world, they take off the new man, who was created according to God, and they struggle to imitate the old man with his acts, just as dogs who

return to eat their vomit.

[2] *"Curre igitur curre, sed ita currere satagas, ut non sit in cursu decursus, quia cuiuscumque pes ad ima rerum mundanarum labitur, cursum impedit et currentem. Sic ergo curre, ut comprehendas, quod fieri non poterit, nisi 'Verbum Domini sit lucerna pedibus et semitis tuis'.<sup>1</sup> Et maxime cum non sit volentis neque currentis sed miserentis Dei, qui 'Diriget gressus tuos in semitis suis,' ut tua vestigia nullatenus moveantur,<sup>2</sup> qui tibi misericorditer inspiravit, ut portares iugum ab adolescentia tua.<sup>3</sup> Unde puer altissimi vocaberis, quia preibis ante faciem Domini<sup>4</sup> parare vias eius ad dandam scientiam illis, qui sedent in tenebris et umbra mortis.<sup>5</sup> Tu vero assumpsisti pennas ut columbe, volabis et non deficies,<sup>6</sup> quia iam quiescere incepisti et fugiendo rerum temporalium affluentiam, tibi solum panem cotidianum postulas elargiri<sup>7</sup> et cum situla karitatis aurire peroptas aquas de fontibus Salvatoris, ut non sitias in eternum."<sup>8</sup>*

<sup>1</sup> Psal. 118.105.    <sup>2</sup> Psal. 16.5.    <sup>3</sup> Thren. 3.27.    <sup>4</sup> Luc. 1.76.    <sup>5</sup> Job 3.5, Psal. 106.10, Luc. 1.79.    <sup>6</sup> Psal. 54.7.    <sup>7</sup> Luc. 11.3.    <sup>8</sup> See **Boncompagnus**[1.16.1](#), [3.8.1](#).

Run, thus run, but busy yourself to run in such a way, so that there should not be a descent in the running, because anyone's foot will fall to the lowest of worldly things, impedes the run and the runner. Therefore run, so that you comprehend what cannot be done, unless *'The Word of the Lord shall be a light for your feet and for your paths.'* And especially since <the word of the Lord> is not for one who soars or who runs, but for the wretched of God, who *'Directs your flocks in His paths'*, so that your steps should in no way be moved, who mercifully inspired you to carry the yoke from your adolescence. Whence you will be called a child of the Highest, because you will go forth before the face of the Lord to prepare His ways for giving knowledge to those, who sit in darkness and in the clouds of death. You have indeed put on feathers like a dove, you will fly and you will not fail, because you have begun to repose and fleeing the affluence of temporal things, you ask only that daily bread be granted you and you choose to drink waters from the springs of the Savior with the bucket of charity, so that you not thirst in eternity.

[3] *"Res est mira nec admiratione digna."*

It is a marvelous thing, yet not worthy of admiration.

[4] *"Mira, quia raro accidere consuevit, quod nobilitas et religio convenient et presertim in adolescente, cuius viam rex Salomon se penitus ignorare fatetur.<sup>1</sup> Est enim illa etas flexibilis et proclivis. Unde in ea consistentes ferventius carnis oblectamenta requirunt et ex etatis teneritudine facilius ad lasciviam provocantur. Sed tu, prout video, mente ac moribus iam senescis<sup>2</sup> et in prima vigilia cum sarculo spei et bone operationis vineam dominicam ingrediens. Illos, qui sunt in secunda et tertia vigilia constituti,<sup>3</sup> ad operandum invitas exemplo, quia voluisti prius facere quam docere."<sup>4</sup>*

<sup>1</sup> Prov. 30.19.    <sup>2</sup> Prov. 22.6.    <sup>3</sup> Luc. 12.38. A tripartate schema for the ages of man (childhood, youth, oldage) favored by theologians and based on exegesis of this passage from Luke is treated in ELIZABETH SEARS **The Ages of Man: Medieval Interpretations of the Life Cycle** (Princeton 1986) 88-90. In **Libellus de malo senectutis et senii** Boncompagno adopts a five stage schema (childhood, adolescence, youth, old age, senility), after considering schemas with seven (Hippocrates) and four

(Iohannicius) stages. **Boncompagnus 5.9.4** also uses the tripartate schema, with reference to Luke 12.38. Other letters in the **Boncompagnus** dealing with old age and/or senility: [1.24.2-3](#), [1.24.6](#), [1.25.6](#), [1.25.11](#) §4, [1.25.13](#), [3.12.1](#), [3.14.5](#), [3.15.2](#), [5.1.27-30](#), [5.4.16](#), [5.6.32-33](#), [5.8.3](#), [5.26.5](#), [6.2.18](#), [6.2.34](#), [6.10.18](#).<sup>4</sup> On this theme, see CAROLINE BYNUM **Docere verbo et exemplo. An Aspect of Twelfth-Century Spirituality** Harvard Theological Studies 31 (Missoula Montana 1979).

'Marvelous', because customarily it rarely happens that nobility and religion come together, and especially in an adolescent, whose path king Solomon confessed he did not at all know. For adolescence is a flexible and declining age. Whence those existing in it more fervently seek objects of carnal delight and are more easily provoked to wantonness from the tenderness of that age. But so far as I see, you now grow old in mind and morals and you enter the vineyard of the Lord with the sickle of hope and good works in the first vigil. You invite those for an example in good works, who are constituted in the second and third vigils, because you have wished to act before teaching.

[5] "*Nec admiratione digna, quia pater misericordiarum vocat ea, que non sunt, tamquam ea, que sunt, et ex hore infantium et lactentium perfecit laudem, ut inimicos destruat et ultores.*<sup>1</sup> *Sic elegit et preelegit te Dei et hominum mediator,*<sup>2</sup> *ut sprete nobilitate carnis, de qua in seculo poteris gloriari, quia de stirpe florida et generosa originem contraxisti, sortem recipias in regno Christi*<sup>3</sup> *et Dei et excelsi filius nomineris, qui te nobilitabit nobilitate minime peritura.*"

<sup>1</sup> Psal. 8.3. <sup>2</sup> This epithet for Christ was coined in I Tim. 2.5 and theologically elaborated in Augustine **Enarratio in Psalmum** 29.2-3. Here it seems to be used of the office of a priest. <sup>3</sup> Act. 26.18.

'Not worthy of admiration', because the Father of mercies calls those which are not, just as those things are, and from the mouths of infants and nursing children He effects praise, so that He may destroy enemies and avengers. So He elected and pre-elected you mediator of God and man, so that spurning the nobility of your flesh, with which you could have flaunted in this world, because you have drawn an origin from a flourishing and bountiful lineage, you receive a portion in the kingdom of Christ and are named the son of God and of the Highest, who will ennoble you with the least perishable nobility.

[6] "*Sed nobilitas carnis non est, nisi quedam laus ex parentum altitudine procedens, que a voce ire Dei convertitur in cinerem et favillam,*<sup>1</sup> *pro eo quod istiusmodi nobiles talis nobilitatis intuitu efficiuntur ministri Sathane, quia pauperes et impotentes affligunt sepius et tormentant. Sed pereunt divitie, transit nobilitas, evanescit potentia secularis, moritur nobilis, putrescit, vermescit. Et ut verum fatear, idem immo deterior est interitus talis nobilis quam iumentis,*<sup>2</sup> *quia deletum est nomen illius de libro vite*<sup>3</sup> *et in inferni voragine cruciabitur in eternum.*"<sup>4</sup>

<sup>1</sup> Job 30.19. . <sup>2</sup> Eccle. 3.19. . <sup>3</sup> Apoc. 3.5. . <sup>4</sup> Apoc. 14.10.

Nobility of the flesh is nothing else but praise proceeding from lofty parentage, which is converted by the voice of an angry God into cinder and ash, because nobles of this sort, by consideration of such a nobility, become ministers of Satan, because they quite often afflict and torment the poor and the powerless. But riches perish, nobility passes by, secular power vanishes, the noble dies, he rots, and is eaten by worms, and as I might confess the truth, the death of such a noble is worse than of a beast, because his name is deleted from the book of life, and he will be tormented in the infernal abyss for eternity.

[7] "*Sed religio in te adolescente cum tali nobilitate non convenit sed cum illa, que a fide radicem, ab opere proventum et a karitatis protectione progressum noscitur contraxisse. Unde factus es sponse dilectus et sicut mirre fasciculus inter illius ubera commoraris.*<sup>1</sup> *Ceterum quamquam divina providentia te de lipitudine Lye ad Rachelis amorem clementer evexerit.*"<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Cant. 1.12.      <sup>2</sup> Gen. 29.17.

But religion does not unite with this sort of nobility in you, an adolescent, but with that nobility which is known to draw a root from faith, growth from works and progress from the protection of charity. Whence you are made the beloved of the Bride and you abide among her breasts like a bundle of myrrh. But however divine clemency has advanced you from the eye-watering blindness of Leah to the love of Rachel.

[8] "*Nos tamen, qui remansimus in scena crassioris intelligentie,*<sup>1</sup> *de mutatione dextere excelsi,*<sup>2</sup> *tamquam lippi et in opere claudicantes,*<sup>3</sup> *dolemus plurimum et turbamur. De quorum numero ego sum. Immo fui, sed non sum, ex quo video, quod postquam misisti manum in aratrum, retro inspicere contempsisti.*"<sup>4</sup>

<sup>1</sup>Peter of Blois **Epistolae** no. 6 (PL 207.18B): *Verecundum siquidem et onorosum satis est mihi, quod omnes coaetani vestri in montem eminentioris scientie ascenderunt, et vos in ceno crassioris intelligentie cum asino remansistis.* Cf. Quintilian **Inst.** 1.10.28 *quosdam imperitiores... 'crassiore' ut vocant 'Musa'.*    <sup>2</sup> Psal. 76.11.    <sup>3</sup> Hebr. 12.13.    <sup>4</sup> Luc. 9.62. Also on Boncompagno's status (lay or clerical): **Oliva** [1.4](#), **Boncompagnus** [5.9.5](#).

Yet we who remain in a stage of a more crass intelligence, like men blind and defective in works, we grieve much and are disturbed concerning a change of the left hand of the Highest. I am one of these. Rather I was, but I am not, because I see that after you had put hand to the plough, you disdained to look back.

[9] "*Et que retro sunt obliviscens, te ad anteriora iam extendis.*<sup>1</sup> *Ea igitur miles Christi, accingere gladio Spiritus super femur tuum potentius*<sup>2</sup> *et noli prius solvere militie cingulum,*<sup>3</sup> *quam cedat adversitas preliorum. Sed persevera, insta, pulsa, realiter inchoata sectare, considerans quod tui fratres, consanguinei, amici, fideles, servi et ancille pro se non pro te dolent, quod iugum Domini assumpsisti. Profecto, si alicuius egritudinis distemperantia de medio fuisses iudicio funereo superveniente sublatus, sepulto corpore,*<sup>4</sup> *cessaret effusio lacrimarum, quia lacrimis nichil citius arrescere comprobatur.*"

<sup>1</sup> Philipp. 3.13.    <sup>2</sup> Psal. 44.4.    <sup>3</sup> Isai. 5.27.    <sup>4</sup> For Boncompagno's interest in death and dying: **Boncompagnus** [1.25-27](#).

And those things which were in the past are forgotten, you now extend yourself ahead. Thus come, soldier of Christ, strap on the sword of the Spirit more powerfully on your thigh, do not wish to loosen the knight's girdle before the adversity of battle ceases, but persevere, press, strike, pursue inchoate things in reality, considering that your brothers, relatives, friends, trusties, servants and maids grieve for him, not for you, that you have assumed the yoke of the Lord. Indeed if, when the funereal



judgment had supervened, you would have been carried off by the distemper of any sickness, the effusion of tears would have ceased once the body was buried, because nothing may be proved to dry up more quickly than tears.

[10] "*Ad hec, si aurum conscientie mee laicalis ferugo denigret, noli considerare, quod fuscus sim, quia decoloravit me<sup>1</sup> rerum humanarum ambitio. Sed propter hoc non respuas persuasiones salutiferas, quia transit aqua dulcis per lapideos canales<sup>2</sup> et eos acuit gladium, cum et illa secare non possit. Preterea, si diabolica suggestio tibi obiecerit de proprii corporis forma, nega premissam. Et si ex inconcesso inferat, insta, propere, locum ab auctoritatibus assumendo. Dicas quidem: 'Fallax gloria et vana est pulchritudo, flos feni<sup>3</sup> est vapor ad modicum tepens.<sup>4</sup> Cadunt enim alba ligustra et omnis forme dignitas aut morbo deflorescit aut consumitur vetustate.'* Nam etsi angelus Sathane te colaphizando<sup>5</sup> superare laboret, illam, que dormit in sinu tuo, refrena et fuge, quoniam in illo prelio solummodo fugiendo poteris obtinere victoriam, sicque geminabis in fuga virtutem."

<sup>1</sup>Cant. 1.5.    <sup>2</sup> Cf. **Boncompagnus 5.1.8.**    <sup>3</sup> I Peter 1.24, cf. **Mirra 9.2, Boncompagnus 1.25.3.**

<sup>4</sup>Jac. 4.14 (*vapor est ad modicum parens*), cf. **Mirra 9.1, Boncompagnus 1.25.3.**    <sup>5</sup> J. FLORI "Semantique et societe medievale: le verb 'adouber' et son evolution au XIIe siecle" **Annales ESC** 31 (1976) 915-40

To this, if the rust of laity has blackened the gold of my conscience, I do not wish to consider that I might be dark-colored, because the ambition of human things has discolored me. But I do not on this account reject salvation-bearing persuasions, because sweet water passes through stony channels and when a sword cannot cut these things, it sharpens those things. Therefore if a diabolical suggestion would make an objection to you concerning the beauty of your own body, deny the premise. And if an inference is made from an unconceded point, hasten, press, taking a commonplace from authorities. You may say for example, '*Glory is deceiving and beauty is vain, the flower of the field is a vapor appearing for a moment. For white privets fall, and every dignity of beauty deflowers from sickness or is consumed by age.*' And if the angel of Satan labors to conquer you by dubbing you a knight, restrain that one which sleeps in your breast and flee, since you can only obtain victory in that battle by fleeing, and so you will double virtue in flight.

[11] "*Insuper expectabat te alicuius dignitas presulatus.<sup>1</sup> Sed tu eam expectare nullomodo voluisti, sed expectans expectasti Dominium et intendit tibi, quia eduxit te de lacu miserie et de luto fecis.<sup>2</sup> Et quoniam a maiori sanctuario incepit iniquitas,<sup>3</sup> huiusmodi ecclesiarum prelati et subditi ex maiori parte sunt filii Belial,<sup>4</sup> qui extentis collis et fractis cervicibus<sup>5</sup> circumpositi et circumhornati variis indumentis incedunt et deaurantur velut similitudo Templi,<sup>6</sup> quorum deus venter est et gloria in confusione perhenni."<sup>7</sup>*

<sup>1</sup>It is not clear which episcopal office awaited Ubaldinus.    <sup>2</sup> Psal. 39.3.    <sup>3</sup> Cf. Num. 18.1. Cf. **Boncompagnus 4.5.9.**    <sup>4</sup> Deut. 13.13, Iud. 19.21, I Reg. 2.12, II Reg. 16.7, III Reg. 21.10.    <sup>5</sup> **Boncompagnus 1.20.17.** Cf. I Reg. 4.18 and Isai. 3.16    <sup>6</sup> Psal. 143.12.    <sup>7</sup> Phil. 3.19.

Moreover the dignity of some presulate awaits you. But you wish in no way to await an office, but waiting, you await the Lord, and He directs to you, because He brought you out from the lake of misery and the mire of filth. And since iniquity of this sort begins from a greater sanctuary, prelates and

subjects of churches are for the most part sons of Belial, who advance surrounded by strangled and broken necks and robed in varied garments, and they are gilded just as a copy of the Temple, whose god is the belly and glory in perennial confusion.

[12] "*Verum quia non est tutum ledere seculi principes in sermone, taceo quomodo sedent super fercula carniū, qualiter vinum inspiciunt, cum flavescit, cum splenduerit in vitreo color eius.*<sup>1</sup> *Et sic in diversis potationum generibus debachantes, deaurari faciunt sellas et frena, loco pauperum pascunt pinguissimos palafredos, sue karitatis manum ad fratres et nepotes totis affectionibus extendentes.*"

Indeed because it is not safe to affront the princes of this world in speech, I shall hush about how they sit above dishes of meat, how they inspect wine when it becomes golden, when its color shines in the glass. And so debauching in diverse types of drinks, they have their chair and bridles gilded, they pasture fat palfreys on the ground of paupers, extending the hand of their charity to brothers and nephews with all affections.

<sup>1</sup> For the use of food and drink for noble *Repräsentation*, see [Mahl und Repräsentation: Der Kult ums Essen. Internationales Symposium der Universität Salzburg, Institut für Geschichte, 29. April – 1. Mai 1999](#). (Proceedings to be published in 2000).

[13] "*Tu vero, licet non esses ex illis, illorum tamen consortium*<sup>1</sup> *fugiendo sprevisi carnalia desideria, que militant adversus animam, et secutus es alterum Elyseum. Unde cum irrisoribus zelum calui non sentiens, sed erit portio tua in terra viventium,*<sup>2</sup> *quoniam ad predicationem illius reposuisti thesauros tue iuventutis in celis, ubi fures non effodiunt nec furantur.*"<sup>3</sup>

<sup>1</sup>For the *consorteria*, see **Epistola mandativa ad comites palatinos**[passim](#). <sup>2</sup>Psal. 141.6. <sup>3</sup>Matt. 6.19-20.

Although you were not one of them, yet in fleeing their *consorteria* you have spurned the bodily pleasures which fight against the soul, and you imitate the other Elyseus. Whence, not understanding I have aroused jealousy with scoffers, but your portion will be in the land of the living, since for his preaching you have deposited the treasures of your youth in heaven, where thieves may not dig up nor steal.

[14] "*Quis enim sit hic Elyseus plenus tu ipse novisti, sed ut plurimi sciant, in commune deducam. Alter enim Elyseus est presbyter et sacerdos Albertus,*<sup>1</sup> *qui presbyter merito dici potest, quoniam ambulans in regione umbre mortis*<sup>2</sup> *verbo et exemplo prebet munera karitatis. Sacerdos quidem est, quia secundum ordinem magni sacerdotis Melchisedech sacra propinat et crucem Domini baiulando, in ipsius ara seipsum pro peccatis omnium non desinit assidue immolare.*<sup>3</sup> *Albertus quippe dicitur, quoniam albet recte vel rectus. Nam predicationes et opera eius iam faciunt non paucas Italie civitates albere, que nigretudine plurimarum heresum erant instigante diabolo tenebrate.*<sup>4</sup> *Albet quidem per fidei puritatem et super nivem dealbatur per salutifere doctrine pabula, quibus auditorum corda non desinit assidue refovere.*"

<sup>1</sup> St. Albert of Vercelli, patriarch of Jerusalem and founder of the Carmelite order. LAURA MINGHETTI

"L'episcopato vercellese di Alberto durante i primi anni del XIII secolo" in **Vercelli nel secolo XIII. Atti del Primo Congresso Storico Vercellese** (Vercelli 1982) 99-112; IDEM "Alberto vescovo di Vercelli (1185-1205). Contributo per una biografia" *Aevum* 59 (1985) 267-304; VINCENZO MOSCA **Alberto Patriarca di Gerusalemme** *Textus et studia historica Carmelitana* 20 (Rome: Institutum Carmelitanum, 1996); also of interest for Albert in his role as Carmelite legislator is: CARLO CICONETTI *La regola del Carmelo. Origine, Natura, Significato* (Rome, Institutum Carmelitanum, 1973). For letters pertaining to the election of Albert by the suffragans of Jerusalem, see **Boncompagnus 5.1.1-2**, also RUDOLF HIESTAND and HANS EBERHARD MAYER "Die Nachfolge des Patriarchen Monarchus von Jerusalem" **Basler Zeitschrift für Geschichte und Altertumskunde** 74 (1974) 109-130. <sup>2</sup>Psal. 22.4. . <sup>3</sup>Psal. 109.4 and Hebr. 5.6, 5.10, 6.20, 7.1,10,11,15,17. . <sup>4</sup> For some Italian cities fouled by heresy, **Boncompagnus 5.22.1** §2.

For who might be this Elyseus, you yourself know fully, but so that many might know, I shall make it public. For the other Elyseus is the presbyter and priest Albertus, who can deservedly be called a presbyter, since he offers by word and example gifts of charity to those walking in the region of the shadow of death. He is a priest, because he delivers holy things according to the order of the great priest Melchisedech and announcing the cross of the Lord he does not cease to sacrifice himself for the sins of all at the altar of the Lord. He is called Albertus, since he is 'whitened' (*albet*) 'correctly' (*recte vel rectus*). For his works and preaching now make no few cities of Italy to be whitened, which cities were darkened by the blackness of many heresies by the devil's instigation. He also whitens through purity of faith, and, whitened beyond snow through the pabulum of saving doctrine, he does not cease to assiduously nurture the hearts of his audience.

[15] "*Sed 'O Mantua natum est tibi liliun inter spinas et inter tribulos rosa iam crevit.*<sup>1</sup> *Sicque contines in gremio Virgilio potioem, quoniam hic in spiritu et veritate adorat novam progeniam, quam ille in gentilitatis errore prophetavit alto celo dimitti.*<sup>2</sup> *Rectus quidem est, quia quod verbis predicat, operibus et exemplis demonstrat. Non enim est de numero illorum sacerdotium, qui super humeros hominum imponunt onera gravia et importabilia, digito autem suo nolunt ea movere.*<sup>3</sup> *Non est etiam de illis, qui querunt salutationes in foro et desiderant vocari ab hominibus 'rabbi',*<sup>4</sup> *petendo instantissime decimas usque ad anetum et cuminum, et*<sup>5</sup> *quando missarum sollempnia celebrant, quasi ex debito requirunt denarium et candelam.*"

<sup>1</sup>Cant. 2.2 and **Boncompagnus 1.3.7, 5.22.1**. <sup>2</sup> Vergil **Ecloge** 4.7. For the importance of this verse, see KARL STRECKER "Iam nova progenies caelo demittitur alto." **Studi Medievali**<sup>3</sup> 5 (1932) 167-186. <sup>3</sup> Matt. 23.4. <sup>4</sup>Matt. 23.7. <sup>5</sup> Matt. 23.23.

But 'O Mantua a lily has been born unto you among spines and a rose now grows among brambles.' And so you continue stronger in the Virgilian bosom, since he adores in the Spirit and Truth the new child, which Virgil prophesied in the error of heathens would be sent down from high heaven. Indeed he is upright, because that which he preaches in words, he demonstrates by the examples of works. For he is not of the number of those priests who impose weighty and insupportable burdens on the shoulders of men, but do not wish to move them with their finger. He is also not of those who seek greetings in the forum and desire to be called by men 'rabbi', seeking tithes urgently up to a duck or a cumin, and when they celebrate the solemnities of mass, they ask for money and for candles almost as if owed.

[16] "*Sed quis est hic orthodoxe fidei minister, ecclesie catholice cultor, extirpator heresum et lucerna super candelabrum in Domini domo relucens?*<sup>1</sup> *Ad huius namque vocis et operis exemplum per viam mandatorum altissimi currere incepisti.*<sup>2</sup> *Curre igitur et taliter in agone contende, ut cum tertius angelus tuba canet,*<sup>3</sup> *in electorum*

*parte resurgas et bravium, pro quo curris, accipere merearis."*

<sup>1</sup> Num. 8.3, Sir. 26.22.

<sup>2</sup> Psal. 118.32.

<sup>3</sup> Apoc. 8.10.

But who is this minister of the orthodox faith, cultivator of the catholic church, extirpator of heresies and lamp lighting in the house of the Lord above a candelabrum? You have begun to run by the road of the mandates of the Highest to the example of his voice and works. Therefore, run, and contend thus in the struggle, that when the third angel blows the trumpet on the part of the elect, you shall rise up and merit to receive the heavenly award for that which you run.

[For discussion of "*nobilità*" among later Italian authors, see Dante's **Convivio** and also RABIL, ALBERT ed. **Knowledge, goodness, and power: the debate over nobility among quattrocento Italian humanists** (Binghamton 1991).]

## 5.20.2. Littere ad comitissam Sophiam,<sup>1</sup> que in puelari etate recepit habitum monachalem.

Boncompagno sends a letter to countess Sophia, daughter of Gualdrada and count palatine Guido Guerra III, encouraging her to maintain her religious vows. [Date: before 1213]

[1] "*Verbum patris, quod erat in principio apud Deum, tuorum precedentibus votis parentum tibi divinitus inspiravit, ut eructaret cor tuum verbum bonum et diceres opera tua regi.*<sup>2</sup> *Sed scire debes, filia, quid sit istud verbum et quis rex, cui opera tua dixisti. Hoc enim fuit verbum: 'Ipsi sum desponsata, cui angeli serviunt',*<sup>3</sup> *quod per verbum Dei virtutem prompsisti, quando sponso celesti tue virginitatis meruisti famosum titulum dedicare. Profecto rex iste rex est omnium regum, dominus dominantium,*<sup>4</sup> *cui celestia et terrestria famulantur. Talis est sponsus tuus, talis est dilectus tuus.*<sup>5</sup> *Speciosus est forma pre filiis hominum*<sup>6</sup> *et sponsas diligit, que forma clareant et virtutum meritis renitescant. Hic introduxit te in cubiculum suum*<sup>7</sup>, *accingens collum tuum lapidibus preciosis et exornans pectus castitatis armilla, ut in ipsius presentia sicut liliam reflorescas*<sup>8</sup> *et velud odor balsami*<sup>9</sup> *sis in conspectu eius."*

puelari: puerili S puellari ABMB2P3      diceres RB2MS: dicens A      istud: illud P3  
 rex: res A      tua opera tr. A dixisti: direxisti AS      verbum: Dei premit B2 verbi  
 SBP3      prompsisti RAB2: prompsisti SMB      tue celesti tr. S terrestria: terrestria  
 AMS      Speciosus--renitescant om. B      renitescant: renitescant B2      suum:  
 tuum P3      armilla: armila A      in om. S      reflorescas: reflorescat S      odor:  
 ordo M

<sup>1</sup> Sophia is the daughter of Gualdrada and Guido Guerra III. See **Boncompagnus 1.25.11**. <sup>2</sup> Psal. 44.2. <sup>3</sup> Not found. See below, note 27, **Rota veneris 12.2** <sup>4</sup> I Tim. 6.15. <sup>5</sup> Cant. 6.16. <sup>6</sup> Psal.



44.3. <sup>7</sup> Cant. 3.4 and 1.3. <sup>8</sup> Isai. 35.1, Os. 14.6, Cant. 2.1 <sup>9</sup>Sir. 24.20.

The word of the Father, which was with God at the beginning, has divinely inspired you, your parents' vows having preceded, so that your heart would cast out a good word and you would speak your works to the king. But you should know what this word is and who is the king, to whom you have spoken your works. This was the word: *'I am betrothed to He whom the angels serve,'* that you had promised virtue through the word of God, when you had deserved to dedicate the famous title of your virginity to the Heavenly Groom. This king is the king of all kings, lord of all lords, whom both heavenly and earthly beings serve. Such is your Groom, such is your Beloved. His form is handsome beyond all the sons of men, and He loves brides who sparkle with beauty and shine with the merits of virtue. He has led you into his bedchamber, draping your neck with precious stones and decorating your chest with the necklace of chastity, and in his presence you flower like a lily and are like the odor of balsam in his sight.

[2] *"Audi ergo filia et vide et inclina aurem tuam<sup>1</sup> et obliviscere omnium adulationum blanditias venativas et deceptiva mortalium blandimenta,<sup>2</sup> qui vitiorum incentiva sectantur et proprie deservire cupiunt voluptati. Si autem nituntur murum tui propositi expugnare, gladium Spiritus, quod est verbum Dei,<sup>3</sup> assumes et verbo tue professionis percute suasores fortius contradicens: 'Ipsi sum desponsata, cui angeli serviunt, cuius pulcritudinem sol et luna mirantur, unde quemlibet terrenum amatorem contempno.<sup>4</sup> Si prosapie nobilitas allegatur, inducas exemplum beatissime Catherine,<sup>5</sup> que, cum esset filia regis et virginitatis ac forme gloria refloreret, maluit pro suo et tuo sponso subire martyrium temporale quam paganorum erroribus consentire. Illa namque de regalibus lumbis processit, tu vero es filia comitis palatini. Illa regina fuit, tu vero comitissa, et tamen eundem sponsum cum illa iam habes, regem videlicet regum. Unde facta es de comitissa regina,<sup>6</sup> et ita sedebis ad regis dexteram in vestitu deaurato circumamicta varietate."<sup>7</sup>*

inclina: et *add.* B2      adulationum: adullationum M      sectantur: seccantur M  
cupiunt: cupimus *tr.* ante deservire S      autem: vero B2      expugnare: expurgare S  
expugnare B      verbo: verbum A      cuius--mirantur B2: *om.* ABMSRP3      terrenum  
*om.* S      amatorem: amorem B2      prosapie: pro sapientie B      inducas: in duas  
B2      Catherine ASB: Caterine B2M Katherine R      ac: et R      forme: forma  
B2      martyrium: martirium ABB2      filias es *tr.* SAB2      es *om.* B      circumamicta:  
circumdata R      varietate: etc. B

<sup>1</sup> IV. Reg. 19.16, Psal. 16.6, 85.1. <sup>2</sup> Alanus de Insulis **De planctu nature** (PL 210.469); **Liber de obsidione Ancone** (ZIMOLO ed.) 5.3; **De amicitia** [23.3](#), [29.2](#), [39.2](#); **Quinque tabule salutationum** [4.10](#); **Oliva** [1.5](#); **Boncompagnus** [1.13.1](#) and [1.23.5](#); **Rhetorica novissima** [9.4](#) (GAUDENZI ed. 286-287); **Epistola mandativa ad comites palatinos** §10. <sup>3</sup> Eph. 6.17. See **Boncompagnus** [5.22.2](#). <sup>4</sup> Not found. See above, note 17, **Rota veneris** [12.2](#). <sup>5</sup> St. Catherine of Alexandria, patron saint of philosophers, rhetoricians, scholars, notaries and nuns. A model of female oratorical genius, she was an obvious example for Boncompagno to offer Sophia. Jacobus de Voragine **Legenda Aurea** (ed. TH. GRAESSE 789-797) and VITEAU **Passion des saints Ecaterine et Pierre d'Alexandrie** (Paris 1897). Excerpts of the passio (BHL 1658-1660) in H. VARNHAGEN **Zur Geschichte der Legende der Katherine von Alexandria** (Erlangen 1891) 4-5, 10-18, 5. Now see A.P. ORBAN ed. **Vitae Sanctae Katharinae** (Turnholt 1992) = Corpus Christianorum. Continuatio Mediaevalis 119-119A. <sup>6</sup> On the striving of a German ducal family for royal status, see JOHANNES FRIED "Königsgedanken Heinrichs von Löwen" **Archiv für Kulturgeschichte** 55 (1973) 312-351. <sup>7</sup> Psal. 44.15.

O daughter, listen and see and incline your ear and forget the hunting flatteries of all adulation and deceptive fawning of mortals, who follow the incentives of vices, and wish to serve a selfish desire. But if they strive to assault the wall of your resolve, take up the sword of the Spirit, which is the word of God, and strike these persuaders with the word of your oath, forcefully contradicting: '*I am betrothed to he whom the angels serve, thus I reject any earthly lover.*' If nobility of lineage is alleged, introduce the example of saint Catherine, who although she was a king's daughter and flourished in the glory of her form and virginity, she preferred to submit to temporal martyrdom for her and your Spouse than to consent to the errors of the heathens. For she issued from royal loins, you indeed are the daughter of the count palatine, she was a queen, you a countess, and yet you now have same Spouse with her, namely the king of kings. Whence from a countess you have become a queen, and so you will sit at the right side of the king, in gilded raiment, cloaked in multicolored garb.

[3] "*Item consueverunt adultores instare circa dignitatem forme, pulchritudinem in membris corporeis per singula distinguendo, quibus instandum est prope. Ne dolosa persuasio invalescat, dicas quidem, 'Pelle et carnibus Deus me vestivit et ossibus et nervis me compegit.'*<sup>1</sup> *De terra sum et in terram ibo, quia omnis caro **fenum** et omnis gloria eius velut flos agri.*<sup>2</sup> *Nam omnis pulchritudo similis est rose, que colligitur de spineto, cuius tripertitum colorem in amenitate florida comprehendunt radii visuales et ipsius fragrantiam nares attrahunt de propinquo, ut in suavitate odoris natura delectabilius recreetur. Sed paulo post rosa pallescit, evanescit odor et subera **desicantur**. Fallax igitur est gloria et vana est pulchritudo.*"<sup>3</sup>

instare adultores *tr.* A      prope: propere B2      nervis: Deus *add.* RB      fenum MBS:  
senum      amenitate: aminitate R      fragrantiam *legi:* flagrantiam BB2S fragrantiam  
ARM      paulo: est *add.* RB      subera: substantia M      desicantur *legi:* desicatur MSB  
desiccatur AR      vana est: est *om.* M

<sup>1</sup> Job. 10.11.    <sup>2</sup> I Peter 1.24; cf. **Boncompagnus 5.20.1 §10.**    <sup>3</sup>**Boncompagnus 5.20.1 §10.**

Adulators are accustomed to be insistent about the dignity of form, distinguishing beauty in the corporeal members, for which it is insisted upon. Lest a harmful persuasion succeed, you may say, '*God has clothed me with skin and flesh and God has constructed me from bones and nerves. I am of the land, I will go in the land, because all flesh is decaying and all its glory is like the flower of the field.*' For all beauty is similar to the rose which is gathered among thorns, whose trebled color the visual rays comprehend in florid amenity, and noses draw its fragrance from nearby, so that nature is desirably recreated in the suavity of the odor. But a little while after the rose pales, its odor vanishes and the cork dries out. Thus glory is fallacious and beauty is futile.

[4] "*Mulier timens Deum*<sup>1</sup> *ipsa laudatur, quia mulier fortis*<sup>2</sup> *vix potest inveniri procul. Stude itaque filia, stude, ut sis mulier fortis et timens Deum, qui te in suam sponsam eligit, volens ut sibi tua opera debeas enarrare*<sup>3</sup> *et non alicui viro terreno. Profecto, que viris carnalibus copulantur, multis gravaminibus et afflictionibus opprimuntur, quia sepe viri formosas contempnunt uxores et occasiones frivolas queritantes matrimonii compagem dissolvunt. Interdum etiam spreto uxoriali thoro minus formosas vel ex toto deformes amant et aliquando ancillis **et pedisequis** debitum voluptatis exsolvunt."*

potest vix *tr.* S      enarrare: enarrare B2M      debeas enarrare: enarrares S  
frivolas *om.* S      etiam: et BR      et pedisequis R: vel pedisetis AMB vel pedissetis  
B2S



<sup>1</sup> Jud. 8.29.    <sup>2</sup> Sir. 26.2.    <sup>3</sup> Sir. 17.8, 18.2.

A God-fearing woman should herself be praised, because a strong woman can hardly be found at all. Therefore strive, o daughter, strive that you may be a strong woman and fearing God, who chose you as His Bride, wishing that you should recount your works to Him, and not to any earthly man. Indeed those who are joined to carnal men are oppressed in many ways by burdens and afflictions, because men often contemn beautiful women, and seeking frivolous pretexts they dissolved the connection of matrimony. Meanwhile spurning their marriage bed, they loved less beautiful or completely ugly women, and sometimes they repay the debt of lust to servant girls and to foot-women.

[5] "*Nam in hiis omnibus est afflictio et oppressio dolorosa. Sed **posito**, quod mulieres sint in pace omnimoda maritorum et ab eis multimode venerentur. Nonne in gravitatione pallent, fastidiunt, suspirant, ingemiscunt et excepto dolore partus non est incognitum, quot et quanta consueverunt parturientibus gravamina provenire et, quod est dolor super omnes dolores,<sup>1</sup> filii et filie, quos nutrierant, aliquando moriuntur. Talium ergo mulierum gaudium luctus in fine consumit,<sup>2</sup> quia non potest absque dolore dimitti, quod cum amore possideri videtur. Sed tu, ab hiis curis et **cognitionibus** libera, confidenter dicere potes opera tua regi regum,<sup>3</sup> qui te 'Sophiam' voluit nominare, quod Sacra Scriptura interpretari 'sapientiam' consuevit. Sis ergo sapiens, ut sapientie radiis illustreris et cum prudentibus virginibus tuam procures eligere portionem.<sup>4</sup> Nos vero te in Domino monemus propensius et hortamur, ut sic in tuo proposito perseveres et perseverare labores, quod accensa lampade ianuam regni celestis cum eis ingredi merearis, ante gloriosam sponsi tui faciem perpetuo regnatura.*"

posito: posita S    partus: parcus A    quot: quod B    consueverunt: consueverint  
 S    nutrierant aliquando: nutrierunt S    cognitionibus: cogitationibus B    te: tu  
 A    voluit nominare: nominaris A    consuevit tr. ante sapientiam A    Sis: Sic A  
 ergo: sis add. A    te tr. R post Domino    hortamur: ortamur B2M    labores:  
 laborares A    gloriosam: gloriam B

<sup>1</sup> Jer. 8.18.    <sup>2</sup> Esth. 9.22, 13.17, 16.21, Lam. 5.15, Bar. 4.32, Jer. 31.13, Jac. 4.9. See **Boncompagnus** [5.22.3](#). <sup>3</sup> Psal. 44.2. <sup>4</sup> Matt. 25.4.

For there is a painful affliction and oppression in all these things. But I posit that women may be in comprehensive peace with their husbands, and might be venerated by them in various ways. Do they not pallor, feel loathing, sigh and groan under heavy burden? And not to speak of childbirth itself, it is not unknown how many and what great burdens arise for those bearing children, and what is sadness beyond all sadness, sometimes the sons and daughters which they have nurtured may die. In the end, grief consumes the joy of such women, because that which seems to be possessed with love, cannot be given up without pain. But you, free from these cares and thoughts, can confidently speak your works to the King of Kings, who wished to name you 'Sophia', which is customarily translated in Holy Scripture as 'wisdom'. Thus you must be wise, so that you may be ennobled by the rays of wisdom, and so you may take care to elect your portion with the prudent virgins. Indeed we carefully warn and exhort you in the Lord, that you so persevere in your resolve and labor to persevere, that you would merit to enter with the <prudent virgins> the door of the heavenly kingdom, lamps lit, to reign perpetually before the glorious face of your Groom.

**5.20.3 De monachis nigris, qui volunt ad Claravalensium religionem transire. Unde consulunt quosdam Claravalenses, quid eis videatur.**<sup>1</sup>

[1] "*Significatione vocabuli diligenti examinatione librata, pauci vel nulli possunt hodie in nigrorum ordine reperiri, qui regulariter valeant monachi nuncupari, si vera est ethimologia, qua monachus dicitur unus tristis. Unde singulariter et cum silentio sedere tenetur et vacare officio. Nos enim extra claustrum assidue pervagamur, carnes usque ad generationem tedii manducamus, diversa vinorum genera degustantes. Quid plura? Spernimus per omnia monasticam disciplinam et nichil secundum beati Benedicti regulam operamur. Nam si quis esset inter nos, qui vellet in aliquo regulam observare, ab omnibus derideretur et tamquam ethnici et publicani eius consortium evitatur, quia non est, qui faciat bonum nec etiam usque ad unum.*"

<sup>1</sup> For the controversial literature between the monastic orders, see A. H. BREDERO **Cluny et Citeaux au douzieme siecle. L'histoire d'une controverse monastique** (Amsterdam 1985). Some of the principle texts are: **Libellus de diversis ordinibus et professionibus qui sunt in ecclesia** ed. GILES CONSTABLE, B. SMITH (Oxford 1972); Nigellus '**Speculum stultorum**' and '**Contra curiales et officiales clericos**' ed. by THOMAS WRIGHT in **The Anglo-Latin Satirical Poets and Epigrammatists of the Twelfth Century** (Rolls Series 59, London 1872) 82-96 and 210; Jacques de Vitry **Historia orientalis** ed. J.F. HINNEBUSCH (Fribourg 1972); St. Bernard '**Apologie de Guillaume Saint-Thierry**' ed. J. LECLERCQ, H. ROCHAIS **S. Bernardi Opera** 3 (Rome 1963); Peter the Venerable **Letters** ed. GILES CONSTABLE (Cambridge Mass. 1967) letters 28 and 111. For the polemic between regulars and seculars, Rupert of Deutz '**Altercatio monachi et clerici quod liceat monacho praedicare**' cf. JOHN VAN ENGEN **Rupert of Deutz** (Berkeley 1983)

[2] "*Optantes igitur fugere germina viperarum et ad Claravallentium fratrum collegium tamquam de turbida tempestate ad portum securissimum devenire, dominationem et amicitiam vestram duximus attentius exorandam, ut nos vestris litteris certificare velit, quid vobis de nostro proposito videatur.*"

#### 5.20.4 Responsio, quod veniant et tardent.

[1] "*Scientie naturalis inquisitores nigrum colorem fore mortis indicativum perhibent et affirmant. Unde, si nigredo in apostasi apparet, mortem predicunt. Profecto monstra et fantasmata infernalium nigro colore pinguntur, et illi, qui de morte carorum tristantur, se nigras induunt vestes, ut per nigredinem et dolorem videantur esse mortuo consepulti. Nec obviat, quod dicitur 'Nigra sum sed formosa,' quia ibi dicitur de nigritudine secundum formam et non secundum accidens casuale.*"

[2] "*Egrediamini ergo de terra Ethiopum horridorum, egrediamini de illorum consortio, qui nigras habent animas et cucullas, de quibus dicitur pessime mentis animeque nigre crimina dira. Et properate et venite ad Claravalle, in qua claret ordo monastice discipline, in qua fratres vitam apostolicam exercentes, propriis non desinunt manibus laborare, illud propheticum adimplentes, labores manuum tuarum manducabis, beatus es et bene tibi erit. Hec est enim illa Claravallis, que implebitur et exaltabitur super montes et colles, qui superbis et elatis monachis figurantur. Nec dico 'monachis', quia esset discoherentia in adiectio.*"

[3] "*Consultationi siquidem vestre sic respondimus, sic suasimus et desinimus suadere, cupientes ut non porteris nomina monachorum in vanum, quia nil refert, si vocaliter 'monachi' appellamini, sicut nil refert, si molendinarii 'vicecomites' appellantur, cum*

*asinus onerant et ipsis ligna relevant a postremis."*

### 5.20.5 Responsio cum dissuasione, ut numquam veniant.

[1] *"Displicere vestre serenitati videre ordo nigrorum et eorum conversationem reputatis per omnia inhonestam. Unde illorum consortium relinquere peroptatis et ad Claravallensium fratrum collegium devenire, quare nos consulere voluistis, quis sit vobis in hac parte agendum. Nos vero, licet sumus de ordine Claravallensi, non duximus veritatem occultare amicis, ne forsitan ex post facto haberetis materiam conquerendi. In sinceritate igitur cordis vestre duximus dilectioni firmiter consulendum, ne veniatis in hunc locum tormentorum, quia quando putabitis evadere Scillam, incidetis absque dubio in Charibdum. Non enim deberet dici 'clara vallis', immo tenebrosa, quoniam fratres illius ordinis in tenebris commorantur et super cunctos mortales iugiter affliguntur."*

[2] *"In primis quidem apponitur nobis panis, qui aliquando conficitur de farinis hordei, spelte, siliginis et frumenti, aliquando siliginis et fabarum. Nec in attaminario<sup>1</sup> farine ponuntur, sed tali cribro cribrantur, quod furfurem et farinam emittit et vix lapillos atque longas potest retinere aristas. Mustum autem nostrum in canalibus adaquatur. Unde talis est potus. Pulmenta nostra sunt fabe, faseoli, orobi, cicera, lentes, panicum<sup>2</sup> et mocate<sup>3</sup> sine aliquo condimento. Hebemus namque in diebus festinis lagana<sup>4</sup> semicocta, pastillos, caseum et olera male parata et aliquando simplices herbas et acrumina<sup>5</sup> generum diversorum. De piscibus non est dicendum, quia vix nobis in anno decies apponuntur."*

<sup>1</sup>attaminare (DU CANGE 1.455): *purgare farinam setacio* (sieve). This description of the cloister life of Cistercians should be compared with Caesarius von Heisterbach. <sup>2</sup> *genus annonae, qua in quibusdam locis homines vice panis sustentantur.* <sup>3</sup> *mocum* (DU CANGE 5.432): a type of bean.

<sup>4</sup> flat- or pancake. <sup>5</sup>bitter herbs such as dandelion

[3] *Verumtamen, qui super nos habent potestatem, in victualibus et indumentis prerogativam obtinent et benefici vocantur. De nocte quidem in officiis et vigiliis cruciamur et in die tamquam silvestres rustici omnia manualia opera exercemus, orationes et jejunium nullatenus omittentes."*

[4] *"Silentium autem quasi perpetuum conservamus, sed in ipsa quiete silentii, quod voce non promimus, signis et nutibus indicamus.<sup>1</sup> Porro qui nobilis est, brachium erigit, ut hastam et lanceam probet suos consanguineos deportasse. Unde se innuit titulo nobilitatis pollere. Postmodum ad dehonestandum illum, qui fuit de prosapia rusticana, super humerum apponit aliquod lignum, ut indicet parentelam illius portasse ligones, aut aliquibus indiciis fingit se fodere vel arare vel portare fimum in collo ad hoc, quod eum plenius dehonestet. Alius vero aliquando ponit sibimet digitum super nasum, ut alterius nasum per minas incidere videatur. Et ita minantur sibi ad invicem inferre verbera, eruere oculos et truncare linguas. Inproperatur etiam alicui per aliqua signa, qualiter nudus ad monasterium venerit aut qualia detulerit indumenta. Et ita signis, nutibus, et indiciis ad invicem se intelligunt, et inferunt impropria de criminibus abhorrendis. Quibus dictis corda fluctuant plurimorum et sicut credimus,*

*verecundia magis quam religio multos ibi detinet in suspenso."*

<sup>1</sup> On the sign speech of Cistercians, see REINHOLD KÖHLER **Kleine Schriften** 2.493; of the Clunics, WALTER JARECKI **Signa loquendi. Die cluniacensischen Signa-Listen** (Baden-Baden 1981); on monastic sign language G. VAN RIJNBERK **Le langage par signes chez les moines** (Amsterdam 1953), J. UMERIKER-SEBEOK and TH.-A. SEBEOK **Monastic Sign Languages** (New York 1987); on gestures in general JEAN-CLAUDE SCHMITT **La raison des gestes** (Paris 1990).

### 5.20.6 De commendatione vite fratrum predicatorum.<sup>1</sup>

[1] "*Fratres, que predicatorum dicuntur, apostolicam ducuntur vitam in terris, quia verbo predicationis multos edificant ad salutem, maxime cum nil voce predicent, quod opere non studeant adimplere.*"

<sup>1</sup> Boncompagnus 5.20.6-9 have been edited by ANTON E. SCHÖNBACH **Beiträge zur Erkennung altdeutscher Dichtwerke, II** SB Wien, Phil-hist. Kl. 145 (1903) 68.

### 5.20.7 De detractone, que fit contra eos.

[1] "*Fratres, que predicatorum vocantur, in bove et asino arare videntur, quia in canonico et monastico habitu et officio sunt permixti. Unde possunt canonici et monachi appellari, et in eo quod sunt monachi, ad predicandum ire non debent, maxime cum ex antiquorum patrum statutis et ipsa nominis interpretatione atque regula monastice discipline sedere debeat monachus et silere.*"

### 5.20.8 De commendatione vite fratre minorum.<sup>1</sup>

[1] "*Fratres Minores vere possunt inter discipulos Domini computari, quia spernendo secularia desideria carnem suam macerant et tormentant et Christum nudis pedibus et cilicio induti sequuntur.*"<sup>2</sup>

<sup>1</sup> cc. 5.20.8-9 appear in P. LEONARDUS LEMMENS **Testimonia minora saeculi XIII de S. Francisco Assiensi** (Grottaferrata 1926) 92, taken from ANTON E. SCHÖNBACH **Beiträge zur Erkennung altdeutscher Dichtwerke, II** SB Wien, Phil-hist. Kl. 145 (1903) 68. LEMMENS adds this comment: *Boncompagni loquitur de tempore, que legislatio ordinis nondum erat terminata, et ante novitium die 20 septembris 1220 a Pontifice praescriptum.*

<sup>2</sup> For knowledge of the Friars Minor, Boncompagno might have drawn on his contacts with bishop Hugolinus, cardinal protector of the Order. Boncompagno could have also met Friars Minor at their house of studies at Bologna (domus S. Mariae de Puliola), on which see CAELESTIN PIANO O.F.M. ed. **Chartularium Studii Bononiensi S. Francisci (saec. XIII-XVI) = Analecta Franciscana** 11 (1970) 10-11. After Francis angrily repudiated this house, which had been established by Iohannes de Sciacca (**Actus beati Francisci** c. 61, nn. 1-3, ed. SABATIER 183f.) it was claimed as the property of Hugolinus, so that the Order might remain free from possessions (Thomas of Celano **Vita secunda** 58). However Francis himself gave permission for S. Antony of Padua to teach theology at this house in 1223-1224 (see the letter "*fratri Antonio episcopo meo*"). The house was moved to a more central location (near the Porta Stiera) in 1236.

### 5.20.9 De detractone, que fit contra eos.



[1] "*Fratres Minores ex maiori parte sunt iuvenes vel pueri. Unde, si iuxta etatum suarum flexibilitatem sunt mutabiles et proclives, non est contra rerum naturam. Ipsi autem iam ad extremam dementiam pervenerunt, quia per civitates, oppida et loca solitaria sine discretione vagantur, horribilia et inhumana martyria tollerando.*"

## **5.20.10 Notula, qua doctrina datur, de suasionibus et dissuasionibus assumendi vel mutandi religionem.**

[1] In cunctis generibus religionum valet fieri persuasio et dissuasio, quia non potest aliquod collegium inveniri, in quo non sit aliquid bonum, pro quo potest alicui suaderi, quod aliquis debeat illi collegio adherere; et in quo non sit aliquid malum, pro quo dissuaderi potest, ne aliquis ad religionem illam accedat, quoniam a lunari globo inferius nichil potest esse ex omni parte beatum. Et est istud quasi generale, quoniam monachi regularium canonicorum vitam reprehendunt, ex eo quod carnes manducant et lineis se vestiunt indumentis. Canonici autem dicunt, quod monachi animas et corpora perdunt et in illo religionis proposito magis illos detinet necessitas quam voluntas.

[2] Item dici potest contra monachos albos: 'Vos alba indumenta portatis, sed anime vestre invidia et fraude nigrescunt.' Vel: 'Habetis cucullas albas et animas nigras, quoniam albedo panni spiritum non immutat.'

[3] Item aliquod est collegium, quod habet habundantiam panis et vini, et aliquod non parvum sustinet defectum. Aliquod est, quod victualibus prehabundat, sed indumentis caret. Aliquod est, in quo sufficienter indumenta et victualia exhibentur, sed in corruptissimo est aere constitutum.

[4] Item fit suasio propter honestatem et religionem, et fit dissuasio propter vigiliis et nimiam psalmodiam.

[5] Item fit suasio propter elemosinarum largitionem, et fit dissuasio propter avaritiam, discordias et conspirationes.

[6] Item suadetur ex benignitate prelati, et dissuadetur ex hypocrisi et tyrannide prelati.

[7] Item fit suasio ex aere sano, et fit dissuasio ex locorum solitudinibus.

[8] Item fit suasio, quod viri sapientes plurimum honorantur, et fit dissuasio, quod odium et invidiam patiuntur.

[9] Item suasio fieri potest ex delectione vivendi et ex iocunditate sociorum, et dissuasio fieri potest, quod egritudine superveniente velut canes morborum ab omnibus reliquuntur.

[10] Item fieri potest suasio, quod numquam de claustro exire presumunt, et valet fieri dissuasio, quod numquam permittuntur in aliquo loco morari.

[11] Item valet fieri dissuasio ingressuris, quod nisi habuerint propria, de communibus nichil habere valebunt.

[12] Hec namque tibi suasionum et dissuasionum genera breviter prenotavi, ut notitiam inveniendi materias copiosius possis habere.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999



# Boncompagnus 5.21

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## 5.21 DE RELIGIOSIS FUGITIVIS<sup>1</sup>

<sup>1</sup> See JEAN LECLERCQ "Documents sur les fugitifs" *Analecta monastica* 7 (1965) = *Studia Anselmiana*, and above, *Boncompagnus* [3.19.17](#), [3.19.20](#), [3.20.35-36](#).

### 5.21.1 Deprehenditur monachus fugitivus et suadetur ei, ut ad monasterium revertatur.

[1] "*Magnitudo excessus dicendi facultatem excludit ...*"

### 5.21.2 Responsio, qua dicitur, quod eum penitet de commissis et redire affectat et agere penitentiam.

[1] "*Cor meum variis cogitationibus fluctuabat ...*"

### 5.21.3 Reprehenditur monacha, que dimisso monasterio sicut meretrix pervagatur.

[1] "*Nigra eras sed formosa quando spreto matrimoniali ...*"

### 5.21.4 Responsio monialis penitentis et redire volentis.

[1] "*Confiteor esse verissima, que michi misere ...*"

### 5.21.5 Reprehendit<ur> sacerdos, qui monacham traxit de monasterio et cum ea vagatur.

[1] "*Non fungi sacerdotio et sub ipsius nominis umbra ...*"

### 5.21.6 Responsio sacerdotis penitere volentis.

[1] "*Domine venerabile patre spiritualis et predicator ...*"

### 5.21.7 Reprehenditur monachus, qui cum monacha fugit.

[1] "*Audi successor veteris Ade, contemptor Christiane ...*"

### 5.21.8 Iocosa responsio Sarabite penitere volentis.

[1] "*Audivi predicatorem hypocrite ampullosam ...*"

### **5.21.9 Responsio generalis pro universis, qui penitere et redire volunt.**

[1] "*De profundis clamo quoniam in profundo ...*"

### **5.21.10 Notula doctrinalis de huiusmodi materiis inveniendis.**

[1] Si collegia sponte non recipiunt huiusmodi fugitivos ...

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.22

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### 5.22 DE HERETICIS<sup>1</sup>

#### 5.22.1 Littere, quas misi patriarche Aquilegensis<sup>2</sup> contra hereticos.

Letter against heretics sent by Boncompagno to Wolfger, patriarch of Aquileia. Theological preamble (1§). Wolfger is warned of the ten heretical sects currently dwelling in six cities of his patriarchate (2§). Those who openly desist in opposing heresy consent to it and are thus infected by it--as is the case with some great prelates of this patriarchate (3§). Boncompagno exhorts Wolfger to extirpate heresy, which also threatens the new university at Vicenza (4§). Wolfger should not allow his temporal responsibilities to hinder a spiritual care for his flock (5§). [Date: 1204-1209]

<sup>1</sup> Heresy is also touched on in **Boncompagnus** [prol. 3.10](#), [1.18.1](#), [1.22.3](#), [2.1.1](#), [2.1.3](#), [3.11.2](#), [3.15.1](#), [3.16.5-6](#), [3.16.16](#), [3.20.1](#), 3.20.43, 5.20.1, and below, 5.23.1, 6.2.26, 6.10.18. <sup>2</sup> Wolfger of Erla, patriarch of Aquileia (1204-1218). See also **Boncompagnus** 1.23.2, 3.14.5, 3.20.5, 5.1.7-8.

[1] "*Cavernose arboris pomum, quo primus humani generis parens extitit Eva mediante deceptus, posteritatem nostram gustu consimili toxicavit.*<sup>1</sup> *Unde ramusculi a vitiatis radicibus propagati vitiis carere non possunt,*<sup>2</sup> *quare in originariam culpam relabimur et reflexibiliter protoplausti iaculis vulneramur. Et licet Dei et hominum Mediator*<sup>3</sup> *per incarnationis misterium apposuerit primo vulnere medicinam et post gratiam ex aqua et Spiritu Sancto renatis viam per evangelia et apostolicas traditiones ostenderit ad patriam redeundi, quidam tamen antiqui serpentis persuasione seducti et litteram, que occidit,*<sup>4</sup> *non spiritualem intelligentiam amplectentes, baptismum negant, carnis resurrectionem non credunt et ipsum demoniorum principem asserunt esse mundialis machine creatorem.*"

Aquilegensis: Aquileiensi Schönbach ed. originariam: orriginariam MS culpam *tr.*  
 post relabimur Schönbach ed. protoplausti: prothoplausti P<sup>3</sup> misterium:  
 ministerium M esse *om.* A

1

See **Boncompagnus** 1.25.11, 1.23.5 and 1.18.7. <sup>2</sup>This epithet for Christ was coined in I Tim. 2.5, and theologically elaborated in Augustine **Enarratio in Psalmum** 29.2-3. Here it seems to be used of the office of a priest. Boncompagno uses it often: **Tractatus virtutum** §14; **Oliva** 37.2; **Boncompagnus** 2.1.2, 2.4.5, 5.22.1, 5.26.6. **Boncompagnus** 3.1.6, 5.23.1 and **Rhetorica novissima** 5.3.1 also apply it to the pope. <sup>3</sup> II Cor. 3.6.

[2] "*Ecce, in patriarchatu vestro inimici crucis Christi consistunt, qui detestabiliores sunt quam barbare nationes vel Hebrei seu etiam ydolatre, qui adoraverunt sculptilia et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum.*<sup>1</sup> *Ista siquidem sunt hereticorum genera, que infra patriarchalem diocesim diabolo instigante vigere noscuntur: Cathari, Patareni, Leoniste, Arnuldiste, Circumcisi, Rebaptizati, Passagini,*

*Cavillarii, Nibbii, Speroniste.*<sup>2</sup> *Sed Paterenorum secta congregat omnia genera piscium in sagena, et sedens iuxta litus erroris, bonos et malos reponit in vasis et idcirco diutius durat et fortius invalescit. Horum siquidem labe ac fetoribus Cume*<sup>3</sup> *languescunt, Mantua sordidatur, Verona claudicat, Vincentia*<sup>4</sup> *iam victa succumbit, Tarvisium torpet, sola Padua in publico se defendit.*"<sup>5</sup>

crucis om. P<sup>3</sup> consistunt om. A Hebrei: Hebrei A Ebrei MP<sup>3</sup> adoraverunt: adoraverunt M mutaverunt: adoraverunt A similitudinem MBB<sup>2</sup>P<sup>3</sup>: similitudine AS hereticorum om. A Arnuldiste: Arnaldiste A Arnoldiste Schönbach ed. Nibii: Nilbii B<sup>2</sup>Tulbii A Tubbii Schönbach ed. Paterenorum AB<sup>2</sup>MP<sup>3</sup>: Paterinorum ?? Patarinorum Schönbach ed. secta: sexta A secca B<sup>2</sup>M erroris: eroris M vasis: heretice pravitatis add. A et<sup>2</sup> om. P<sup>3</sup> Horum: Eorum Schönbach ed. succumbit: subcumbit B<sup>2</sup> Tarvisium SMP: iam add. P<sup>3</sup>Tervisium B Trevisium A Travisium B<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Psalm. 105.19-20, quoted also in **Mirra** 2.2. <sup>2</sup> A similar list is found in formulas for anathematization of heretics, e.g. **Po**. 8445 (Gregory IX, 20 August 1229) listing: *Catharos, Paterinos, Pauperes de Lugduno, Arnaldistas, Speronistas, Passaginos*. The list of heretics in **Liber X** 5.7.15 adds *Iosepinos*. Thus Boncompagno's list omits two sects found in papal lists (*Pauperes de Lugduno, Iosepinos*), and includes five sects not found on the papal lists (*Leoniste, Circumcisi, Rebaptizati, Cavillarii, Nibbii*). The first three are well-known sects, and *Cavillarii* is easily enough understood. Only *Nibbii* remains unexplained. For the terminology of heretical sects, see D. KURZE "Die festländischen Lollarden" **Archiv für Kulturgeschichte** 47 (1965) 68ff.

<sup>3</sup> The suffragens of Aquileia not listed are Concordia, Treviso, Ceneda, Belluno, Feltre, Trient, Triest, Pedena, Pola, Parenza, Cittanova and Capodistria.

<sup>4</sup> On heresy in Vincenza and Boncompagno's pun, see **Boncompagnus** 1.23.3 and 3.15.1. <sup>5</sup> Perhaps Padua was singled out here for its success against heresy because of the activities of St. Antony (1193-1231). For discussion of this passage from the Boncompagnus and evidence of heresy in this area in the twelfth and early thirteenth century, see PAOLO MARANGON **II pensiero ereticale nella Marca Trevigniana e a Venezia dal 1200 al 1350** (Padua 1984) 9-14.

[3] "*Ceterum, quod pudor est dicere, 'Ve, Ve', iam ipsa contagio misit manum non solum ad subditos, verum etiam ad magnos ecclesiarum prelatos, quia satis errant dum errori consentiunt et manifesto desinunt facinori obviare. Sic enim sanctitas incorrupta corrumpitur, Petri navicula naufragatur, aperitur archa federis, disperguntur lapides sanctuarii et iacent in capite omnium platearum.*"<sup>1</sup> *Nec est, qui pro liberatione populi exaltet vocem suam, sed pastores efficiuntur mercenarii et tamquam canes muti non valentes latrare stupescunt.*"<sup>2</sup>

Ve<sup>2</sup> om. P<sup>3</sup> prelatos: misit manum add. A quia: qui P<sup>3</sup> erroris: error B<sup>2</sup> archa: arca A carta S lapides: ia~pades et A

<sup>1</sup> Thren. 4.1.

<sup>2</sup> Isai. 56.10.

[4] "*Vos ergo, patriarcha, patrum princeps, ecclesie catholice cultor, assumite arma iusticie, scutum spiritualis protectionis, loricam fidei, galeam salutis,<sup>1</sup> arcum increpationis et pharetram Scripturarum, ut evellatis vepres, spinas et tribulos comburatis,<sup>2</sup> radices hereticas extirpetis, que sicut gramen germinant<sup>3</sup> et fidelium corda corrumpunt. Prestolatur siquidem adventum vestrum egregius ordo scolarium, qui de diversis mundi partibus causa studii Vincentie commorantur,<sup>4</sup> verentes ne ipsorum aliqui minus videlicet intelligentes et flexibiles<sup>5</sup> minus provide in heresim dilabantur. Profecto magni laboris est magnique discriminis, inter dubias imperitorum opiniones et verisimiles falsitates per viam rectam saneque doctrine semitam inoffensis gressibus ambulare.*"

loricam--salutis om. P<sup>3</sup>      Prestolatur: Postulantur B      qui A: que codd.      Vincentie:  
Vicentie SP Padue P<sup>3</sup>      minus--flexibiles om. SP<sup>3</sup> per homoioteleuton  
flexibiles: flebiles P

<sup>1</sup> Eph. 6.13-17: *armaturam Dei...loricam iustitiae...scutum fidei...galeam salutis assumite*      <sup>2</sup> II Reg. 23.6, Isai. 33.12 and Hebr. 6.8. **Boncompagnus** 1.3.7, 1.16.1, 4.5.3, [5.20.1](#).      <sup>3</sup> Gen. 3.18, Hebr. 12.15.  
<sup>4</sup> This passage allows dating this letter to 1204-1209, when, following a migration from Bologna, a *studium* existed at Vicenza. Cf. **Oliva** 36.10.      <sup>5</sup>*minus* does not modify **flexibiles**. The term is an important one, because in **Oliva** 1.4 Boncompagno describes himself as partaking of the *laicalis conditionis flexibilitatem*. He clearly conceives of flexibility as a negative quality: *feminea conditio sit flexibilis* **Boncompagnus** 1.25.9, *etas flexibilis et proclivis* [5.20.1](#) (cf. Cicero **ad Brut.** 1.18.4); *etatum suarum flexibilitatem* 5.20.9.

[5] "*Non detineant vos igitur Foriulii negotia temporalia,<sup>1</sup> non census et redditus Sclavonie silvestris, sed refoveate debiles, porrigite manum lapsis<sup>2</sup> et propere succurrite gregi vobis commisso, qui sine ductore in Gelboe montibus perimitur et vagatur.<sup>3</sup> Nec est, qui consoletur eum ex omnibus curis eius. Non sacrificetis cum Hely, qui licet sanctus fuerit, filios non correxit,<sup>4</sup> sed transite Iordanem et hedificate altare Domino de lapidibus, quos ferrum heretice non tetigit pravitatis. Et ita beatissimum Hermacoram,<sup>5</sup> cuius vice in patriarchatus cathedra faciente Domino residetis,<sup>6</sup> dignis videbimini operibus imitari et fame vestre sonus latius diffundetur et favorabilius recipiet incrementum.*"

igitur vos tr. Schönbach ed.      Sclavonie: Sclavanie A      debiles: flebiles  
Schönbach ed.      Gelboe: Gebbone (gebbo~e) M      Iordanem MP<sup>3</sup>: Iordanen  
B<sup>2</sup>Iordanum codd.      Hermacoram SPB<sup>2</sup>M: Hermanum coram A Heremocoram  
B      faciente: favente Schönbach ed.      diffundetur: difundetur M

<sup>1</sup>Wolfger received confirmation of the duchy of Friaul from Otto IV in January 1209 (**Acta imperii** ed. E. WINKELMANN 1.14-15 no. 23).      <sup>2</sup>Sir. 7.36.      <sup>3</sup>II Reg. 31.1, I Par. 10.1; Ier. 50.6.      <sup>4</sup>I Reg. 3.13.      <sup>5</sup>Hermagoras (+ ca. 66 A.D.), first bishop of Aquileia. See **Boncompagnus** [5.10.5](#).      <sup>6</sup>Cf. **Oliva** [17.3-4](#).

## 5.22.2 Littere patriarche contra illos prelatos et clericos, qui hereticis

**consentire videntur.**

Wolfger, patriarch of Aquileia, sends a letter of admonishment and correction to all those prelates and clerics in his patriarchate who seem to consent to heretics. The preamble describes heresy with scatological comparisons (1§). Some bishops and prelates in the patriarchate are consenting to heretics, thus reversing the proper ecclesiastical order (2§). These sons of the Church have become bastards (3§). Wolfger orders them to not consent to heresy but rather to oppose it with the Word of God. Should they not, he will persuade the pope to punish them with perpetual degradation from ecclesiastical office and life imprisonment at La Cava (4§). [Date: 1204-1209]

[1] "*Fecis et putredinis dolium aperuit fama vulgaris, de quo progressus est odor mortis in mortem.*<sup>1</sup> *Unde prosiliit letifere contagionis exemplum, quod infinitorum animos labefactat.*"

aperuit: apperuit S apparuit A

letifere: letiffere B

<sup>1</sup> II Cor. 2.16.

[2] "*Nam per diversas partes orbis terrarum est non sine causa probabili divulgatum, quod infra patriarchalem diocesim aliquot episcopi et ecclesiarum prelati hereticis consentire videntur et in contemptu ecclesiastici ordinis eis prebere dicuntur favorem. Unde aurum Christi iam in scoriam est conversum*<sup>1</sup> *et ab hereticis conculcatur, quare plangimus cum Ieremia, dicentes 'O vos omnes, qui transitis per viam, attendite et videte dolorem nostrum, si est dolor similis nostro dolori.'*<sup>2</sup> *Ecce, boves, qui predicationis vomere agrum Domini sulcare deberent, ut asine pascerentur iuxta illas et ipse aratrum*<sup>3</sup> *Sacre Scripture contra religionem Christianam transvertunt, ponunt sibi iugum in cauda et asinas ordine retrogrado imitantur.*"<sup>4</sup>

est non sine: non est sine *tr.* S      diocesim: dyocesim B      aliquot B<sup>ac</sup>: aliquod *codd.*  
P<sup>3</sup>      predicationis: predicatoris B<sup>2</sup>      deberent: deberet P<sup>3</sup>      cauda: caudam B<sup>2</sup>  
ordine *om.* A

<sup>1</sup> Isai. 1.22.

<sup>2</sup> Threni 2.12.

<sup>3</sup> Iob 1.14.

<sup>4</sup> III Reg. 19.21.

[3] "*De his namque dicit Scriptura: 'Filiis enutrivi et exaltavi, illi autem spreverunt me.'*<sup>1</sup> *Isti sunt filii et non filii, quoniam erraverunt ab utero sacrosancte matris ecclesie et locuti sunt falsa. Unde qui erant legitimi, facti sunt filii alieni, quia mentiti sunt michi, inveterati sunt et a semita vere fidei claudicarunt. Isti sunt pastores, qui grege Domini derelicto in solitudinem properarunt, ut pascant porcos heretice pravitatis.*"<sup>2</sup>

his: hiis M

enutrivi et: enutrivit P

porcos: pastores S

<sup>1</sup> Psal 17.46. Cf. also **Decretales Gregorii IX** 4.17.

<sup>2</sup> Matt 8.30-32.

[4] "*Eapropter, sub interminatione anathematis, sub ultione divini iudicii et pena degradationis vobis precipiendo mandamus, ut nullus vestrum audeat alicui heresi*



*consentire aut cum aliquibus hereticis vel eorum fautoribus conversari. Sed pugnare contra eos debeatis gladio Spiritus, quod est verbum Dei,<sup>1</sup> ut infamia, que de vobis penes plurimos inolevit, penitus evanescat. Alioquin ad ultionem vestram summum pontificem taliter inducemus, quod vos perpetuo ab omni officio degradabit et apud Sanctam Trinitatem de Cava recludet,<sup>2</sup> ubi cum depositis et condempnatis usque ad consumationem vite permanebitis degradati."*

pugnare: pugnare B  
AP<sup>3</sup>

debeatis gladio: debeatis *in margine* B<sup>2</sup>

Cava: Clava

<sup>1</sup> Eph. 6.17. See **Boncompagnus** 5.20.2. <sup>2</sup> The monastery of the Trinity at La Cava (near Salerno), where several deposed anti-popes had been imprisoned after their submissions. See **Boncompagnus** 2.3.8, HUBERT HOUBEN **Medioevo monastico meridionale** (Naples 1987) and PLACIDO LUGANO **L'Italia benedettina: Montecassino, Subiaco, Badia di Cava, Camaldoli, Vallombrosa, Montevergine, Montefano, I Cisterciensi in Italia, Monteoliveto, L'Isola di San Lazzaro a Venezia** (Rome 1929).

### 5.22.3 Reprehenditur iurisperitus, qui detrahit ymagini, que Luce a Christicolis veneratur.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> ed. SCHONBACH "Beiträge zur Erklärung altdeutscher Dichtwerke II" **SB Wien phil.-hist. Kl.** 145 (1903), IX, 88f. Reprinted in GUSTAV SCHNÜRER **Sankt Kümmeris und Volto Santo** (Düsseldorf 1934) 163-4. For a good current bibliography on the medieval criticism of relics, see WERNER MALECZEK **Petrus Capuanus. Kardinal, Legat am Vierten Kreuzzug, Theologe (+ 1214)** (Vienna 1988) 10-50. See also literature on icons and iconoclasm.

For the medieval critique of relics: K. GUTH **Guibert von Nogent und die hochmittelalterliche Kritik an der Reliquienverehrung** (Ottobeuron 1970); PATRICK GEARY **Furta Sacra** (Princeton 1978); N. HERMANN-MASCARD **Les reliques des Saints. Formation coutumiere d'un droit** (Paris 1975); K. SCHREINER "Discrimen veri et falsi. Ansätze und Formen der Kritik in der Heiligen- und Reliquienverehrung des Mittelalters" **Archiv für Kulturgeschichte** 48 (1966) 1-53; K. SCHREINER "Zum Wahrheitsverständnis im Heiligen- und Reliquienwesen des Mittelalters" **Saeculum** 17 (1966) 131-169; R. KROOS "Vom Umgang mit Reliquien" in **Ornamenta Ecclesiae III. Katalog der Ausstellung**, ed. A. LEGNER (Cologne 1985) 25-49.

[1] "*Iuris ignarus potius quam iurisperitus deberes merito appellari, quoniam contra sanctiones iuris iuri detrahere presumis, non considerans quid sit contra hereticos et eorum fautores in lege sancitum.*<sup>1</sup> *Nam legale ius corrumpis, dum ipsum Deum, qui iuris est actor, offendere in verbo presumis, non attendens quod propter hoc teipsum reddis infamem et exemplum tribuis minus providis malignandi.*"

detrahit (*tr. S post Luce*)] detrahebat *Schnürer* veneratur *om. A* potius quam] postquam  
*Schnürer* fautores eorum *tr. M* **sancitum]** **sanctitum P S Berlin** actor] autor  
*Schnürer* auctor *M<sup>ac</sup>*

<sup>1</sup> See **Codex Justinianus** 1.5 *De hereticis et manichaeis et samaritis.*

2

3

4

5

[2] "*Ecce, sanctam et venerabilem ymaginem crucifixi, que in ecclesia Lucensi a gentibus et populis veneratur,*<sup>1</sup> *asseris de ligno retorto fuisse, quod faber lignarius arte*

*sua<sup>2</sup> pollivit, rescindens prius ab eo ligna cum ascia et securi, que igni patuerunt et in favillam et cinerem sunt conversa.<sup>3</sup> Residua vero pars ligni fuit ingenioso sculptori commissa, qui subtili dolatura et artificio membra in ipsa distinxit, **infigens** ei oculos in capite cristallinos et in pedibus argenteos subtellares. Postmodum vero cum varietate colorum totam substantiam deauravit, superimponens capiti eius coronam lapidibus preciosis insertam et lumbos exquisita zona precinxit."*<sup>4</sup>

sanctam (sc~am Bern? A? S? Berlin)] sacram Schnürer P in repetit M gentibus] a add.  
 M **fuisse om. M** pollivit (polivit S)] polluit Schnürer rescindens] residens P S  
 recidens A eo] ea Schnürer illeg. in margine P Bern patuerunt] paruerunt Schnürer  
 sculptori] cultori A subtili] sub tali Berlin dolatura] colatura P distinxit] distinxit S  
 P Bern **infigens] infigens A S Berlin** subtellares] sotulares A cum om.  
 Schnürer precinxit] succinxit A

<sup>1</sup> CLARA BARACCHINI and MARIA TERESA FILIERI **II Volto Santo. Storia e culto. Catalogo della Mostra** (Lucca 1982); PIETRO LAZZARINI **II volto Santo di Lucca, 782-1982** (Lucca 1982); **Lucca, il Volto Santo e la civiltà medioevale: Atti** (Lucca 1984); GIULIANO AGRESTI **Volto Santo** (Lucca 1989).

<sup>2</sup> Leobin legend: *Nichodemus...sacratissimum vultum non sua, sed divina arte desculpfit.* (SCHNÜRER ed. 128.22). <sup>3</sup> As SCHNÜRER points out (163, n. 4), this detail appears to have been provided to voice criticism of the wood-chips (*astulae*) mentioned at the end of the Leobin legend, which were offered as relics in Lucca: *Addebant etiam predicti sancti viri, quod de asstulis et particulis preciosi vultus, que, dum sculperetur, residue fuerant, et dum asportatus fuisset illic remanserant, si partem debilitati aut infirmi corporis tangerant, pristinam incolumitatem sine ulla tarditate reformabant, ita ut, si oculus, pes vel manus aut aliquod ceterorum membrorum lesum fuisset, eiusdem sanctissimi membri particula tangeretur et sanaretur ipso adiuvante, qui vivit et regnat in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.* (Schnürer ed. 132-3).

<sup>4</sup> GEZA DE FRANCOVICH "II Volto Santo di Lucca" **Bollettino Storico Lucchese** 8 (1936) 3-28, advanced the (now generally held) thesis that the present Volto Santo (II) is an early thirteenth century copy of the Volto Santo I. The now lost original, originally created in the eleventh or the eighth century, suggested dates of the Leobin legend (ed. SCHNÜRER 127-134, SCHWARZMEIER 338ff. argues forcefully for an eleventh century date), which first documented the Luccan sculpture. In any case Volto Santo I was replaced by II in the early years of the thirteenth century by a sculptor working in the environment of the school of Benedetto Antelami. FRANCOVICH 19, suggests that Boncompagno's letter displays in a guarded fashion its author's doubts about the Luccan sculpture. FRANCOVICH sees in this contemporary evidence of the substitution of Volto Santo I by Volto Santo II.

[3] "*Dicis etiam, quod recoloratur per singulos annos ad hoc, quod pulchrior videatur. Et infra substantiam ligneam predicas esse formicas,<sup>1</sup> dicens quod miracula illa, que de re ymagine sunt scripta, esse mendaciis fallerata et per cupiditatem acquirendi reperta. Nec fuisse verum neque consimile veritati, quod argenteum substellarem proiecerit ystrioni, qui ante ipsam tangebatur cytharam in dulcore.<sup>2</sup> Super quibus errare secundum quorundam opinionem videris, quia multi credunt et fama per orbem terrarum exivit, quod linea, qua ymago illa precingitur, gaudium parturienti conferat mulieri."*<sup>3</sup>

pulchrior P miracula illa que sunt de re imagine scripta *legi]* miracula que de re imagine illa sunt scripta Berlin miracula illa que sunt de ymagine scripta A miracula que de ymagine illa sunt scripta M P S Bern Schnürer fallerata] falerata A per] propter S substellarem] sotularem A istrioni M Bern citharam M A Bern Berlin cytharam P S opinionem] opinio P qua] quibus Schnürer gaudium A] om. codd. sanitatem supplevit Schnürer post mulieri [Schnürer comments: Eine solche Ergänzungverlangt nicht nur der Sinn, sondern auch der Cursus velox.] cf. 5.20.2 linea 64

1

FRANCOVICH 19 notes this is a reference to the decayed state of the Volto Santo I. <sup>2</sup> The *Spielmannswunder* is edited in GUSTAV SCHNÜRER **Sankt Kümmernis und Volto Santo** (Düsseldorf 1934) 159-160. This is a reprint of the original edition by WENDELIN FÖRSTER "Le Saint Vou de Luques" **Romanische Forschungen** 23 (1906) 53. --- The Leobin legend (SCHNÜRER ed. 133) itself attacks the slur that "*non humane lingue fallacia argumenta, sed rerum gestarum evidentissima documenta*" demonstrate the divine origins of the sculpture. <sup>3</sup> See **Boncompagnus** 5.20.2.65 (note 23).

[4] "*Et licet dixerit Placentinus, quod stulti nummos ibi ponebant,<sup>1</sup> non debes Placentinum super talibus imitari,<sup>2</sup> sed placeat tibi credere, quod imago illa non est Deus, sed ad illius honorem formata. Unde ipsam habere debes in reverentia et honore, sicut sigillum, quod Cesaris ymaginem representat, non est Cesar, et tamen auree vel ceree forme reverentia exhibetur et imperialis maiestas forma intermedia<sup>3</sup> veneratur plurimum et timetur.*"<sup>4</sup>

ponebant] ponant S      immago (ymago S *Berlin*)] image *Schnürer*      debes] deberes  
*Schnürer*      Cesaris *tr. Bern ante quod* representant M      Cesar et] Cesar sed *Berlin*  
 maiestas (magestas S)] magestatis A

<sup>1</sup> XXXXX      <sup>2</sup> SCHNÜRER failed to recognize here the famous Bolognese legist. "*Placentinus dürfte hier den Sinn von plaisantin, plaisant = Spassmacher haben; darauf weist insbesondere das Wortspiel mit dem nachfolgenden 'placeat'*" (SCHNÜRER ed. 164). More recent discussions of this passage have not questioned whether Placentinus' writings or glosses make reference to the Volto Santo, nor has any effort been made to more precisely identify the recipient of **Boncompagnus** 5.22.3, since SCHNÜRER suggested he was a jurist at the university of Bologna. Look at Placentinus **Summa super Codicem**. For Boncompagno's approval of Placentinus in another context, see ROBERT BENSON "Libertas in Italy (1152-1226" in **La notion de liberte au Moyen Age Islam, Byzance, Occident** ed. GEORGE MAKDISI (Paris 1985) 191-213 at 203.      <sup>3</sup> Cf. **Oliva** 9 passim, and the reading of MS C at 19.26. Seals are also discussed in **Oliva** cc. 18, 34, 35, 36, 42, 44, 56, 60 and **Boncompagnus** 1.23.12-13, 3.13.17, 3.17.7, 3.18.2, 3.19.20, 5.1.2, 5.4.4, 5.8.12, 6.6.11-12, 6.8.3, 6.8.10, 6.12.1, 6.12.3, 6.14.2-3.

A = Athens, Bibl. Nat. (Bibliothek der Hellados) 2907, saec. XIII; **Boncompagnus** 1r-126v, f. 103v

*Berlin* = Berlin, SPKB lat. fol. 509, saec. XV;

**Boncompagnus** f.

148v-149r

*Bern* = Bern, Burgerbibliothek 322, saec. XIII;

**Boncompagnus**

74r-134v, f. 104rb

M = Munich, Bayerische Staatsbibliothek, Clm. 23499, saec. XIII; **Boncompagnus** 1r-58r, f. 48va

P = Paris, BN lat. 7732, saec. XIII;

**Boncompagnus** 1r-65v

S = Siena, Bibl. Com. G IX 31, saec. XIII;

**Boncompagnus** 1r-79r

V = Vatican City, BAV, Archivio di S. Pietro H13, saec. XIII;

**Boncompagnus** 1r-159r

X = Paris, BN lat. 8654, saec. XIII;

**Boncompagnus** 1-100

*Schnürer* = ed. Schönbach "Beiträge zur Erklärung altdeutscher Dichtwerke II" **SB Wien phil.-hist. Kl.**

145 (1903), IX, 88f. Reprinted in Gustav Schnürer **Sankt Kümmernis und Volto Santo** (Düsseldorf 1934) 163-4.

## 5.22.4 Notula doctrinalis de huiusmodi materiis inveniendis.

[1] Contra hereticos et errores infinite possent materie reperiri. Nam Greci dicunt Spiritum Sanctum a solo Patre procedere, sumentes auctoritatem evangelii, qua dicitur "*Spiritus paracletus, qui a Patre procedit*,"<sup>1</sup> et pro eo quod Latini dicunt, quod a Filio et Patre procedit, heretici apud eos habentur.

reperiri] reperari P inveniri X solo] suo P evangelii] evangeli P ewangelii X a Patre] Patre *Berlin* et pro eo--procedit *om. A per homoiteleuton*

<sup>1</sup> Io. 15.26

[2] Item sacrificant de pane fermentato, dicentes quod corpus Christi fuit in sepulchro triduo in nostre mortalitatis fermento, quod nos errorem sine dubio reputamus.

in nostre *om. A*

[3] Item secundum nos errant in matrimoniis et in plurimis, que non sunt per singula referenda.

plurimis que] plurimis P

[4] Item sunt apud nos quamplures, qui dicunt Deum non esse aliquid, secundum quod est homo, quorum errorem Alexander tertius reprobavit.<sup>1</sup>

Deum S *Berlin Bern Athens*] *om. P* dicunt M<sup>ac</sup> secundum] sed *Berlin*

<sup>1</sup> **JW** 11806, 11809: "*pravam doctrinam, quam adhuc quidam teneant et predicent, quod Christus secundum quod sit homo non sit aliquid, penitus abrogare curent, et Christum sicut perfectum Deum sic et perfectum ac verum hominem ex anima et corpore secundum quod homo consistentem tenendum et predicandum precipiant*".

[5] Item sunt alii, qui dicunt, quod anima nichil sit, antequam infundatur corpori nec postquam a corpore separatur. Et alii sunt, qui dicunt, quod postquam a corpore separatur, non est anima, sed nichil deperit ex ea, quia remanet **essentialis** forma. Alii sunt, qui firmiter asseverant, quod anima bruti animalis perpetuatur per successivam carnis propagationem, sicut anima hominis.

nichil sit] est A infundatur] infudatur P Et alii sunt--prior a corpore *om. A S per homoiteleuton* a corpore *tr. M ante* Et alii corpore *om. S? A?* separatur *om. X* ex ea *om. Schönbach ed* quia] qui P essentialis] essentialiter M **essential' forma Athens S Bern Bern P] essentialiter forma M** animalis *om. A Berlin Bern M Schönbach ed* carnis] creature *Schönbach ed*

[6] Et suum de Salomonis dictis fovent errorem, qui dixit: 'Nichil habet homo iumento

amplius,' et idem: 'Est interitus hominis et iumentorum.'<sup>1</sup> Et alibi dicit: Omnia  
'renovantur et deiciuntur, sic generatio carnis et sanguinis nascitur et finitur.'<sup>2</sup>

et sanguinis nascitur] et hominis anguis nascitur S nascitur A

<sup>1</sup> Eccl. 3.19

<sup>2</sup> Sir. 14.19

[7] Alii sunt, qui dicunt, quod postquam anima separatur a corpore unius, ingreditur  
corpus alterius, et ista circuitio numquam habebit finem.

unius] unus *Berlin* Item alii--nec habebit finem *om. S per homoiteleuton*

[8] Item alii sunt, qui dicunt, quod mundus iste principium non habuit nec habebit  
finem, et ita sensibilis cum dispositione horum planetarum absque fine durabit.

sensibilis] sn~silis M *om. Schönbach ed* cum *om. S snsil~ X*

[9] Non credunt etiam, Adam fuisse primo plasmatum nec a primordiali materia fuisse  
umquam elementa distincta.

primo plasmatum--fuisse *om. A per homoiteleuton* unquam fuisse *tr. Schönbach ed*

[10] Item Cumani dicunt tot esse deos quot rerum genera.<sup>1</sup> Unde quodcumque animal  
prius in mane sibi occurrit, ad honorem illius dei adorant. Etsi ad negotia sua  
fortunatam invenerint horam, dicunt 'Magnus est Deus hyrcorum' vel 'caprarum' seu  
'asinorum' vel 'muscarum' aut 'serpentum', secundum quod alicuius generis animal sibi  
occurrit. Verumtamen firmiter credunt quod unus sit Deus, qui diis omnibus dominetur,  
et apud eos 'Tancredus' vocatur.<sup>2</sup>

tot dicunt *tr. X* prius in mane] in mane primo *Berlin* in mane *tr. A post occurrit*  
adorant] adhorant S P M adorant *tr. A ante ad* fortunatam] fortunam A invenerint  
fortunatam *tr. S* horam] oram M hyrcorum] yrchorum A yrcorum X vel muscarum--  
occurrit] et sic de singulis *Berlin* Tancredus] Tangredus S P

<sup>1</sup> For literature on polytheism in medieval eastern Europe: J. BANASZKIEWICZ "Polytheistische  
Religionen, Slavische Bereich" **LMA** 80-81. <sup>2</sup> XXXX

A = Athens, Bibl. Nat. (Bibliothek der Hellados) 2907, saec. XIII; **Boncompagnus** 1r-  
126v, f. 103v-104r

*Berlin* = Berlin, SPKB lat. fol. 509, saec. XV;  
f. 149r-149v

**Boncompagnus**

*Bern* = Bern, Burgerbibliothek 322, saec. XIII;  
74r-134v, f. 104rb-104va

**Boncompagnus**

M = Munich, Bayerische Staatsbibliothek, Clm. 23499, saec. XIII; **Boncompagnus** 1r-  
58r, f. 48va-48vb

P = Paris, BN lat. 7732, saec. XIII;

**Boncompagnus** 1r-65v, f.

S = Siena, Bibl. Com. G IX 31, saec. XIII;

**Boncompagnus** 1r-79r, f.

V = Vatican City, BAV, Archivio di S. Pietro H13, saec. XIII;  
159r, f.

**Boncompagnus** 1r-

X = Paris, BN lat. 8654, saec. XIII;

**Boncompagnus** 1-100, f.

*Schönbach ed* = Beiträge 62-64

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999



## Boncompagnus 5.23

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### 5.23 DE LITTERIS CITATORIIS

#### 5.23.1 De primis litteris citatoriis per totum regulariter variatis.

[1] "*Religionis christiane moderator, summus pontifex causam, que vertitur inter vos pro facto heretice pravitatis <etc.>*" in hunc modum nobis audiendam commisit.

[2] "*Innocentius episcopus servus servorum Dei*", et ponatur tota epistola papalis.

[3] Et ita semper fieri debet in primis litteris citationis.

[4] Finita quidem epistola ita procedat orator: "*Ideoque paternitati*" vel "*fraternitati vestre*" vel "*tue,*" vel "*discretioni vestre*" vel "*tue,*" vel "*tibi*" vel "*vobis mandamus, ut tertia feria proxima parati et instructi ad respondendum secundum iustitiam nostro vos conspectui presentetis.*"

[5] Vel aliter: "*Mediator Dei et hominum summus pontifex causam etc.*"

[6] Vel: "*Placuit vicario Christi et magistro katholice fidei*" vel "*mediatori Dei et hominum*" Vel: "*Placuit illi qui habet plenitudinem potestatis*" vel "*Placuit sanctitati sedis apostolice*" vel "*Placuit apostolice sanctitati committere nobis*" vel "*michi causam etc.*"

[7] Et est notandum, quod in primis citatoriis litteris ex parte iudicum 'precipere' non debet poni nisi in casu forte quia non postulat ordo iuris.

#### 5.23.2 De secundis citatoriis regulariter variatis.

[1] "*Significamus*" vel "*intimamus*" vel "*notus facimus fraternitati*" vel "*discretioni vestre*" vel "*tue, vobis*" vel "*tibi, quod summus pontifex nobis causam, que vertitur inter vos et Actrebacensem canonicam, audiendam commisit.*"

[2] Vel: "*Qualiter summus pontifex*" vel "*dominus papa causam, que vertitur inter vos, nobis audiendam commiserit et fine debito terminandum, aperte novistis.*"

[3] "*Unde, si miramur, non est mirum, quod ad statutum*" vel "*prefixum terminum non venistis neque alicuius impedimenti causam per aliquem responsalem allegare curastis.*"

[4] "*Quare vobis precipiendo mandamus*" vel "*vobis auctoritate domini pape ac nostra*"

vel "*auctoritate legationis, qua fungimur*" vel "*delegationis, vobis districte precipiendo mandamus*" vel "*sub pena beneficii et officii*" vel "*sub interminatione anathematis iubemus, quatinus in tali termino parati et instructi ad iustitiam faciendam et recipiendam apud talem locum*" vel "*in tali loco nostro vos conspectui presentare curetis.*"

[5] "*Alioquin in vos sententiam tanquam in contumaces feremus*" vel "*non differemus ulterius promulgare.*"

### **5.23.3 De responsivis cum excusatione ac postulatione termini in principio et in fine variatis.**

[1] "*Gaudemus plurimum et letamur, quod summus pontifex causam, que inter nos et tales vertitur, vobis*" vel "*sapientie vestre*" vel "*industrie*" vel "*dominationi*" aut "*paternitati audiendam commisit, quia firmiter credimus et speramus, quod penes vestram sanctitatem nullum in iure nostro patiemur defectum.*"

[2] "*Verum, si scivissetis impedimentum, quod nobis occurrit, nulla fuissetis ammiratione commoti, quod ad primam et secundam citationem secundum vestrum mandatum non venimus respondere parati.*"

[3] "*Preterea nullum potuimus habere advocatum, qui pro parte nostra, sicut expedit, responderet.*"

[4] "*Cuius rei causa benignitatem vestram suppliciter exoramus, quatinus usque ad talem diem nobis terminum prorogetis*" vel "*inducias conferatis*" vel "*nobis terminum dignemini prorogare.*"

### **5.23.4 Cum ad preces terminus prorogatur.**

[1] "*Assertioni vestre fidem simpliciter adhibentes, vobis terminum, quem petitis, prorogamus, vos attentius commoventes, ut in preceptis nostris ulterius nos deludere non velitis*" vel "*deludere minime presumatis, quia nullum reportabitis de inobedientia vestra profectum.*"

### **5.23.5 De litteris peremptoriis in fine regulariter variatis.**

[1] "*Aperte videmus, et nobis incognitum non existit, quod in prima secunda et tertia citatione nos deludere voluistis, ad excusandum excusationes in dolis et machinationibus frivolis inania respondententes.*"

[2] "*Nunc autem sub hoc uno peremptorio vobis precipiendo mandamus, quatinus in tali termino ad exhibendum cautionem iudicio sisti nostro, vos non differatis conspectui presentare.*"

[3] "*Alioquin in causa procedere minime differemus*" vel "*procedemus in causa, prout*

*iuris ordo requirit" vel "in ipsius cause cognitione secundum iuris ordinem procedemus" vel "rationes alterius partis nichilominus audiemus" vel "ipsi cause de sapientum consilio finem debitum inponemus" vel "non differemus causam ipsam fine canonico terminare" vel "in vos tamquam in contumaces sententiam proferemus."*

### **5.23.6 Promulgatur interdicti sententia et statuitur terminus, ultra quem contumaces sunt excommunicati.**

[1] *"Propter inobedientiam et contumaciam vestram in vos interdicti sententiam promulgamus, statuentes quod si usque ad talem terminum ad exhibendum cautionem iudicio sisti non veneretis, sitis excommunicationis vinculo innodati, quam excommunicationem auctoritate summi pontificis faciemus per circumpositas ecclesias promulgari."*

### **5.23.7 Notula de huiusmodi materiis inveniendis.**

[1] In huiusmodi quippe materia tanta posset fieri extensio perorandi, quod ipsa prolixitas fastidium generaret. Nam huiusmodi littere originem habent a iure canonico et civili.

[2] Unde orator inspicere debet, quando causa fuerit appellatione remota commissa vel sine appellatione, aut qualiter fuerit super principalibus et accessoriis appellatum.

[3] Consideret etiam causarum varietates, diversitates negotiorum, tergiversationes, machinationes, fraudes et dolos partium.

[4] Et si non fuerit instructos in iure, interroget subtilius iudices delegatos et assessores, quorum auctoritate atque consilio sunt queque singula pertractanda.

[5] Item queruntur aliquando salaria post contestationem litis pro iudicibus, assessoribus, notariis, nuntiis. Super quibus et aliis principalibus et accessoriis ultra sufficientiam in canonico iure tractatur.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.24

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### 5.24 DE ROGAMINIBUS, QUE PORRIGUNTUR IN CAUSIS

#### 5.24.1 Rogatur delegatus, ut unam partem debeat in suo iure fovere.

[1] "*Vobis est plurimorum insinuatione relatum, quod ...*"

#### 5.24.2 Responsio, qua significatur, quod libenter exaudire.

[1] "*In hoc video, quod estis discretionis titulis ...*"

#### 5.24.3 Alia responsio cum indignatione.

[1] "*Non sumus ut arundines, que levi aura flectuntur ...*"

#### 5.24.4 Rogatur delegatus, ut causus pauperum et impotentium habet pre oculis.

[1] "*Credo immo scio et rerum est, quod semper cuiuslibet ...*"

#### 5.24.5 Respondet legatus, quod talia rogamina libuntur exaudire.

[1] "*Iustissima rogamina nostra in quibuscumque optinebit ...*"

#### 5.24.6 Consuluit aliquis delegato, quod si vitare potest, non procedat ad sententiam finitivam, ut vitet odium.

[1] "*Nisi personam vestram diligerem corde sincero et ...*"

#### 5.24.7 Consuluit aliquis delegato, ut non dimittat propter odium, quod sententiam finitivam non ferat.

[1] "*Probitatis vestre famam per diversas provincias ...*"

#### 5.24.8 Responsio utrique cum variatione.

[1] "*Ex dilectione sincera et animi puritate processit ...*"

#### 5.24.9 Notula doctrinalis de huiusmodi materiis inveniendis.

[1] Super huiusmodi enim et consimilibus negotiis infinite ...

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.25

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### 5.25 DE LITTERIS, QUE FIUNT PRO CONTROVERSIIS MATRIMONIORUM

**5.25.1 Littere alicuius pontificis pro conquestione mulieris, que desponsata fuit et cognita que vire inficatur, unde vult aliam recipere in uxorem.**

[1] "*Ex lacrimosa conquestione .B. mulieris nobis ...*"

**5.25.2 Responsio delegati, quod asserit illum virum dicere, quod prius cognovit quandam consanguineam mulieris, quare dicit matrimonium non tenetur.**

[1] "*Iuxta mandati vestri tenorem .B. parrochianum meum ...*"

**5.25.3 Littere per totum variate de conquestione mulieris, quam vir dimisit et adultera superinduxit.**

[1] "*Ex conquestione .B. nobilis*" vel "*pauperis mulieris ...*"

**5.25.4 Littere unius episcopi alii episcopo pro conquestione mulieris, que vir dimisit et ad civitatem illam aufugerit, ubi aliam dicitur desponsalem.**

[1] "*Ex flebili querimonia .B. latricis presentium ...*"

**5.25.5 Littere episcopi, cui consistant, quod parrochianus talis uxorem dimisit et habitum religionis assumpsit. Unde significat illis, qui eum receperunt, quod illum dimittere non postponant.**

[1] "*Per publicam vicinie famam nobis est probabiliter ...*"

**5.25.6 Littere episcopi pro conquestione viri, qui desponsavit quedam, que illum non vult recipere in maritum.**

[1] "*Bernhardus molendinarius nobis assertione sua ...*"

**5.25.7 Littere episcopo alteri episcopo pro facinore mulieris, que virum suum occidit.**



[1] "*Enorme facinus .I. mulieris nobis compellimur ...*"

### **5.25.8 De viro, qui uxorem suam interfecit.**

[1] "*Quidam noster parrochianus nomine .I. uxorem suam ...*"

### **5.25.9 Littere pro conquestione viri, quem uxor dimissit et cuidam monacho adhesit.**

[1] "*Berta mulier aborrenda omnique pudore digna maritum ...*"

### **5.25.10 Littere a simili per contrarium procedentes.**

[1] "*Albertus vir aborrendus omnique pudore dignus ...*"

### **5.25.11 Notula, qua doctrina datur, quare tintunabula pulsantur et extinguuntur candelae pro excommunicatis.**

[1] Multi sunt, qui ab abscondunt se in ecclesiis et faciunt excommunicationem latenter, ad hoc quod videantur observasse preceptum, et hoc faciunt ad vitandum odium aut causa timoris vel amoris. Dicitur etiam pulsatis campanis et candelis extinctis, ut excedentes magis erubescant et fiant apud universos abominabiles et infames. Porro, cum assidue tintinabula propulsantur, ad memoriam hominum scelera peccantium reducuntur. Unde infamia renovatur, per extinctionem siquidem candelarum significatur privatio eterne vite vel pena dampnationis eterne. Sicque multos reducit ad penitentiam verecundia, quos vix aut numquam ammonitio ad caulas gregis dominici revocaret etc.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.26

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### 5.26 DE LITTERIS, QUE FIUNT PRO TESTIBUS COHERCENDIS

#### 5.26.1 Mandant iudices delegati aliquibus, ut iurent testimonium perhibere veritati.

[1] "*Super causa, que vertitur inter*" tales, "*vestrum testimonium postulatur. Ideoque vobis per presentia scripta mandamus, quatinus testimonium veritati perhibere curetis.*"

#### 5.26.2 Littere preceptorie ad illos, qui noluerunt testimonium perhibere veritati.

[1] "*Credimus, quod sine occasione aliqua veritati deberetis testimonium perhibere. Sed vos id facere neglexistis. Unde miramur.*"

[2] "*Nunc autem ex auctoritate sedis apostolice, qua fungimur, vobis districte precipiendo mandamus*" vel "*sub pena beneficii et officii*" vel "*sub interminatione anathematis vobis iubemus, quatinus omni dilatione postposita perhibeatis testimonium veritati.*"

#### 5.26.3 Tertio loco inducunt penam excommunicationis, si post visionem litterarum non fecerint.

[1] "*Quia prius mandatum et postea preceptum nostrum contempnere presumpsistis, vos excommunicationis vinculo innodamus, si post harum visionem testimonium non perhibueritis veritati.*"

#### 5.26.4 Rogant delegati iudices senem religiosum, ut iuret testimonium perhibere.

[1] "*Sanctitatem vestram duximus in Domino exortandam, ut super causa, que vertitur inter*" tales, "*testimonium perhibere velitis.*"

#### 5.26.5 Excusatio senis propter habitum religionis et senectam.

[1] "*Cum iam de seculo fugerim et conversationem reliquerim mundanorum, miror, quod me vultis trahere ad secularia iuramenta.*"

[2] "*Preterea sum vir annosus, immo iam in senecta et senio constitutus.*"

[3] *"Unde vobis duxi humiliter supplicandum, ut considerantes non dico religiosum sed religionis habitum et etatem decrepitam, in qua consisto, michi deferre in hac parte velitis."*

### **5.26.6 Suadent iudices, quod magis tenetur propter illa duo testimonium perhibere.**

[1] *"Cum Dei et hominum Mediator ad aliud non venerit nisi ad perhibendum testimonium veritati, quia ipse Deus est veritas, meritorium esse credimus, quod vos exortamur ad perhibendum testimonium veritati."*

[2] *"Nam et in hoc vos religionis habitus non excusat, quia tunc religio esse videbitur fructuosa, cum discordie per vestrum testimonium sopientur."*

[3] *"Porro annosa etas ad fovendum veritatem vos magis inducit, quia in hore senium sapientia reperitur et constantia illibata."*

### **5.26.7 Notula doctrinalis.**

[1] Illi autem, quibus deficiunt materie perorandi, recurrant ad titulos<sup>1</sup> in quibus DE TESTIBUS pertractatur.

1  
Below, [6.12](#), above 5.26.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 5.27

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title \(6.1\)](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### 5.27 DE FURTIS INCISIONIBUS ET INCENDIIS, QUE CREDUNTUR ESSE A VICINIS VEL PERSONIS DOMESTICIS PERPETRATA

#### 5.27.1 De illo, cui fuerant oblata omnia, quando surrexit ad matutinum in nocte nativitatis Domini.

[1] "*Parrochiani, cui nobis lacrimosa conquestio patefecit ...*"

#### 5.27.2 De illo, cui fuerunt nocturno tempore vinee atque arbores incise et apum receptacula confracta.

[1] "*Nocturno tempore, quo custodia non potest in prediis ...*"

#### 5.27.3 De illo, cuius domus fuit de media nocte combusta, in qua etiam periit filia, que iacebat in cunis.

[1] "*Excessum detestabilis odii et dolose et inimicitie ...*"

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 6.1

[Table of Contents](#) -- [Previous title \(5.27\)](#) -- [Next title-- Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 6.1 DE NOVIS AMICIS ACQUIRENDIS

### 6.1.1 De illo, qui vult aquirere amicitiam illius, quem numquam vidit.

[1] "*Fama celebris, que de vestre nobilitatis altitudine de gentibus in gentes et de regnis ad populos alteros convolavit, nos inducit plurimum et hortatur, ut vestram amicitiam acquirere debemus et ipsam gratis et <??> obsequiis conservare. Iubere igitur, in quibuscumque placet, dignabimini, quia parati sumus et erimus exequi, quod amicabiliter pollicemur.*"

| [\[56vb\]](#) P

### 6.1.2 Responsio, qua grates referuntur et significatur, quod munera transmittit pro amicitie roboratione.

[1] "*Nobilitatis vestre littere et curialitatis radice ...aliquando solatiari| velitis.*"

solatiari| [\[57ra\]](#) P

### 6.1.3 De illo, qui litteris mittat consanguineum suum, quem numquam vidit.

[1] "*Quamquam vos corporeis adhuc oculis non viderimus ...*"

### 6.1.4 Responsio, qua mittens de litteris commendatur cum benivolentie captatione.

[1] "*Excellentia vestram dignis laudibus commendamus ...*"

### 6.1.5 Notula pro variatione.

[1] Epistole in hoc titulo posite possunt pro quibuslibet viris et mulieribus regulariter variari.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 6.2

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### 6.2 DE SUASIONIBUS ET DISSUASIONIBUS IN MATRIMONIIS CONTRAHENDIS.<sup>1</sup>

#### |6.2.1 De illo, qui rogat aliquem, ut taliter faciet, quod talem possit habere dominam in uxorem.

[1] "*Vobis est plurimorum insinuatione relatum et fama ...*"

| [\[157<sup>a</sup>\]](#) Berlin [\[57<sup>rb</sup>\]](#) P

<sup>1</sup> Cf. A.G. RIGG **Gawain on marriage: the textual tradition of the *De coniuge non ducenda* with critical edition and translation** Studies and texts of the Pontifical Institute of Mediaeval Studies 79 (Toronto: Pontifical Institute of Mediaeval Studies, 1986). [Gualterus Mapes], **Disuasio Valerii ad Rufinum ne ducat uxorem**. Vgl. MANITIUS 3, S. 265f.

#### 6.2.2 Responsiva, qua significatur, quod libentissime faciat.

[1] "*Excellentia nostra me dignata est rogare, ut ...*"

#### 6.2.3 Littere, quas interponitor mandat patri puelle.

[1] "*Filius ducis Carinthie suis nobis litteris intimavit ...*"

#### 6.2.4 Responso patris.

[1] "*De probitate dilectionis vestre plurimum confidentes ...*"

#### 6.2.5 Suasio, ut omnes paribus debeant nubere.

[1] "*Scriptum est: 'Nubere pari', ergo si tue conditionis ... | nonnulli, qui hoc matrimonio impedirent etc. "*

| [\[157<sup>v</sup>\]](#) Berlin

#### 6.2.6 Admonetur, ne aliquis ancillam recipiat in uxorem, et potest fieri conversio.

[1] "*Vi<??>s deberes in rogu<?> proici, spectante omni populo ...*"



### 6.2.7 Suasio de commendatione morum et pulchritudine corporea et nobilitate.

[1] *"Domina .B. filia comitis .A., est aspectu decora, gracilis in ilibus, in risu blanda, incessu modesta, fulget honestate morum, sapiens est et benigna, dulcis, affabilis, placida, mansueta, gula eius sicut massa nivea et dentes inter labella crossula et rubentia lacte candidiores, et capilli quasi aurum, quadam crocitate micantes. Oculi sicut stelle relucent, qui staturam faciunt angelicam radiare. Preterea mater eius originem de imperiali stirpe contraxit et dives est| plurimum et habundans. Hec siquidem omnia vos debent propensius invitare ad matrimonium contrahendum, quia ille felicissimus erit inter felices, qui tante domine merebitur copulari."*<sup>1</sup>

dives est | [\[57va\]](#) P

<sup>1</sup> Schönbach ed = Beiträge 57

### 6.2.8 Dissuasio propter morum ineptitudinem, deformitatem persone atque ignobilitatem.

[1] *"H. filia comitis .A. est aspectu deformis, in ilibus tuberosa, in risu inepta, incessu fluida, displicet ineptitudine morum, stulta est et iracunda, aspera, balbutiens, gibba, nasicurva, clamosa, garrula et vacillans. Gula eius velut tetra fuligo, dentes inter fetida labella nigrescunt et capilli quasi sete porcorum| quadam rigiditate silvescunt. Oculi eius sunt duo carbones extincti, qui staturam tartaream esse demonstrant. Preterea mater eius originem de servili stirpe contraxit et pauper est plurimum, carens omni ubertate rerum. Hec autem omnia debent vos a proposito contrahendi matrimonium revocare, quia ille miserrimus erit inter miseros, qui tam horridam feminam recipiet in uxorem."*<sup>1</sup>

porcorum | [\[158r\]](#) Berlin

<sup>1</sup> Schönbach ed = Beiträge 57

### 6.2.9 Dissuasio, ex eo quod primo fuit alteri desponsata.

[1] *"Licet sit nobilis pulchra satis et decora, alteri ..."*

### 6.2.10 Dissuasio propter appositionem colorum et claudicationem atque brevitatem stature.

[1] *"Licet pulchra per colorum impositionem esse cernatur ..."*

### 6.2.11 Dissuasio propter virginitatis amissionem.

[1] *"Non dubito illam esse plurimum nobilem et formosam ..."*

### **6.2.12 Dissuasio, ex eo quod monasterio fuit oblati.**

[1] "*Bene vobis est consulendum, ut illam velitis recipere ...*"

### **6.2.13 Dissuasio, ex eo quod cognita fuerit a monachis et clericis.**

[1] "*Vobis est propensius consulendum, ut illi copulari ...*"

### **6.2.14 Suasio, ut recipiatur sacerdos vel clericus in virum.**

[1] "*Eras de filiabus Ierusalem, si sacerdotem vel clericum ...viro tuo| exprimetur electum oleum de altari, et ita...*"

viro tuo| [\[158v\]](#) Berlin

### **6.2.15 Dissuasio propter tonsuram.**

[1] "*Si sacerdoti vel clerico fueris desponsata eris vidua ...*"

### **6.2.16 Dissuasio, ex eo quod fuit venifica et medea.**

[1] "*Illa quam vultis recipere in uxorem esse dicitur ...*"

### **6.2.17 Dissuasio, ex eo quod mater eius meretrix fuit.**

[1] "*Mater .B., quam optatis recipere in uxorem multorum ...*"

### **| 6.2.18 Dissuasio propter senectutem.**

[1] "*Pudorosum est cuilibet pro pecunia recipere mulierem ...*"

| [\[57vb\]](#) P

### **6.2.19 Dissuasio propter amissionem amicorum.**

[1] "*Si talem acceperitis in uxorem, amicos plurimos ...*"

### **6.2.20 Dissuasio contra viduam, que in mortem sui mariti esse dicitur machinata.**

[1] "*Illam vis recipere in uxorem, que in morte cuiusdam ...*"

### **6.2.21 Suasio pro vidua, ex eo quod bene sciat domus negotia**

## **pertractare.**

[1] "*Fructuosum est recipere viduam in uxorem, que sciat ...*"

### **6.2.22 Suasio propter habundantiam divitiarum.**

[1] "*Cuilibet est propensius consulendum, ut talem recipiat in uxorem, de qua pecuniam possit habere, non est curandum de nobilitate vel prosapia...non postponas/ quantumcumque...*"

postponas | [\[159f\]](#) Berlin

### **6.2.23 Dissuasio contra virum, qui multas desponsavit et nullam retinuit et quandam dicitur occidisse.**

[1] "*Illum vis recipere in maritum, qui plurimas desponsavit ...*"

### **6.2.24 Dissuasio contra virum propter paupertatem et econverso.**

[1] "*Illum vultis recipere in maritum, qui cogitur pre ...*"

### **6.2.25 Dissuasio contra virum, ex eo quod dicitur esse leprosis et econverso.**

[1] "*Bene consulo, bene suadeo, ut talem non recipiatis in virum, quoniam a multis perhibetur esse leprosus.*"

### **6.2.26 Dissuasio, ex eo quod aliquis dicitur esse heretia feodatur.**

[1] "*Amicitie vestre duximus firmiter consulendum, ut illum non recipiatis in virum, quoniam hereticus est et ad ecclesia separatus.*"

Dissuasio contra virum propter heresim et econtra. *rubr. Berlin*

### **6.2.27 Dissuasio propter lineam parentele.**

[1] "*Criminosum esset et contrarium rationi, si eum ...*"

### **6.2.28 Dissuasio contra illum, que omnia ludendo consumit.**

[1] "*Mortiferum consilium suscepistis, si eum vultis recipere in maritum, qui omnia bona matrimonii sui ludendo consumit et per singulos dies spoliatur ad caram. Unde factus est fabula populorum.*"

Dissuasio propter ludum care. *rubr. S*

### 6.2.29 Dissuasio, ex eo quod aliquid esse dicitur hermafroditus.

[1] "*Iocosum est quid reffero, sed absque dubio dampnosum esset vobis, quoniam ille, quem vultis recipere in maritum, hermafroditus esse absque dubio perhibetur. Unde, si haberetis burdonem, reperietis in eo scarp sellam.*"

Dissuasio propter gybbum rubr. S

### 6.2.30 Dissuasio propter frigiditatem et parvitatem membri. |

[1] "*In veritate audivi et plurimis est sine dubio ...membri virilis|...*"

rubr. membri | [159<sup>v</sup>] Berlin      virilis | [58<sup>ra</sup>] P

### 6.2.31 Notula iocosa et vera.

[1] Nota, quod ab initio et ante secula non fuit auditum, quod aliqua mulier maximum pene reputaret ad penam, quare de magnitudine dissuadere nemo potest aliqui mulieri.

### 6.2.32 Dissuasio propter homicidium perpetratum et converti potest.

[1] "*Quomodo posset vester animus inclinari ad recipiendum ...*"

### 6.2.33 Dissuasio propter vilia officia.

[1] "*Quomodo recipies illum in virum, qui semper asinum sequitur et eidem lignum revelat in posteris, ponit taratanteram<sup>4</sup> super molam et in collo portat sacculum et farinam? Item illum vis recipere in maritum, qui cum sonitu forcipis vel silibo vocat ad radendum barbato, et Etheopem pro nummulo ad balnea trahit, in stuphis abradit pudenda, minuit, cautherizat, incendit et emungit sanguinem cum ventosis, quas in retibus defert post terga. Item illum vis recipere in maritum, qui semper capidem<sup>5</sup> portat suspensam in zona, et cuius fama usque ad caldariam et ollam pervenit."<sup>6</sup>*

<sup>1</sup> DU CANGE 8.31: est instrumentum, quo farina colatur, et instrumentum, cuius percussione granum defluit inter molas molendini.      <sup>2</sup>      <sup>3</sup> Schönbach ed = Beiträge 57

### 6.2.34 Dissuasio contra virum propter senectutem.

[1] "*O vesania inaudita, O stultitia muliebris, quomodo ...prebebit| ...*"

prebebit | [160<sup>r</sup>] Berlin

### **6.2.35 Dissuasio contra virum propter fetorem <h>oris et potest fieri conversio.**

[1] "*Quem de consilio amicorum vultis recipere in maritum, os habet fetidum, qui fetor est odori sepulcrorum similis. Unde ipsius consortium ab hiis, qui sciunt morbum seu vitium, cautius est vitandum.*"

### **6.2.36 Notula, que generaliter doctrina datur de omnibus suasionibus et dissuasionibus, que possunt in contrahendis matrimoniis pervenire.**

[1] Suaderi potest, quod hoc debeat fieri pro bono pacis ...pervenire. |

pervenire | [\[58<sup>rb</sup>\]](#) P

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#)© Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 6.3

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### 6.3 DE LITTERIS, QUAS AMICI TEMPORE GUERRE ADINVICEM SIBI TRANSMITTUNT

#### 6.3.1 Littere illorum, qui petunt suffragium ab amicis tempore guerre, cum variatione regulari.

[1] "*Pro hereditatis paterne et defensione cum duce Bauguerie ...*"

| [\[58va\]](#) P Barbarie Berlin

#### 6.3.2 Responsio, qua promittitur, quod libenter sua rogamina exaudierit.

[1] "*Cum intimatis nobis, quod vos oporteat guerram ...*"

#### 6.3.3 Littere aliquorum civium ad suos amicos, quos ad expeditio invitant.

[1] "*Rationibus et populis incognitum non existit, qualiter ...*"

#### 6.3.4 Responsio, qua significatur, quomodo se preparant ad expeditionem.

[1] "*Vestre magnitudinis litteris intellectis fecimus ...*"

#### 6.3.5 Notula, qua notatur, quod omnes cives ultra debitum se commendant et fere omnes faciunt idem.

[1] Omnes cives Ytalie pro suis civitatibus in maximo verborum fastu loquuntur et tam de se quam de aliis commendationes faciunt ampullosas et a veritate remotas. | Et in hoc delinquit omnes mortales secundum magis et minus. Unde oportet oratores consuetudinem imitare.

remotas [\[58vb\]](#) P

#### 6.3.6 Littere quibus amici sollicitantur, ne venire differant, quoniam inimici veniunt contra eos.

[1] "*Dum celebraremus consilium generale, vestri nobis nuntii retulerunt, quod Mediolanensis cum suo carrochio et circumpositis ...*"



### **6.3.7 Littere, quibus aliqui cives rogant antiquos amicos, quod aut eos iuvant aut non offendant.**

[1] "*Utinam reduceretis ad memoriam nostrorum parentum obsequia et servitia, que vos ipsi vobis ...*"

### **6.3.8 Responsio cum indignatione.**

[1] "*Si de vobis miramur, non est mirum, et maxime cum aperte sciatis, quod iuramenti vinculo simus Mediolanem sibi colligati et rogare presumitis, quod eis non prebeamus auxilium et favorem.*"

### **6.3.9 Littere, quibus aliquis princeps vel comitas precipit sibi subiectis, quod se preparent ad expeditionem.**

[1] "*Universitati vestri districte precipiendo mandamus, ut secundum quod vobis ex parte nostra fuerit a presentium latore iniunctum, vos ad expeditionem paretis, procul dubio scientes quod siquis contrafacere presumpserit, inpositum bannum sine spe rehabilitationis persolvat.*"

### **6.3.10 Littere Lucensium ad Florentinos ad auxilium.**

[1] "*A flore nomine Florentinus recepisse turba Ytalica non ignorat et quilibet vident assidue per effectum, quoniam situ loci, strenua militia et multitudine populi numerosa refleret. Unde Florentini a Florentia derivati florescunt, et de suis inimicis triumphum et floridam victoriam reportantes, florigeri efficiuntur pariter et famosi. Talium ergo triumphatorum auxilium civitas Lucana implorat, cupiens ut flos luci taliter coniungatur, quid inimici et rebelles audito nomine contremescant et Luca relucens victoriosius per Florentiam reflorescat.*"

### **6.3.11 Responsio cum affectione.**

[1] "*Lucem nobis amicitie civitas Lucana transmissit, que Luca merito dici valet, quoniam inter civitates velut stella matutina relucet. Unde Florentia, que famosis est ab ea preconis commendata, ita in suo servitio reflorebit, quod de suis inimicis florem victoriae lucisque triumphum reportare valebit.*"

### **6.3.12 Notula ad interpretationibus nominum.**

[1] Licet hoc nomina Florentia scilicet et Luca sint apta satis laudabili ethimologie ac interpretationi, tamen nullum nomen alicuius loci aut viri seu mulieris vel etiam bruti animalis est adeo laudabile| vel ineptum, quod per contrarium vel per similitudinem vocis vel effectus aut per aliquem casualem eventum non possit per industriam providi oratoris in bonam et in malam interpretationem venire.

lauda|bile [59<sup>ra</sup>] P oratoris] orationis P

### 6.3.13 Littere, quibus aliqui proceres contra aliquem principem auxilium civitatis implorant.

[1] "*Guido Guerra palatinus Tuscie comes castrum nostrum, quod dicitur Laterinum, obsidere miniatur et sicut nobis est a pluribus intimatum, iam facit exercitum congregari. Unde ad vos tamquam ad speciales dominos et patronos recurrimus confidenter, supplicantes attentius ut si fuerit oportunum, vestrum nobis auxilium sicut specialibus vestris civibus inpendatis.*"

Laterinum Bern Athens Berlin] Latercinum P Lantertinum Siena dominos Siena Bern] amicos  
prem. P nobis] vobis P

### 6.3.14 Responsio, qua promittitur, quod libenter facerent, sed timent in itinere.

[1] "*Credere debetis et pro certo sperare, quod nostrum vobis auxilium non deerit. Verumtamen in itinere timeremus, quia vasalli comitis possent nos facile impedire. Demum vestre duximus prudentie consulendum, ut castrum vestrum faciatis armis et victualibus taliter premuniri, quod castellani ex aliquo defectu se reddere non cogantur.*"

### 6.3.15 Littere, quibus castellani obsesi intimant, quod offensores non timent.

[1] "*Comes Petrus de Celano cum comite Iacobo de Tritarico, sicut toti est Apulie manifestum, per quatuor mensium spatium nos obsedit, et licet ...*"

### 6.3.16 Littere, quibus intimant obsessi, quod ulterius se defendere non possunt propter validam famem.

[1] "*Afflicti et consumpti fame intollerabili castrum ...*"

### 6.3.17 Littere, quibus obsessi rogantur, quod usque ad triduum se defendant.

[1] "*Perseverentiam vestram dignis laudibus commendam se ...*"

### 6.3.18 Invectiva contra illum, qui post habitam victoriam pacem facere dedignatur.

[1] "*Cum fortuna ridet in posterum, est cautius precavendum ...immo| sepe...*"

immo| [59<sup>rb</sup>] P

### **6.3.19 Inproperium contra illum, qui pacem facere recusavit.**

[1] "*In summitate rote superabiliter consistentes amicorum ...*"

### **6.3.20 Littere, quibus aliquis sponte promittit se alicui sereviturum in guerra.**

[1] "*Fama publica per diversas partes Yspanie convolavit ...*"

### **6.3.21 Littere de materia consimili.**

[1] "*Cum simus speciales fideles et amici vestri, non sine ...*"

### **6.3.22 Littere, quibus referuntur de libera promissione grates et significant, quod veniant et alios ad veniendum inducant.**

[1] "*De libera promissione vestra vobis grates referimus ...*"

### **6.3.23 Littere, quibus aliquis princeps militibus generaliter promittit dare soldos et dampna emendare.**

[1] "*Notem facimus universis militibus, ad quos littere ...*"

### **6.3.24 Littere, quibus alicui consulitur, ne de tali guerra se intromittat.**

[1] "*Quia vos et honorem vestram diligo corde sincero ...memorie commendare. |*"

commendare| [\[59<sup>va</sup>\]](#) P

### **6.3.25 Littere, quibus aliquis iubetur, ne de tali guerra se intromittat.**

[1] "*Universitati vestre nomine iuramenti et sub ...*"

### **6.3.26 Littere, quibus aliquis intimat, quod qui tali servit sibimet imputet et qui eum offendit similiter.**

[1] "*Multis est notum et vobis incognitum non existit ...*"

### **6.3.27 Littere, quibus aliquis rogat pro militaribus armis et equis.**

[1] "*Properare optans ad exercitum, quem illustris rex Arragonensium in Siciliam dirigit ...*"

### **6.3.28 Notula inductiva ad excusationem.**

[1] Siquis non potest aut non vult iussa vel postulata effectui mancipare, ad titulum [DE IMPEDIMENTIS EVIDENTIBUS](#) recurrat et tam ibi quam in multis locis per libros occasiones et excusationes plurimas poterit invenire, si sciverit etiam modicum.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 6.4

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 6.4 DE VICTORIIS, TREUGIS ET COMPOSITIONIBUS<sup>1</sup>

#### 6.4.1 Significant alicui victoriam, quam de prelio deportarunt.

[1] "*Inenerrabilis nuntiorum iocunditas vobis ineffabile ...Madii fuimus hostes| agressi et ita...*"

| [\[59va\]](#) P Littere quibus significatur de victoria facta et triumpho habito. *rubr. Siena*  
hostes | [\[59vb\]](#) P

<sup>1</sup> *Siena* and some other MSS have no title 6.4, DE VICTORIIS, TREUGIS ET COMPOSITIONIBUS. Instead, these 10 chapters are added on to title 6.3.

#### 6.4.2 Littere de consimili materia.

[1] "*Rem ammirabilem et inauditam fortunam vobis ...*"

De fortunata victoria contra inimicos. *rubr. Siena* .

#### 6.4.3 De victoria facta in mari.

[1] "*Inter Cyprum et Cretam invenimus capellectos, que ... non paucos, ut| mare quosdam...*"

De his qui habuerunt victoriam contra cursales. *rubr. Siena* . ut | [\[60ra\]](#) P

#### 6.4.4 Responso generalis ad tres victorias antedictas.

[1] "*Nostrarum pagina litterarum nos fecit inenerrabili ...*"

Responso quod multum letantur de factis victoriis. *rubr. Siena* .

#### 6.4.5 Significatur, quod pax est facta.

[1] "*Universitate vestre tenorem presentium intimamus ...*"

De illis qui significant quod treuga sit facta. *rubr. Siena* .

#### 6.4.6 Consulitur, quod licet sit pax facta, se tamen debent cautius

## custodire.

[1] "*Gaudium vobis et letitiam intimamus, quia inter nos et*" tales "*pax est facta et ad plenum concordia reformata, in qua fuerunt pontifices et abbates et religiosi viri quamplures, multi milites et numerosa populi multitudo.*"

De illis qui significant quod pax est fact. *rubr. Siena* .

### 6.4.7 Significatur, quod pax vel treuga est fracta.

[1] "*Post solemnem treugam vel pacis compositionem ...*"

De illis qui conquerunt quod inimici eorum sibi fregerunt treugam vel pacem. *rubr. Siena* .

### 6.4.8 Responsio, qua significatur, quod dolent.

[1] "*De proditione, quam contra vos fecerunt plurimum ...*"

Responsio amicorum qui ex hoc se dolere fatentur. *rubr. Siena* .

### 6.4.9 Significatur, quod una die fuit pax facta et infra homicidia pertractata.

[1] "*Meum exordium est effusio lacrimarum et narrationis ...firmare. Postmodum/vero...*"

Lacrimosa conquestio illius cui duo filii post compositionem pacis fuerunt occisi. *rubr. Siena* .  
Postmodum | [\[60<sup>rb</sup>\]](#) P

### 6.4.10 Notula doctrinalis.

[1] De huiusmodi guerris treugis et pace infinita posset fieri extensio materialium, quia nemo comprehendere omnes posset speciales rerum eventus. Unde oratorum arbitrio specialia queque relinquo.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999



## Boncompagnus 6.5

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 6.5 DE CUSTODIENDIS MUNITIONIBUS ET CAPTIVIS, ET DE LITTERIS CAPTIVORUM

#### 6.5.1 Suadet aliquis princeps ministeriali suo, ut diligenter custodiat arces et castella sua.

[1] "*Propter specialem delectionem, quam ad te habemus et ...careant| et sint vera fidelitate probari...*"

| [\[60<sup>rb</sup>\]](#) P      careant | [\[60<sup>va</sup>\]](#) P

1

#### 6.5.2 Responsio, qua significatur, quod fideliter faciet. Sed rogat, ut iubeat omnibus, quod sibi obediant.

[1] "*Dominationis vestre ammonitio michi dulcis extitit ...*"

#### 6.5.3 Littere, quibus iubet dominus universis, ut sibi obediant.

[1] "*Universitati vestre sub pena et banno rerum et personarum precipiendo mandamus, quatenus dilecto fideli ministeriali nostro .H. de Chunreng tamquam nobis curetis in omnibus et per omnia obedire, alioquin indignationem nostram incurretis, et quodcumque bannum nostrum per vestros excessus imponet, solvere vos in integrum oportebit.*"

#### 6.5.4 Conqueruntur illis, quibus iubetur de ministeriali.

[1] "*Precepistis nobis, quod debeamus .H. viro ministeriali obedire, qui nos preter solitum in angariis, perangariis, collectis, albergariis gravare non cessat. Nos autem scire volumus, si de vestra voluntate procedit, quia relinquemus vestra terras et fugiemus ad extraneas nationes. Si autem ista vobis non placent, alium nobis vicecomitem proponatis, quoniam istius non possumus nequitiam sustinere.*"

viro ministeriali] vestro vicecomiti Schönbach ed.

#### 6.5.5 Littere, quibus iubet dominus, ne suos homines niumium aggravare presumat.

[1] *"Te ad custodiendum castra et arces nostras specialiter ordinavimus, et tu, sicut intelleximus per querimoniam plurimorum, homines nostros nimium aggravare presumis. Quare tibi stricte precipienda mandamus, ut nullam eis ulterius molestiam inferas vel gravamen."*

### **6.5.6 Notule doctrinalis de nominibus officariorum.**

[1] Huiusmodi officarii in quibusdam partibus ministeriales ...

### **6.5.7 Notula, in qua doctrina sufficiens exhibetur de custodiendis captivis.**

[1] Versipellis astutia plurimorum ad liberandum captivos ...electis consanguineis obsidem| dare debebat...

obsidem [\[60vb\]](#) P

1

### **6.5.8 Littere de eadem materia.**

[1] *"Quamvis credamus vos esse ad vestrorum captivorum ..."*

### **6.5.9 Littere contra custodes, qui captivos non tormentant.**

[1] *"Factus es propheta et sacerdos quoniam captivos ..."*

### **6.5.10 Littere, quibus intimant captivi, quomodo affligantur.**

[1] *"<??> de digito fecissens et de lacrimis ..."*

### **6.5.11 Littere illorum captivorum, qui a Sclavonibus orribilius tormentantur.**

[1] *"Afflictiones inenarrabiles et cruciatus inhumanos ...curriculum| elevati..."*

curriculum | [\[61ra\]](#) P

1

### **6.5.12 Littere illorum Christianorum, qui a Sarracenis captivi tenentur.**

[1] *"In medio nationis Barbare captivati ad vos cum Ieremia ...assidue verberant| et*

*reverberant...*"

verberant | [\[61<sup>rb</sup>\]](#) P

1

### **6.5.13 Inproperium generale contra parentes vel alios, qui de captivis non curant.**

[1] "*Contra conditionis humane naturam ...*"

### **6.5.14 Notula, qua doctrina datur, quod raro huiusmodi littere indigentur responsivis.**

[1] Antiquitus fuerit consuetudo, quod si viri sapientes in exilium mitterentur aut detinerentur captivi, faciebant libros de variabili statu conditionis humane, de fortuna, de consuetudine, de variis rerum eventus, sicut fecit Ovidi in **Ponto** insula, Boethius Papie, in has enim fecit epistolas Ovidi, quibus nemo respondit aut quia respondere ignorabant aut quia non habebant opportunitates mittendi. Nam et auctores carcerum captivis exhiberi litteris non permittunt. Unde premissi epistolis non respondi, sed si necessaria est, responsio responderi posset hoc modo universis, que taliter carceribus affligantur.

### **6.5.15 Generalis responsio ad captivos.**

[1] "*Postquam intollerabilia tormenta et miserias inauditas ...*"

### **6.5.16 Responsio specialis ad illos, qui tenentur a Sarracenis captivi.<sup>1</sup>**

[1] "*Verbera carnificum non timuerunt sancti Dei, sed ...cum Dathan| et ab....celicam portionem.*"

Dathan | [\[61<sup>va</sup>\]](#) P

<sup>1</sup> JAMES WILLIAM BRODMAN **Ransoming Captives in Crusader Spain: The Order of Merced on the Christian-Islamic Frontier** (Philadelphia 198X).

### **6.5.17 De suasionem, que fit ab aliquo, ne captivi nimium affligantur.**

[1] "*Cum sint homines animalia rationabilia, mirandum est ...*"

### **6.5.18 Littere, quibus consilium alicui exhibetur, quod cum captivis paciscatur, quia non poterit eos tenere.**

[1] "*Amicitie vestre duximus firmiter consolendum, ut ...*"

### **6.5.19 Littere, quibus iubetur, ut captivi dimittantur.**

[1] "*Nobis est plurimum insinuatione relatum, quod ...*"

### **6.5.20 Notula doctrinalis super huiusmodi materiis.**

[1] Relinquuntur hic infinite materie, quia contingens ...

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 6.6

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 6.6 DE COMMENDATIONIBUS ILLORUM, QUI DEBENT FIERI MILITES, ET DE LITTERIS SECURITATIS

#### | 6.6.1 De magno viro, qui commendat filium suum alicui principi,<sup>1</sup> ut apud eum addiscat illud idioma et promovetur ad gloriam militarem.<sup>2</sup>

[1] "*Quandocumque nobis occurrit materie vestre altitudini litteras destinandi, gaudio inenarrabili exultamus et ineffabilis exultationis recipimus incrementum, quia nominis vestri memoria est nobis tamquam lux indeficiens, cuius radiis assidue illustramur. Verum quia preconceptum non valemus sermonibus explicare, summam nostre intentionis vobis tenore presentium aperimus. Transmittimus ad vos dilectissimum filium nostrum .N., quem sicut nostrorum oculorum pupillam amamus, optantes ut in vestra curia bonis moribus informetur et Teutonicam" vel "Francigenam" sive "Latinam" sive "Ungaricam linguam addiscat. Et noveritis, quod licet preter istum quatuor filios habeamus, in isto tam specialius munere gratie vel nature quasi totam spem nostram posuimus et amorem," vel ita post 'amamus': "optantes ut in vestra curia gloriam suscipit militarem" vel "optantes ut eum primitium gladium succingatis" vel "optantes ut apud vestram magnitudinem recipiat gloriam militaris."*

| [\[61va\]](#) P | [\[61vb\]](#) P N.] H. Schönbach ed.

<sup>1</sup> LUTZ FENSKE "Der Knappe: Erziehung und Funktion" in **Curialitas** ed. JOSEF FLECKENSTEIN (Göttingen 1991) 55-127. HANNAH COTTON **Documentary letters of recommendation in Latin from the Roman Empire** (Königstein/Ts. : Hain, 1981) Beiträge zur klassischen Philologie ; Heft 132. <sup>2</sup>ELSBET ORTH "Formen und Funktionen der höfischen Rittererhebung" in **Curialitas** ed. JOSEF FLECKENSTEIN (1991) 128-169, with bibliography of the pertinent studies by JEAN FLORI at p. 129 note 4.

#### 6.6.2 Responsio, qua dicitur, quod libenter hoc executioni mandabit, in fine variatio.

[1] "*Vestre amicitie rogamina cum affectione cordis et anime desiderio admittentes, filium vestrum, quem nostrum ob specialem dilectionem, quam ad vos habemus, absque dubio reputamus, honestis et curialibus informari moribus faciemus sub specialem magistrum daturi, qui eum linguam Teutonicam non desinat edocere" vel ita post 'admittentes filium vestrum' usque ad 'reputamus': "primitium gladium succingemur" vel "ad militarem procurabimus ordinem honorabiliter promovere" vel "nepotem vestrum sub sequentibus tacitis militem honorabiliter faciemus."*

#### 6.6.3 Littere, quibus aliquis miles rogat aliquem principem, quod filium suum promoveat ad gloriam militarem, in fine variatio.

[1] "*Celsitudini vestre atque liberalitati non desinimus ...*"

#### **6.6.4 Littere pro nepote.**

[1] "*Dominationem vestram, de qua plene confidimus et cui ...*"

#### **6.6.5 Littere, quibus aliquis rogat pro consanguineo suo, ut ad militarem ordinem promoveatur.**

[1] "*Altitudini vestre, que se in vocantibus placabilem ...promovere.*" |

promovere | [\[62<sup>ra</sup>\]](#) P

#### **6.6.6 Littere in fine variate, quibus aliquis commendat aliquem suum amicum alteri amico.**

[1] "*De sinceritate amicitie vestre plurimum confidentes, ...*"

#### **6.6.7 De commendatione pro securitate itineris.**

[1] "*Dilectum et specialem amicum meum .R. presentium ...*"

#### **6.6.8 Littere, quibus aliquis seipsum reprehendit, ex eo quod in huiusmodi nimium fatigat dominum vel amicum, verumtamen ad huc rogat.**

[1] "*Recognosco me forte in via morum errare, ex eo quod ...*"

#### **6.6.9 Responsio cum benivolentiae captatione.**

[1] "*Non eras in via morum, si pro amicis tuis nos ...*"

#### **6.6.10 Littere, quibus rogatur aliquis, ut det securitatem et recipiat pedagium.**

[1] "*Nobilitatem et magnitudinem vestram duximus litteris presentibus rogitandam, quatinus latoribus .I. et .B. civibus Florentinis generales litteras concedatis, quibus universis hominibus vestri districtus firmiter iniungatur, quod nullus eos offendere in personis vel rebus presumat.*"

[2] "*Ipsi autem semper volunt solvere pedagium constitutum. Et insuper uterque illorum unam libram piperis pro commendatione sua singulis annis persolvat.*"

#### **6.6.11 Notula doctrinalis de inventione consimilium materiorum.**



[1] Hoc genus commendationis est quedam species tributi vel pedagogii vel temporalis securitatis, quoniam ad tempus huiusmodi redditus persolvunt, idest donec mercatores illi conversari vel transire volunt per terram illorum dominorum. Et quandoque talis commendationis redditus perpetuantur.

[2] Item quandoque pro huiusmodi securitatibus impetrandis confertur solum sigillum, ut in terris illorum dominorum, qui multum a suis timentur. Et quandoque dantur nuntii usque ad tuta loca.

### **6.6.12 De litteris, que conferuntur pro securitate cum sigillo sine salutatione.**

[1] *"Notum sit universis hominibus nostri districtus, quod latoribus presentium mercatoribus Placentinis has litteras dedimus nostro sigillo impressas, mandantes atque districte iubentes, ut nullus eis vel eorum nuntiis in personis vel rebus molestiam aliquam inferat vel gravamen. Siquis autem eos offendere in aliquo presumpserit, indignationem et iram nostram incurret et iudicium non poterit evadere ultionis."*

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 6.7

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 6.7 DE TORNIAMENTIS ET NUPTIIS<sup>1</sup>

### | 6.7.1 De illo, qui sollicitat aliquem militem, ut vadat ad torneamentum.

[1] "*Sonus per diversas partes Gallie iam exivit, quod aliquot principes et milites infinite debent in proximo Pentecoste ad torneamentum in Flandria<sup>2</sup> convenire.*"

| [\[62ra\]](#) P | [\[62rb\]](#) P

1 Critical edition of this and the next title, with extensive analysis in DANIELA GOLDIN **B come Boncompagno: Tradizione e invenzione in Boncompagno da Signa** (Padua: Centro stampa, Palazzo Maldura 1988); Italian translation in XXX. The critical apparatus given here for this title was selectively drawn from GOLDIN's edition. <sup>2</sup> Perhaps at Tournai (Doornik, lat. *Tornacum*) or Binche (lat. *Binchium*, in Hainaut/Hennegau, 18km west of Charleroi), or Chauvency-St. Hubert (dept. Meuse)

[2] "*Ut recipiatis igitur sollempnioris fame augmentum, vos duximus propensius exhortari, quatinus ad tante iocunditatis et exultationis conventum venire nullatenus postponatis.*"

### 6.7.2 De illo, qui dissuadet, ne vadat.

[1] "*De sano et saniori consilio non procedit, quod ad torneamentum debeatis in Flandriam properare, et presertim cum in huiusmodi torneamentis<sup>1</sup> aliquando perpetuum odium generatur, et plurimi sepius occiduntur. Fit rerum amissio in contentionibus expensarum pro solo vento fame, quam vos pro istiusmodi vanitatibus acquirere non oportet.*"<sup>2</sup>

<sup>1</sup> <sup>2</sup> For an imperial statute against tournaments, see above, [4.6.3](#).

### 6.7.3 De illis, qui suos amicos invitant ad novam militiam vel nuptias.

[1] "*De nostri beneplacito genitoris et consilio amicorum procedit, quod in Pasca roseo militarem gloriam assumamus et ducamus filiam comitis de Sabadia in uxorem.*"

[2] "*Ad summam igitur quasi totius honoris nostri vos tamquam preelectos consanguineos et amicos propensius invitamus, rogantes ut duplici glorie nostre velit prout expedit interesse.*"

### 6.7.4 Responsio cum affectione.

[1] "*Gloriosus epistole vestre tenor multiplici nos fecit gloria refluere, quia in eo plenius intelleximus, quod in Pasca roseo roseam et famosam ducetis uxorem et cum nova sponsa novam militiam assumetis.*"

[2] "*Unde pre gaudio sumus velud aquile renovati, qui pennas letitiae ultra solitum assumentes, ad vestram solempnitatem quasi volando iocundius veniemus.*"

### 6.7.5 Notula doctrinalis.

[1] Qui non potest aut non vult, ad titulum [DE IMPEDIMENTIS](#),<sup>1</sup> ut sepe notavi recurrat.

<sup>1</sup> Above, [3.15](#).

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 6.8

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#) -- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 6.8 DE RENUMERATIONIBUS IOCLATORUM<sup>1</sup>

#### 6.8.1 De inventatore cantionum.

[1] "*Quanti nominis quanteve fame sit Bernardus Eventator<sup>2</sup> et quam gloriosas fecerit cantiones et dulcisonas invenerit melodias, multe orbis provincie recognosunt.*"

| [\[62<sup>rb</sup>\]](#) P

<sup>1</sup> Critical edition of this and the previous titles, with extensive analysis in DANIELA GOLDIN **B come Boncompagno: Tradizione e invenzione in Boncompagno da Signa** (Padua: Centrostampa, Palazzo Maldura 1988); Italian translation in XXX. The critical apparatus given here was selectively drawn from GOLDIN's edition. --- See above, [1.19](#) and WOLFGANG HARTUNG **Die Spielleute: eine Randgruppe in der Gesellschaft des Mittelalters** (Wiesbaden: Franz Steiner Verlag, 1982) = **Vierteljahrschrift fuer Sozial- und Wirtschaftsgeschichte** Beihefte 72; HANNES KAESTNER **Harfe und Schwert: der höfische Spielmann bei Gottfried von Strassburg** (Tübingen: Max Niemeyer Verlag, 1981) = Untersuchungen zur deutschen Literaturgeschichte 30

<sup>2</sup> See R. LEJEUNE "Le nom de Bernart de Ventadorn" in **Mittelalterstudien. Erich Köhler zum Gedenken** Studia romanica 55 (Heidelberg 1984) 157-165 and also MAURIZIO PERUGI **Saggi di linguistica trovadorica: Saggi su Girart de Roussillon, Marcabruno, Bernart de Ventadorn, Raimbaut d'Aurenga, Arnaut Daniel e sull'uso letterario de oc e oil nel Trecento italiano** (Tubingen: Stauffenburg, 1995) Romanica et Comparatistica 21

[2] "*Ipsum ergo magnificentie vestre duximus commendandum, liberalitatem vestram rogantes attentius, ut eum ob nostre amicitie interventum honorabilius remunerare velitis, scientes quod fuisse gratum plurimum et acceptum, quod vestre militie atque nuptiis voluit interesse.*"

#### 6.8.2 De violatore.

[1] "*Latorem presentium .H., qui violam sit tangere in dulcore, ad vos duximus destinandum, rogantes ut eum remunerare nostre dilectionis intuitu debeatis.*" <sup>1</sup> |

debeatis | [\[62<sup>va</sup>\]](#) P

#### 6.8.3 De liratore vel symphonatore.

[1] "*Litteras nostri sigilli munimine roboratas vestre duximus amicitie destinandas, rogantes ut latori presentium .E. renumerationem vice nostra sicut expedit conferatis, scientes quod hic novit cantare cum lira et tangere mirabiliter symphoniam.*"

#### **6.8.4 De zitharedo.**

[1] *"Ad vos hunc transmittimus zitharedum, rogantes ut si cordas iocunde fecerit consonare, iocundum sibi premium tribuatis."*

#### **6.8.5 De arpatore vel rotatore.**

[1] *"Virum curialem pariter et famosum, qui arpam vel rottam super omnes in omnimoda varietate sonorum tangere comprobatur, vestre nobilitati attentius commendamus, rogantes quatinus munus vestrum eius operi et scientie coequetur."*

#### **6.8.6 De saltatore.**

[1] *"Lator presentium nomine Saltarellus ex re nomen habere videtur, quia saltat ut cervus et ascendit sicut muscipula super cordas."*

[2] *"Unde rogamus, quatinus vice nostra ei de suo velit respondere labore."*

#### **6.8.7 De illo, qui scit volucrum exprimere cantilenas et voces asininas.**

[1] *"Lator presentium nomine Falandrellus effectum per vocem nititur imitari, quoniam horis officio exprimere cernitur diversas volucrum cantilenas, et quod est mirabilius, sic tertias promere nititur asininas, quod si foret absens, esse asinus crederetur."*

#### **6.8.8 De coniectore.**

[1] *"Ioculator hic, qui vobis littera nostras apportat, Laurentius Baraterius nominatur, qui effectum per vocem ostendens, ovum ita variat sub capello, quod aliquando nux esse videtur, aliquando coclea limacharum. Agitur enim alia visu miranda, unde sibi pro nobis aliquid munusculum conferetis."*

#### **6.8.9 De quodam ceco mirabili.**

[1] *"Lator presentium nomine Passa iocularores omnes cecos superat in videndo, quia licet non habeat oculos ea tamen per ymagines et ferrea instrumenta ostendit, que videntes etiam ostendere non valerent."*

[2] *"Unde qui ethimologiam sui nominis imitatur, idcirco debet in muneribus copiosus honorari."*

#### **6.8.10 De cantatore vel saltatore.**

[1] *"Latrix presentium nomine Vagetta vagando transcurrit per orbem dulciter modulatur, saltat volubiliter et orbiculariter voluitur in choreis, unde concessimus ei nostrum sigillum, volentes ut infra suum aliquid munusculo imprimatur."*

### 6.8.11 De litteris generalibus pro quolibet ioculatore ac ioculatrice.

[1] "*Latorem*" sive "*latricem presentium .P., ioculatricem*" sive "*ioculatorem, qui*" vel "*que nostre curie*" vel "*nuptiis voluit interesse, curialitati vestre attentius commendamus, rogantes ut eum*" vel "*eam nostre dilectionis intuitu remunerare velitis.*"

### 6.8.12 Notula, qua doctrina datur de iocosis nominibus ystrionum et quomodo Guido Guerra palatinus Tuscie comes secundum interpretationes nominum consueverit deludere histriones.

[1] Huiusmodi siquidem ystriones sibi nomina iocosa imponunt, vel quod per diversitatem nominum sint magis famosi, aut quod de suo nomine trahant materiam coniocandi, aut audientes provecentur ad risum.

[2] Unde Guido Guerra palatinus Tuscie comes ex talium nominum interpretationibus multos ioculatores derisit.

[3] Unus quidem in vulgari tale nomen hababat, quod litteraliter 'picam' significabat. Unde illum coegit ascendere in arborem ad volandum.

[4] Item duo simul ad eum venerunt, quorum unus vocabatur Malanocte, | et alter Maldecorpo. Unde illum, qui vocabatur Malanocte, nudum posuit super tectum, dum ningeret et flaret boreas ex adverso. Maldecorpo autem fecit inter duos ignes nudum prosterni et corpus tamdiu cum axungia porcina fricari, donec altius proclamaret "*Bene sum liberatus*".

Malanocte | [\[62vb\]](#) P

[5] Similiter quidam ystrio vocabatur Abbas. Unde sibi fecit totum caput abradi relicto parvo circulo capillorum.

[6] Et ita secundum nominum interpretationes delusit sepe quamplures.

[7] Item in quodam Pascha plurimi ad eum venere, qui, cum post triduum remunerationem peterent incessenter, elegit ex eis quasi centum ystriones, qui videbantur esse rurales, et iussit eos ascendere non parvum cumulum palearum, super quem tamdiu steteret coacti, donec ignis, quem undique fecit apponi, aliquid tangeret de indumentis, barbibus pariter et capillis.

[8] Nota, quod hoc titulus rarissime vel numquam indiget responsivis.

---

\* \* \*



© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

## Boncompagnus 6.9

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 6.9 DE FIDEIUSSORIBUS ET MUTUATORIBUS

#### 6.9.1 Littere, quibus aliquis nobilis rogat amicum, quod pro ipso debeat fideiubere.

[1] "*Pro guerris torneamentis et nuptiis celebrandis coacti sumus expendere infinita, sicut vestra desiderabilis amicitia non ignorat.*"

| [\[62vb\]](#) P

[2] "*Nunc autem ad vos tamquam ad securum portum recurrentes, dilectionem vestram attentius deprecamur, ut apud Br. Coloniensum negotiatorem pro nobis in duobus milibus marcharum debemus a nostris hominibus recipere peccunie quantitatem, unde in proximo cuncta in integrum persolvemus.*"

#### 6.9.2 Responsio, qua significatur, quod exaudivit rogamina postulantis.

[1] "*Iuxta vestrarum precum tenorem, quas loco suscepimus mandatorum, pro vobis in mille marchis argenti ad pondus| Coloniense fideiubere curavimus, habentes in desiderio magnitudini vestre nunc et semper in quibuscumque poterimus deservire.*"

pondus | [\[63ra\]](#) P

#### 6.9.3 Littere, quibus aliquis nobilis rogat amicum, quod sibi mutuet aurum, et promittit de collecta persolvere totum.

[1] "*De amicitie vestre sinceritate plurimum confidentes, vos confidentius et securius deprecamur, ut nobis mille auri uncias mutuare velitis, procul dubio scientes quod in proximis Kalendis Iunii<sup>1</sup> per terram nostram collectam faciemus fieri generalem, et postmodum totam peccunie quantitatem persolvi.*"

<sup>1</sup> June

#### 6.9.4 Notula, qua notantur ea, pro quibus nobiles recipere mutuo peccuniam compelluntur.

[1] Hee sunt cause, que magnos viros compellunt mutuo recipere peccuniam: frequens hospitalitas, que fit causa curialitatis, fideiussio pro amicis, dona, que conferuntur ad laudem guerre, seditiones, cause vel placita, visitatio curiarum, desponsatio

feminarum, amor mulierum, ludus alearum vel zare,<sup>1</sup> egritudo et inopinata rerum ammissio, peccunie acceptio sub usuris, gula, ebrietas, negligentia, controversiam incursus, et improvidentiam rei familiaris.

<sup>1</sup>See above, [1.11.3](#), [1.13.3](#), [4.6.6](#), [5.6.25](#). WALTER TAUBER **Das Wuerfelspiel im Mittelalter und in der fruhen Neuzeit: eine kultur- und sprachgeschichtliche Darstellung** (Frankfurt-New York: Peter Lang, 1987) Europaeische Hochschulschriften. Reihe I, Deutsche Sprache und Literatur, Bd. 959. ANTJE KLUGE-PINSKER **Schach und Trictrac: Zeugnisse mittelalterlicher Spielfreude in salischer Zeit** (Sigmaringen: Jan Thorbecke, 1991).

[2] Unde illi, qui mutuant vel fideiubent, considerare debent propensius omnes causas predictas, nisi forte sint suppositi potentibus, quia frequenter contingit, quod domini a suis fidelibus petunt mutuo sine spe reddendi.

### **6.9.5 De illo, qui rogat, quod sibi aliquis peccuniam acquirat mutuo.**

[1] "*Amicitiam vestram, de qua plene confidimus, rogimus, ut nobis mille libras mutuo acquiratis, quoniam usque ad Kalendas proximas<sup>1</sup> tenemur pro dote filie nostre solvere non parvam peccunie quantitatem.*"

<sup>1</sup>See above, [6.9.3](#)

### **6.9.6 Littere, quibus aliquis consulit, ne tali debeat mutuare.**

[1] "*Amicitie vestre duxi firmiter consulendum, quod tali non debeatis peccuniam mutuare aut pro eo fideiubere, quia maiorem partem possessionum suarum iam pignori obligavit, immo sicut audivi et verum esse credo, domus eius tribus est fideiussoribus obligata et quisque creditor sibi credit obligationem specialiter esse factam, unde illorum aliquis erit in fine delusus.*"

[2] "*Preterea de iuramento non curat. Et si curaret necessitas illum cogeret periurare.*"

### **6.9.7 Littere, quibus ille, qui fideiussit, debitorem sollicitat ad solvendum.**

[1] "*Ecce appropinquat terminus solvendi peccuniam, quam mutuo recepistis.*"

[2] "*Unde vos duxi attentius premonendos, ut antequam veniat terminus, sitis ad reddendum parati, quia creditor intendit ad nundinas properare, unde vobis terminum nullomodo remutaret, et ego pro fideiussione paterer non modicum detrimentum.*"

### **6.9.8 De illo, qui rogat, ut sibi terminus prorogetur.**

[1] "*Quia de sinceritate amicitie vestre tamquam de nobis ipsis confidimus, idcirco vos in quantum possumus deprecamur, ut terminum remutari nobis usque ad duos menses faciatis. Et tunc parati erimus vos ab omni fideiussionis ligamine relaxare.*"

[2] *"Nunc autem multis et variis sumus negotiis impediti et iam non possumus pecuniam invenire."*

[3] *"Vos autem interim aliquod exhibetis salarium creditori, usuram etiam si oportuerit augmentando."*

### **6.9.9 Littere, quibus aliquis conqueritur de illo, cui pecuniam mutuavit.**

[1] *"Operuit confusio faciem meam, quia sub velamine promissionumstrarum fallax et periurus appellor. Iam enim quinque termini preteriere, quod polliciti fuistis solvere pecuniam creditori, et vestrum promissum effectui non mandastis."*

[2] *"Unde fideiussionis onere pereo et vos mei non dignamini recordari."*

[3] *"Preterea in remutationibus terminorum exhibui salaria et conduplicavi usuram. Sed nunc, quid faciam ignoro, quia ulterius non potero terminum impetrare." |*

impetrare | [\[63<sup>rb</sup>\]](#) P

### **6.9.10 De lacrimabili conquestione illius, qui omnia sua et filios causa fideiussionis obligavit.<sup>1</sup>**

<sup>1</sup>See above, [4.7.5](#), [4.7.6](#).

[1] *"Audite vicini, et attendite populi de longe, et ascultate diligenter gravamen et miseriam, quam pacior pro tali, pro quo universa, que habui et habere potui, creditoribus obligavi, dedi salaria, duplicavi usuras, consumpsi mobilia, possessiones distraxi et nunc filii mei detinentur in carcere vinculati et ego vagor undique panem cum lacrimis queritando."*

[2] *"Ad illum ergo convertam sermonem, pro quo mille marchas iam expendi et proprios filios obligavi, et dicam: 'Quousque oblivisceris mei? Quando pones consili<??? > anima tua, ut respicias dolorem et miseriam meam et absolvas filios meos a tetro carcere, in quo pro te detinentur captivi? De me vero non curo, immo parabo gladium, quo me decolles, si filios meos non duxeris absolvendos.'"*

### **6.9.11 Notula doctrinalis.**

[1] Preterea de istiusmodi satis in hoc titulo breviter pertractatum, ex eo quod in titulo DE SCOLASTICIS VIRIS de consimilibus satis dictum est.<sup>1</sup>

<sup>1</sup>See above, [1.21](#).

[2] Illi autem, qui non possunt vel nolunt fideiubere vel solvere, quod postulant,

absque omni doctrina sciunt excusationes facile invenire.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 6.10

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 6.10 DE POTESTATUM ELECTIONIBUS

### 6.10.1 Littere, quibus aliqua civitas potestatem petit a Romanis, in fine variatio.<sup>1</sup>

[1] *"Ad creatricem imperii, matrem regnorum, caput mundi et speculum omnium civitatum, que non dicitur civitas sed urbs per excellentiam, civitas Perusina recurrit et pro ipsa nos, qui sumus vestri fidelissimi concives pariter et fideles, vestram altitudinem propensius rogitamus, ut habito consilio generali nobis aliquem Romanum civem in potestatem| presentialiter concedatis. Electionem siquidem istam vestro duximus arbitrio committendam, quia de vobis tamquam de specialissimis dominis et amicis dominabilibus semper habuimus et habebimus fiduciam plenioram."*

| [\[63<sup>rb</sup>\]](#) P Nobis .Io. Capucciam Romanorum consulem vel Romanum Petri Iohannis Leonis di Parione presentialiter concedatis, quoniam ipsum prius in consilio et postmodum generali contione communiter et concorditer in nostrum elegimus potestatem. *rubr. Winckelmann* po|testatem [\[63<sup>va</sup>\]](#) P

<sup>1</sup> Dated 1201 by WINCKELMANN, 548. See above, **Boncompagnus 1.27.8** and **Codice diplomatico del Senato romano dal MCXLIV al MCCCXLVII** ed. FRANCO BARTOLONI (Rome 1948-) = **Fonti per la storia d'Italia pubblicate dall'Istituto storico italiano per il Medio Evo** 87 and works of JÜRGEN PETERSOHN.

### 6.10.2 Notula, qua doctrina datur, quare quidam Romani cives Romanorum consules appellantur.<sup>1</sup>

[1] Magni quidem Romani viri et capitanei antique ac generose prolis, sive habeant civitatis officium sive non, semper Romanorum consules appellantur. Et isti semper intersunt magnis consiliis urbis in Capitolio et Senatu absque aliqua speciali electione vel vocatione. Et ideo semper Romanorum consules appellantur.

<sup>1</sup> On the term '*Romanorum consules*' cf. **Isagoge**[1.33](#) and **Quinque tabule salutationum** [5.7-9](#).

### 6.10.3 Responsio, qua dicitur, quod eorum satisfacient voluntati, in fine variatio.

[1] *"Cum civitatem Perusinam unam de urbis regionibus reputemus et vos, qui estis eiusdem civitatis cives, tamquam Romanos absque dubio diligamus, credere debetis et pro certo sperare, quod vestre in omnibus peroptamus acquiescere voluntati. Noveritis ergo, quod receptis vestris litteris consilium in Capitolio fecimus generale, in quo Senatus decrevit vobis exhibere in potestatem .Io. Guidonis de Papa consulem*



*Romanorum, qui est vir sapiens, providus, egregius contionator et in omnibus negotiis mundanis astutus."*

.Io. Capucciam Romanorum consulem, quem communiter et concorditer elegistis, in potestatem concessimus et rectorem *rubr.* *Winckelmann*

<sup>1</sup> Iohannes Guidonis de Papa was podesta in 1205, Iohannes Capucciam in 1201 (WINCKELMANN 549). See above **Boncompagnus** [1.27.8](#), [6.10.1](#) and **Codice diplomatico del Senato romano dal MCXLIV al MCCCXLVII** ed. FRANCO BARTOLONI (Rome 1948-) = **Fonti per la storia d'Italia pubblicate dall'Istituto storico italiano per il Medio Evo** 87 and works of JÜRGEN PETERSOHN.

#### 6.10.4 Littere civium ad alium, quem elegerunt.

[1] "*Ex amicitia speciali et prerogativa sinceri amoris vos in nostram concorditer eligimus potestatem, vobis pro feudo vestro et iudicis, quas duceris, .L. libras Luccentium assignantes. Vestram igitur prudentiam sollicitamus attentius, quatinus de omnibus oportunis vos honorabiliter preparetis.*"

sinceri Athens Siena P Bern] speciali .L.] .D. Athens

#### 6.10.5 Responsio electi.

[1] "*Michi ambigium non existit, quod ex dilectionis puritate me ad serviendum vobis et civitati vestre amicabiliter elegistis. Ego autem universitati vestri de honore inpenso grates refero infinitas, promittens quod iuxta sollicitationem vestram de acquirendo iudicem, notario et rebus oportunis me, sicut expedit, preparabo.*"

de<sup>2</sup> Athens Siena P] om. Bern

#### 6.10.6 Responsio electi.

[1] "*Vestrarum pagina litterarum michi extitit nuntiatrix, quod me ad servitium vestrum pro anno venturo communiter et concorditer eligere voluistis, volentes quod in proximo sim paratus laborem subire. Sed utinam preferatur labor fructuosus honori, ut per laborem meum crescat vestre civitatis profectus. Ego autem, licet sim insufficiens et ad ferendum regiminis honera insuetus, vestre non dubito condescendere voluntati, sperans primum in Deo, qui sperantibus in se dat sufficientiam salutarem, et postmodum in sapientia vestra, que michi erit propitiabilis coadiutrix. Super facto vero feudi de quo michi non potuistis certitudinem declarare, vobis duxi breviter respondendum, quia de consilio amicorum procedit, quod si universitati vestre placuerit, vobis debeam in meis expensis usque ad termini complectionem servire. Sin aliter feudum recipiam, secundum quod continebitur in statuto, et tam de ipso feudo quam expensis curialitati] et arbitrio vestro committam.*"

paratus] necnon add. Athens curiali]tati [\[63vb\]](#) P

#### 6.10.7 Littere civitatis ad aliam civitatem, quibus intimatur, quod electio

## **data est illis, qui mittuntur.**

[1] *"De magnifica et egregia urbe Mediolanensi" vel "Cremonensi potestatem et rectorem habere volentes, .I. et .A. nobiles Mantuanos cives ad vos duximus dirigendos, eis auctoritatem plenariam conferentes, quod aliquem de vestris civibus in potestatem eligant et rectorem. Nos enim in generali consilio firmiter promissimus et firmavimus iuramento, quod electionem ab eis factam servabimus incorruptam."*

### **6.10.8 Littere, quibus intimant nuntii de illo, quem elegerunt.**

[1] *"Cremonam ivimus iuxta mandati vestri tenorem, ubi a militia et populo fuimus cum ingenti exultatione recepti et iuxta postulationem nostram die sequenti dederunt nobis consilium generale. Nos vero iterum cum summa diligentia et studio interrogavimus de nobilium virorum fama, sapientia, et constantia probitatis. Cum autem plures essent nobis a pluribus commendati, de consilio plurium eligimus Ysachium de Duara, qui sicut fama publica protestatur, fulget nobilitate prosapie, strenuus est in armis et sapiens in mundanis, providus in consiliis et ad omnia et singula negotia circumspectus, formosus et dominabilis in persona."*

Duara Bern Berlin] Dura M Duata Athens Deucxa P om. Siena publica] bubilica Berlin

### **6.10.9 Littere amici ad electum, quibus intimat, quod de sua promotione gaudet et consulit ei, quod iudicem, notarium et familiares electos studeat invenire.**

[1] *"Gaudio inenarrabili sum gausus, ex eo quod Parmenses" vel tales "vos in eorum potestatem concorditer elegerunt. Nunc autem prudentiam vestram duxi rogandam, quam in omnibus, que ad vestram honorem spectare noscuntur, me operari velitis, quia destrarium habeo electissimum et palafredum, quos ad vestrum servitium habere potestis. Preterea vestre duxi sapientie consulendum, ut iudicem optimum acquiratis, quia iudex est oculus potestatis, et si oculus fuerit lucidus et preclarus, corpus curie vestre iustitie et equitate pollebit. Notarium autem et familiares formosas, curiales et bene morigeratos studiosius acquiratis, quoniam ex claritate servientium fama consuevit crescere dominorum."*

morigeratos M Bern] morigenatos P Athens morieratos Berlin

### **6.10.10 Responsio electi, qua refert grates amico et promittit se facere secundum consilium suum.**

[1] *"Propter specialis dilectionis vinculum, quo sumus uniti, me non oportet ad captandam benivolentiam vestram applaudere vel blandire. Sed teneor de pollicitis referre grates et procedere per omnia secundum vestra salutifera documenta."*

### **6.10.11 Notula doctrinalis.**

[1] Item huiusmodi electiones non fiunt absque proficuo electorum, etiam si eligantur

per sortem vel si scribantur et ponantur eligendorum nomina sub capello, quoniam electores plurima consueverunt super talibus machinari. Unde ad inveniendum circa talia materias perorandi quedam accessoria duxi ponenda. Sunt enim in omnibus civitatibus, castris, burgis et villis partes. Et ubicumque sunt partes, ibi sunt invidie ac inimicitie capitales.

### **6.10.12 Littere alicuius partis de civitate ad electum, quod officium non recipiat.**

[1] *"Nobilitati vestre litteris presentibus intimamus, quod electioni de vobis a quibusdam Bononiensibus facte nullomodo consentire velitis, quoniam nobis et maiori parti non placet. Unde, si contra nostram veneritis voluntatem, magnum poterit| scandalum generare, et ut vera loquimur, si venire presumpseritis, oportebit vos recedere cum pudore."*

poterit | [\[64<sup>ra</sup>\]](#) P

### **6.10.13 Responsio, qua dicitur se non facturum es<??>, quo illi parti non placet.**

[1] *"Si verum est, quod electio de me facta vobis et maiori parti non placet, electioni facte non proposui aliquatenus consentire."*

### **6.10.14 Responsio, qua dicitur, quod pro illis non dimittet.**

[1] *"Quantumcumque videamur condolere vel minas inferre, non duxi renuntiare officio, ad quod a maiora parte concorditer sum electus, quia non sum timoris filius. Unde non timeo minas vestras et pro certo sciatis, quod de hiis, que dixistis, vos in posterum penitebit."*

### **6.10.15 De consilio amici ad electum quomodo dicitur, quod deliberandum est in hoc facto.**

[1] *"Qui futura non providet, cadit facilius in errorem. Unde vobis est cautius precavendum et deliberandum subtilius cum amicis, quid sit vobis in hac parte agendum."*

### **6.10.16 Consilio amicorum, qui sibi dissuadunt, ne recipiant.**

[1] *"Multos vidimus, qui per partes dominium susceperunt a fama eadem probitatis et dampnum pati pariter et pudorem. Numquid non recordamini, quid acciderit infinitis, qui per partes dominia susceperunt. Sit ergo vobis aliorum casus exemplum."*

### **6.10.17 De proverbiali consilio amicorum, qui consiliunt, ut recipiat.**

[1] *"Qui timet grandinem, retinebit sensum in arca et qui respicit nebulam, non arripiet"*

*iter, et pusillanimis non utetur armis, dum intuebitur vulnera bellatorum. Fortune vos igitur committatis et recipite officium potestarie, ad quod estis electi, quia postquam incipietis regere terram et iustitiam confovere, vobis prospere cuncta succedent et illi, qui modo vobis inimici et adversarii esse videntur, efficientur placabiles et benigni."*

### **6.10.18 Notula copiosa de huiusmodi materiis inveniendis.**

[1] Possunt circa huiusmodi electiones oriri materie infinite, quoniam electores aliquando eligunt cavillose, illis feudum modicum assignantes ad hoc, quod officium non assumant. Unde illi aliquando recusant venire, et aliquando vocaliter pollicentur se absque feudo velle subire laborem.

[2] Item quidem ex eis consulunt, ut propter parvitatem feudi relinquunt, quia non est utile consumere bona patrimonii pro inanis glorie fastu.

[3] Item alii sunt, qui consulant in contrarium, dicentes non esse propter parvitatem feudi aliquatenus relinquendum, et maxime cum sit gloriosus habere honorem quam lucrum, quia lucrum perit, sed honor permanet in eternum.

[4] Item dici potest, quod hic honor erit aliorum bonorum inductivus et multa ex hoc honore lucra poterunt provenire.

[5] Item dici potest, cum quanto fuerit receptus honore et quomodo episcopus cum toto clero pulsatis campanis eum receperit et quomodo milites venerunt ei obviam et bigurdizabant, et populus cum ramis arborum psallendo sibi occurrit et qualiter psallebant virgines in choreis vel forte quanta fuerit discordia in adventu suo et quomodo multi dolebant.

[6] Item suaderi potest, quod talis vel talis male vel bene talem rexerit civitatem, utiliter vel inutiliter se habuerit erga vel contra rem communem, unde illum esse vel non esse in hoc officio assumendum.

[7] Item suaderi potest, quod homines de sua prole semper fuerunt amici vel inimici nostre civitatis.

[8] Item suaderi potest, quod sit vir catholicus et heresis extirpator vel quod sit hereticus et Christiane religionis precipuus inimicus, unde est vel non est ad hoc officium promovendus. Item quod sit in omnibus negotiis fortunatus vel infortunatus. Item quod sit largus vel avarus, parcus vel prodigus. Item quod sit constans vel mobilis et inconstans. Item quod sit formosus vel deformis. | Item quod sit strenuus in armis, vel pusillanimis et effeminatus, unde est vel non est--et maxime tempore guerre--ad hoc officium promovendus, quoniam principis fortitudo est quasi murus in bello vel pusillanimitas potestatis reddit pusillanimes bellatores. Item dici potest, quod sit nimium senex vel iuvenis. Item dici potest, quod facile precio corrumpatur, vel quod numquam esset pecunia, que ipsum faceret a veritatis tramite deviare. Item semper dilexit vel odivit bonos et cum viris sapientissimis vel sceleratissimis voluit conversari.

[9] Item rogantur aliquando amici, ut consentiant vel non consentiant electioni eius.

[10] Item consulitur electo, ut non foveat partem, vel quod talem partem studeat diligentius confovere, quoniam aliter non poterit dominari.

[11] Item significat aliquando communitas civitatis, cui preest, quod bene vel male se habeat in regimine illo.

[12] Item rogantur aliquando potestates et iudices de sententiis, ut ferantur vel non ferantur, de condempnandis in pecunia, de proscribendis per maleficia, de latronibus captivatis, ut absolvantur vel non absolvantur.

[13] Item repetuntur feuda ab hiis, qui a dominio repelluntur, vel a successoribus potestatum, que ante terminum in civitatibus moriuntur.

[14] Nam circa hec et consimilia tanta posset propter varios rerum eventus materiarum extensio provenire, quod prius deficeret tempus quam sermo.

[15] Ergo recurrat orator ad titulum DE ELECTIONIBUS CLERICORUM<sup>1</sup> et per exempla, similitudines atque contrarietates facilius valebit principalia et accessoria circa huiusmodi materias invenire.

<sup>1</sup> Above [3.4](#), or several other titles in this book: [3.5](#), [5.1](#), [5.4](#), [5.6](#).

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 6.11

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 6.11 DE POSTULATIONIBUS SATISFACTIONUM PROPTER DAMNA, QUE SIBI CIVES AUT ALII ADINVICEM FERUNT<sup>1</sup>

### 6.11.1 De potestate, qui mittit alteri potestati vel consulibus pro iniuriis, que suis civibus sunt illate.

[1] *"In epistole titulo vos 'amicos' appellavimus 'preelectos', ex eo quod semper optavimus et optamus amicitiam vestram gratis et mutuis obsequiis retinere, et si aliquando aliquorum temeritas consuetum dilectionis fedus violare nitatur, parati semper sumus et erimus providentie ipsum nexibus refrenare. Ne per aliquam temporis diuturnitatem aliqua scandali materia invalescat, vos quidem non credimus ignorare, qualiter quidam vestri cives tres nobiles nostros milites, | qui nuper gloriam receperunt militarem et Tarvisium iverant causa iocunditatis et solatii, graviter offenderunt, eis destrarios et mantitas auferentes, quod nobis et toti civitati nostro adeo est molestum ac si unicuique iniuria esset illata. Circumspectionem igitur vestram, quantumcumque possumus, deprecamur, ut offensores illos cogatis restituere, que sub quedam specie latrocinii abstulerunt, et de iniuria talem exhibeant satisfactionem offensis, quod de illatis eos non promittamus sumere ultionem."*

| [\[64<sup>rb</sup>\]](#) P milites | [\[64<sup>va</sup>\]](#) P Tarvisium Bern M] Trevisium Athens Parisium P  
 Siena Cervisium Berlin

<sup>1</sup> According to E. WINKELMANN "Zwölf Papstbriefe zur Geschichte Friedrichs II und seiner Nachkommen" **Forschungen zur deutschen Geschichte** 15 (1875) 373-389 at 374, the **Boncompagnus'** latest letter, datable to 1220, comes from 6.11. The only letters likely to be assigned a date in this title are [6.11.1](#), [6.11.2](#), and [6.11.5](#), [6.11.6](#). For another letter possibly datable to 1220, see above [4.1.3](#). However, none of these letters are clearly datable to 1220. A more likely candidate is [1.1.1](#).

### 6.11.2 Responsio, qua dicitur, quomodo doluerint et de malefactoribus fecerunt vindictam, in fine variatio.

[1] *"'Amicos preelectos' nos in epistole vestre titulo appellastis, unde inenarrabili iocunditate letamur, videntes quod vestre amicitie fedus conservare cupitis illibatum, et nos versa vice ad idem peragendum exhibere peroptamus operam efficacem. De offensione siquidem, que a nostris civibus fuit militibus vestris illata, quid, antequam ad vos vestre littere pervenirent, fecerimus, audiatis. Fieri namque fecimus consilium generale et consilio finito iussimus ad contionem pulsari, militibus et toti populo rei seriem enarrantes. Tunc factus est clamor ingens et tumultus non parvus et cucurrerunt omnes et cum securibus et asciis deiecerunt domos illorum. Nos autem requisivimus destrarios, quos vobis per latorem presentium remandamus, sed manticas non potitimus re habere. Offensores autem longe a civitate forbaniti*



*morantur nec umquam regressum habere valebunt, donec iniuriam passis restituant universa et de illatis iniuriis satisfactionem exhibeant competentem." Vel ita post 'illata': "inenarrabiliter condolemus, et licet nos ignorare minime credetis, Deum tamen inducimus, quod nichil penitus sciebamus. Sed postquam fuit nobis per vestris litteris intimatum, fieri fecimus prope consilium generale etc." usque ad finem. Vel post 'illata': "plurimum condolemus. Ceterum licet dixerimus a vestris civibus, verumtamen illi sunt cives-et-non-cives, qui illos non credimus esse cives, qui per malitias et scelera sua in silvis et locis solitariis statuti forbaniti morantur. Unde, prout scitis, ultionem sumere non valemus." Vel ita post 'illata': "quatinus doluerimus, ostendimus pro effectum. Ecce illos ad vos cum destrariis et rebus ablatis transmittamus catenatos, volentes ut ex eis pro vestre voluntatis arbitrio sumatis ultionem."*

### 6.11.3 Responsio, qua gratie referuntur.

[1] *"Grates vobis referimus infinitas, ex eo quod nostras preces amicabiliter exaudistis, ea promptius et soliticius peragentes, pro quibus nos et civitatem nostram ad vestrum amorem et servitium obligastis."*

promptius Bern M] promptius Siena Berlin Athens P amorem et servitium Siena Berlin  
Bern M] servitium et amorem P amorem et om. Athens

### 6.11.4 Alia responsio cum illatione minarum.

[1] *"Illos, qui nostris militibus pudorosa gravamina intulerunt, cives-et-non-cives appellastis et esse dicitis forbannitos. Unde perpendimus, quod eos vultis sub quibusdam simulationibus et velaminibus excusare. Nos autem hec semiclausis auribus pertransimus, credentes quod aliqui de nostris consurgent, qui graviter vestros cives offendent, et cum exinde fuerimus requisiti, eos cives-et-non-cives appellare sciemus, addendo pariter quod sint banniti et in silvis ac locis solitariis demorentur et spolient etiam quoslibet viatores sicque dolus dolo poterit compensari." |*

pudorosa] ponderosa Siena P simulationibus] excusationibus Athens hec om.  
Siena P compensari | [64vb] P

### 6.11.5 Littere, quibus aliqui significant, quod talis castellanus villam suam combussit et vires et mulieres male tractavit.

[1] *"H. de Rocella nulla rationabili causa interveniente, sed de sola superbia et presumptione confisus, ad quandam nostram villam non cum paucis armatis accessit, crudelitatem inauditam exercens. Nam quosdam rusticos interfecit, quosdam vinculatos traduxit, quosdam truncatis membris dimisit. Insuper combussit domos eorum, diripuit ovos et boves et spolia universa. Baliste siquidem et arratores ipsius illorum uxoribus sunt abusi, virgines rapuerunt et peragere presumpserunt, que non fecissent barbare nationes. Verum quia sine requisitione vobis nolumus facere werram, vestram magnitudinem, sicut possumus, deprecamur, ut nobis de illatis iniuriis talem satisfactionem fieri faciatis, quod super vestros fideles et rusticos non cogamur sumere ultionem" vel "ultionem sumere non cogamur."*

H. Siena Athens] B. P G. Bern Rocella P Berlin Athens] Rosella quendam Berlin M  
 P] quendam Athens et boves om. Athens presumpserunt Siena Baliste--  
 nationes om. Berlin nolimus Athens Bern] volumus M P Siena Berlin werram  
 Siena M fieri Athens Bern M P] facere Berlin om. Siena

### 6.11.6 Responsio, qua dicitur, quod omnia emendabuntur et castellanus punietur.

[1] *"De hiis, que nobis vestris litteris intimastis, vobis grates referimus copiosas, videntes quod nobiscum alicuius materiam scandali habere non vultis. Unde amicitie vestre firmiter pollicemur, quod .H. et sequaces ipsius, prout expedit, puniemus, et tam vobis quam iniuriam passis faciemus fieri de iniuria honorem et de dampnis satisfactionem per omnia competentem."*

nobiscum Siena Berlin M Bern Athens] nobis P materiam] materia P de Athens  
 Siena] om. M Bern Berlin P

### 6.11.7 Littere, quibus intimatur, quod aliquis vicecomes abstulit bona ecclesie. Unde restitutio petitur, in fine variatio.

[1] *"Vicecomes vester" tali "ecclesie" vel "monasterio" vel "canonice" vel "hospitali tres vacas et vii. porcos abstulit, quod nobis est ita grave pariter et molestium acsi de nostro stabulo abstulisset, quoniam in ecclesia illa ius patronatus habemus et patroni dici non possumus, nisi eam a persecutoribus defendamus. Quare altitudinem vestram, quantumcumque possumus, deprecamur, ut ablata restitui faciatis. Alioquin inter nos et vos talis poterit scandali materia exoriri, que de facili non poterit terminari" vel "quod nostris heredibus relinquatur" vel "quod tamquam hereditas ad nostros perveniet successores" vel "quod eam ad posteros transmittemus" vel "quod tota exinde provincia poterit conturbari" vel "quod per imperium" vel "regnum totum scietur."*

vel monasterio--hospitali om. Berlin grave] et add. M materia] materiam M

### 6.11.8 Responsio cum indignatione.

[1] *"Temperare valebitis effusiones miniarum et maxime cum scitis et scire debeatis nos de huiusmodi minis parum curare. Verumtamen erit in deliberatione nostra, quid velimus, de rebus ablati vicecomiti vestro iubere."*

valebitis Berlin Siena] valebatis P M Athens Bern de rebus ablati tr. Athens post  
 vestro

### 6.11.9 De illis, qui conqueruntur, quod mercatores, quibus dederant securitatem, sunt rebus omnibus denudati. Unde restitutio postulatur.

[1] *"Delere nos de terra peroptant et auferre nobis omnem honorem, qui mercatores sub securitate nostra et ducatu euntes offendere moliantur. Architenentes equidem vestri nuper quosdam mercatores, qui nobis pedagium solvunt, rebus omnibus*

*denudantur, quod nobis est adeo grave pariter et molestum, acsi nostris personis iniuria esset illata. Verum quia guerra inter nos habita facile posset renasci et in peiora converti, providentiam vestram attentius rogamus, quatenus ipsis mercatoribus ablata in integrum restituere faciatis."*

guerra] werra Siena

### **6.11.10 De illis, qui conqueruntur, quod pegolaferii, qui sub eorum securitate ibant, res omnes ablatae fuerant. Unde restitutio petitur.**

[1] *"Sicut de una favilla sit sepe maximus ignis, ita de re modica maximus posset scandalum generari. Quidam namque speciarum et pegolaferii transitum sepe faciunt per nostrum districtum et eorum quilibet unam libram piperis annuatim persolit, quod maximum reputamus profituum et honorem. Noverunt enim, <quod> .III. de talibus latores presentium per quandam silvam transitum faciebant, quibus vestri homines in itinere obviarunt, et aperientes cistas et sacculos dissolventes, eis nuces muscatas, gariosolos, cinamonum, piper, zinziber, piscides, cingula et pectines abstulerunt. Ideoque vos attentius deprecamur, quod vel facietis eis ablata restitui vel secundum extimationem rerum ablatarum denarios exhiberi."*

quandam | [\[65<sup>ra</sup>\]](#) P      vestri] VIII. add. P

### **6.11.11 Notula doctrinalis de inventionione ac variatione talium materialium.**

[1] Profecto, ut sepe notandum est, illi, qui non possunt vel nolunt, absque alicuius magisterio sciunt impedimenta et excusationes plurimas invenire. Item possunt oriri materie infiniti, quia huiusmodi prede, rapina ac usurpationes possunt fieri de rebus spiritualibus et temporalibus, de fidelibus, servis, ancillis, animalibus, volucris, feris piscibus, et ut brevius comprehendam, omnibus rebus mobilibus et immobilibus pro quibus ...

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 6.12

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 6.12 DE TESTIBUS

**| 6.12.1 Littere, quibus aliqua potestas aliam rogat potestatem, quod tales compellat ad perhibendum testimonium veritati super causa, que verititur inter quosdam pro magna peccunie quantitate.**

[1] "*Illustris et nobilissimus vir .H. de Marmoreto*<sup>1</sup> *nostre civitatis cives quosdam convenit, cum quibus diu sub nostro examine litigavit pro magna peccunie quantitate.*"

| [\[65<sup>ra</sup>\]](#) P      | [\[65<sup>tb</sup>\]](#) P

1

See above, [2.3.3](#), [3.13.8](#), [3.13.17](#), [5.10.17](#). Marmoreto (dioc. Reggio nell'Emilia) is located 49 km. south of Parma.

[2] "*Cum autem iam sit tantum processum in causa, quod testes sint hinc inde producti, et nil restet ad sententiam proferendam, nisi quod pars .H. dicit se quosdam testes habere in civitate Cremona, quos absque vestro patrocínio inducere ad testificandum non potest, amicitiam vestram rogamus attentius, ut illos, quos vobis duxerit nominandos, ad perhibendum testimonium veritati secundum iuris ordinem compellatis, et ipsorum testium dicta scribi per manum publicam facientes, nobis per latorem presentium impressa vestri sigilli munimine transmittatis.*"

**6.12.2 Littere, quibus postulantur testes super causa cuiusdam mulieris pro dote.**

[1] "*Nobilis mulier Ing. in civitate vestra nobilem, sicut novistis, accepit maritum, qui sublatus de medio diem clausit extremum.*"

[2] "*Nunc autem occasione dotis et donationis causa vertitur in presentia nostra inter ipsam et fratres quondam mariti.*"

[3] "*Unde illa vult inducere testes de civitate vestra, qui pactis et conventionibus interfuisse noscuntur.*"

[4] "*Sed communitatis vestre iudex illos recipere testes recusat, asserens quod non licet illi domine pugnare domesticis testimoniis. Unde ipsa ius suum consequi non valet.*"

[5] "*Quare amicitiam vestram rogamus, ut aliquem sapientem virum Bononiam*

*dirigatis, qui cum sapientibus nostris videat et diligentius perscrutetur, si testes illi sunt legitime admittendi, quia firmiter credimus, quod iudex vester sit precio vel precibus vel amore corruptus."*

### **6.12.3 Littere, quibus postulantur testes super causa, que vertitur inter mercatores.**

[1] *"Apud nundinas pruini .Io. et .A. latores presentium cum .R. Monaldi pactum de quibusdam torsellis fecerunt, quos idem .R. sub omni periculo et eventu fortune reducere usque Vercellas debebat."*

[2] *"Unde orta est controversia inter eos et causa sub plurimis est iudicibus ventilata. Nunc autem in nos concorditer compromiserunt, hac tamen conditione retenta, quod causam ipsam mediante iustitie terminemus."*

[3] *"Nos autem ad sententiam procedere non valemus, nisi quosdam testes habeamus, quos .I. et .A. in districtu vestro asserunt commorari."*

[4] *"Quare magnitudinem vestram rogamus, ut illos, quos vobis lator presentium nominabit, compellatis testimonium perhibere veritati et ipsorum dicta per manum scribi publicam faciatis, nobis roborata vestri sigilli munimine destinantes."*

### **6.12.4 Littere, quibus postulantur testes pro utraque parte.**

[1] *"Inter .I. et .A. quedam causa vertitur, que non potest absque vestro patrocinio terminari, quoniam utraque pars testes habere non valet, qui morantur infra vestrum districtum."*

[2] *"Quare vestram altitudinem deprecamur, ut illos compellatis perhibere testimonium veritati."*

### **6.12.5 Littere contra illos, qui excusationes inveniunt, ut non iurent.**

[1] *"Mortalium astutia cavillosa invenire nititur semitas fasitatis, ut sub velamine synonyme occultare valeat veritatem."*

[2] *"Ecce quidam se votum asserunt emississe, quod iurare non debeant, nisi violentia inferatur. Unde tales non possumus inducere ad iurandum, ut testimonium perhibeant veritati."*

[3] *"Ideoque vestram altitudinem exoramus, quatinus eos pena pecuniaria constringatis, quod iurare testificari et veritatem dicere non postponant." |*

postponant | [\[65va\]](#) P

### **6.12.6 Notula de impedimentis et simulationibus testium.**

[1] Illi autem, qui rogantur, bene scient occasiones et excusationes plurimas invenire, si noluerint vel non potuerint postulata effectui mancipare.

[2] Item illi, qui testificari deberent, aliquando dimittunt pro amore, aliquando pro timore, aliquando pro pretio. Unde fingunt, se votum emississe vel infirmari vel ire peregre. Aut se tamdiu absentant, quousque labatur.

[3] Preterea, si defuerit hic aliquid oratori, recurat ad quartum librum<sup>1</sup> et legat titulum DE TESTIBUS, in quo plenius de consimili materia pertractatur.

<sup>1</sup> Above, [5.26](#). There is no title on witnesses in book four. Either this reference refers to an earlier organization of the work, or scribe has mistakenly written *quartum* (or IV.) for *quintum* (or V.)

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999



## Boncompagnus 6.13

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Next title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

### | 6.13 DE MERCATORIBUS

#### 6.13.1 De mercatore, qui rogat socios, quod de Alexandria revertantur.

[1] "*Non sine causa dolemus plurimum et miramur et omnes consanguinei et amici nostri non sine ammiratione turbantur, quod tam longo tempore in Alexandria permansistis et nobis non curastis de vestro statu aliquid intimare.*"

| [\[65<sup>va</sup>\]](#) P

[2] "*Eapropter vestram socialem amicitiam, in quantum possumus, deprecamur, quatinus de vestrarum personarum statu et dispositione rerum nos certificare curetis, et quamcitus potestis, festinetis redire, sine dubio scientes quod piper cinamomum et omnia genera specierum carissima sunt in parte occidentis.*"

#### 6.13.2 Responsiva cum excusatione.

[1] "*Iam biennium est elapsum, quod propter obsidionem Damiate<sup>1</sup> soldanus<sup>2</sup> Babilonie de Alexandria non permisit egredi Christianos. Sed iam promisit, quod octavo idis Aprilis nos et alios cum omnibus mercimoniis redire permittet. Et tunc auxiliante Domino collabimus et revertemur cum numerosa et copiosa multitudine specierum.*"

<sup>1</sup> See above, [1.1.1](#). For Italian merchants in the Holy Land, see MARIE-LUISE FAVREAU-LILLE **Die Italiener im Heiligen Land vom ersten Kreuzzug bis zum Tode Heinrichs von Champagne (1098-1197)** (Amsterdam 1989). <sup>2</sup>See above, XXX

[2] "*Preterea noveritis, quod sani sumus sed non alacres, quia dilectissimus socius noster .A.<sup>1</sup> quasi per unius anni spatium valida egritudine laboravit et ita demum obiit in Kalendis Augusti<sup>2</sup> Alexandrie, ubi congregatis hominibus Christianis corpus eius in cimiterio beati Marchi<sup>3</sup> sepelivimus cum honore.*"

<sup>1</sup> 21 August 3

[3] "*Verumtamen omnis amaritudo nostra in dulcedinem est conversa, ex quo certi sumus, quod egrediemur de domo Pharonis.*"

#### 6.13.3 Notula, qua doctrina datur, quod epistole mercatorum debent simplici stilo componi.

[1] Mercatores in suis epistolis verborum ornatum non requirunt, quia fere omnes et singula per idiomata propria seu vulgaria vel per corruptum Latinum ad invicem sibi scribunt et rescribunt, intimando sua negotia et cunctos rerum eventus.

---

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus 6.14

[Table of Contents](#) -- [Previous title](#) -- [Epilogus](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## | 6.14 DE DEPOSITIS

### 6.14.1 Quot modis fiunt deposita.

[1] Quidam sua deponunt apud religiosas personas, alii deponunt apud aliquod laicos, qui boni esse creduntur, alii apud hospites, quorum notitiam habent vel cum quibus sunt casualiter hospitati, alii apud mercatores vel campsores.

| [\[65<sup>va</sup>\]](#) P

[2] Item quidam deponunt tantum ad custodiam, alii ad custodiam et causa lucri, alii causa timoris. |

timoris | [\[65<sup>vb</sup>\]](#) P

### 6.14.2 De signis depositorum.<sup>1</sup>

[1] Quidam tempore depositionis faciunt fieri publica instrumenta.

<sup>1</sup> See above, [3.13.18](#).

[2] Item quidam faciunt alphabeta, que per medium dividuntur. Et remanet una medietas alphabeti apud depositarium et aliam depositor secum portat.

[3] Item deposita sigillorum impressionibus consignantur et ita sigillata et superscripta redduntur.

[4] Item quandoque stringitur aliquis digitus vel pes pedi supponitur vel ostenditur anulus vel cultellus aut aliquid aliud, prout fuit communiter ordinatum.

### 6.14.3 De deceptionibus depositorum et fraudibus depositariorum.

[1] Deceptores aliquando sigillant quid pro quo et ita quandoque repetunt, quod in deposito non dederunt.

[2] Item depositarii vere vel falso asserunt, quod casu rapina vel furto deposita perdiderunt. Et ita de controversiis depositorum materie plurime oriuntur, quas causa exercitii relinquo ingenii oratorum.

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998  
[Scrineum](#) © Università di Pavia 1999

# Boncompagnus -- Epilogus

[Table of Contents](#) -- [Prologue](#) -- [Previous title](#)-- [Tituli](#)  
[Incipits](#) -- [Siglorum conspectus](#)

## |NARRATIO AUCTORIS IN FINE HUIUS OPERIS

[1] Deo vivo et vero sit laus, quia sex libros huius voluminis cohoperante Sancti Spiritus gratia consumavi. Nunc autem precor omnes et singulos, qui emolumentum percipiunt de hoc labore, ut felicem optent requiem inventori, quem infiniti scorpiones venenosus caudis pungere nitebantur, post cuius dorsum canes plurimi latraverunt. Sed ante ipsius faciem contremuerunt omnium labia invidiorum.

| [\[65vb\]](#) P *rubr. om.* MP uero et uiuo *tr.* A sex: .vi. ASP<sup>1</sup> vacat B post  
huius cooperante *Berlin* autem *om.* S de: ad *Berlin* optent: obtent A optant  
*Berlin* quem: quia A pungere: pingere *Berlin*

## DE RECITATIONIS TEMPORE

[2] Recitatus equidem fuit hic liber, approbatus et coronatus lauro Bononie apud sanctum Iohannem in Monte, in loco qui dicitur Paradisus,<sup>1</sup> anno domini .M.CC.XV. septimo Kalendas Aprilis<sup>2</sup> coram universitate professorum iuris canonici et civilis et aliorum doctorum et scolarium multitudine numerosa.

*rubr.:* De tempore recitationis *tr.* S *om.* MP Cecitatus P<sup>1</sup> equidem: quidem  
A septimo: .xvii. A *om.* S uniuersitate--ciuilis: uni uilis P<sup>1</sup> doctorum  
aliorum *tr.* S

## DE TEMPORE DATIIONIS

[3] Item datus et in commune deductus fuit Padue in maiori ecclesia, in presentia domini Alatrini<sup>3</sup> summi pontificis cappellani, tunc apostolice sedis legati, venerabilis Iordani Paduani episcopi,<sup>4</sup> Giofredi<sup>5</sup> theologi<sup>6</sup> cancelarii Mediolanensis, professorum iuris canonici et civilis et omnium doctorum et scolarium Padue commorantium, anno domini .M.CC.XXVI. ultimo die mensis Marcii.<sup>7</sup>

*rubr. om.* P deductus: reductus A *Berlin* episcopi Paduani *tr.* S Giofredi:  
Ziffredi P<sup>1</sup> Zotfredi A anno--Marcii: etc. *Berlin* .M.CC.XXVI.: indictione .XV. *add.*  
S Marcii: Martii P<sup>1</sup>

---

## Colophons

M: Deo gratias. Tu autem Domine nostri miserere. Explicit liber Boncompagni. Qui scripscit scribat semper cum Domino uiuat.

A: Explicit liber qui dicitur Boncompagnus. Vnde gratie cum tripudio et laudes cum preconio

cunctorum Creatori inclitissimo perpetuo ab omnibus referantur, quia perficiendi Iacobo contulit plenarie potestatem. Amen. Amen.

S: Explicit liber qui dicitur Boncompagnus. Deo gratias. Qui scripsit hunc librum, semper locetur in Paradisus.

S<sup>2</sup> *add.* Explicit Candelabrum eloquentie.

---

<sup>1</sup>

<sup>2</sup> Sunday, 26 April 1215, 1a in Albis (Easter was 19 April, the previous Sunday).

<sup>3</sup> See **Po.** 7552 (ed. SARTI-FATTORINI 2.34 no. 19). **Po.** 7288 provides a *datum a quo* (19 July 1224) for Alatrinus' legation in the March. ; WALEY **Papal State** 309, 312. A papal chaplain and subdeacon of this name served as rector in spiritualibus in the papal patrimony in Tuscany 1227-1230 (**Liber Censuum** FABRE-DUCHESNE ed. 1.537) and as as rector *in spiritualibus et temporalibus* in the duchy of Spoleto 1234-35, as papal nuncio there Nov.-Dec. 1236. According to WALEY (**Papal State** 137), Alatrinus was legate in the March for several years before acting as rector in the duchy of Spoleto. See P. PRESSUTI **Regesta Honorii Papae III** (Rome 1895) vol. 2. nos. 6203ff. **Po.** 10038,10046 (Oct 22, 1935) 10432. For a (probably different) papal chaplain Alatrinus mentioned in an undated decretal of Innocent III, see KENNETH PENNINGTON "Cum causam que: A decretal of Pope Innocent III" **BMLC** 7 (1977) 110-103. During the reign of Innocent III an Alatrinus was promised the office of provost of Aachen by Frederick II, who valued the papal chaplain highly; this promise came to fruition with Honorius III's agreement in 1218 (MGH **Epistolae saec. XIII** 1.34ff. no. 45 = E. MEUTHEN **Aachener Urkunden 1101-1250** (Bonn 1972) 257f. no. 64, cf. 258-260 no. 65; see also MEUTHEN "Die Aachener Pröpste bis zum Ende der Stauferzeit" **Zeitschrift des Aachener Geschichtsvereins** 78 (1966-67) 5-95 at 59f. Alatrinus remained in Frederick's good graces, cf. MGH **Epistolae saec. XIII** 1.109 no. 154 (11.12.1220). For more on Alatrinus, see RAOUL MANSELLI "Federico II ed Alatrino, diplomatico pontificio del secolo XIII" **Studi Romani** 6 (1958) 649-658, esp. 650ff. He was used extensively as a diplomatic envoy between the imperial court and the Roman curia.

<sup>4</sup> Jordanus Maltraversi, bishop of Padua (3.12.1214-5.11.1228).

<sup>5</sup> Goffredo Castiglioni, chancellor of the church of Milan (1219?, 1223-1227), cardinal priest of S. Marco (1227-1238), legate in Lombardy and Tuscany (1228-1229), auditor in the Roman curia (see AUVRAY 997, 1063, 1365, 1501, 2028, 2092, 2093, 2621, 2727, 2846, 2941, 3221, 3347, 3541, cardinal bishop of Sabina (1238-1241) and pope (Celestine IV, 1241). See AGOSTINO PARAVICINI BAGLIANI **Cardinali di curia e familiae cardinalizie dal 1227 al 1254** Italia Sacra 18-19 (Padua, Antenore 1972) 1.32-40.

<sup>6</sup> Rolandinus Patavinus **Cronica in factis et circa facta Marchie Trivixane** 5.5 (ed. BONARDI 75.9-10): *in theologia peritum*.

<sup>7</sup> Tuesday, 31 March 1226. The date was probably chosen only because the papal legate was



in town, as opposed to the first reading in Bologna, which took place on an festal day (see above, [note 2](#)).

\* \* \*

© [Steven M. Wight](#), Los Angeles 1998

**Scrineum** © Università di Pavia 1999

# Scrineum

aggi e materiali on line di scienze del documento e del libro medievali

Università degli Studi di Pavia

© 1999-2003